17755

8 vols
£25

Moll.
QL
4325
.H4
P545
1848
v.1

HARVARD UNIVERSITY

VE RI TAS

LIBRARY
OF THE
DEPARTMENT OF MOLLUSKS
IN THE
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY

Gift of:

Ernst Mayr Library
Museum of Comparative Zoology
Harvard University

HARVARD UNIVERSITY



LIBRARY
OF THE
DEPARTMENT OF MOLLUSKS
IN THE
Museum of Comparative Zoology
Gift of:
FOSTER FUND

LUDOVICI PFEIFFER

MONOGRAPHIA HELICEORUM VIVENTIUM.

MONOGRAPHIA
HELICEORUM
VIVENTIUM.

SISTENS

DESCRIPTIONES SYSTEMATICAS ET CRITICAS

OMNIUM HUIUS FAMILIAE GENERUM ET SPECIERUM

HODIE COGNITARUM.

AUCTORE

LUDOVICO PFEIFFER, Dr.

CASSELLANO.

VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE:

F. A. BROCKHAUS.

1848.

PRAEFATIO.

Librum Tibi offero, benevole lector! e studiis et laboribus assiduis multorum annorum ortum, in quo omnia, quae de familia Heliceorum ad hunc diem mihi innotuerunt — exclusis speciebus, quae statu fossili solummodo cognitae sunt —, ordine systematico redigere suscepi. Maximam partem specierum, quas descriptas invenies, ipse in collectione servo, permultas, quas nondum possideo, in Musaeis, praecipue Londinensibus, examinavi et novas, methodo adoptatae congruas, diagnoses earum conscripsi. Illas species, quas sufficienter exacte examinare mihi non contigit, cum originaria auctoris descriptione eo, qui aptus mihi videbatur, loco inserui, signoque † notavi. Cuidam reliquarum descriptioni indicationem adjeci Musaei, in quo specimina typica reperiuntur, vel numerum, sub quo in collectione mea servantur.

Synonymiam, quantum fieri poterat, completam dedi, omissa tamen, quo spatio parcerem, synonymorum antiquiorum et recentiorum copia a Chemnitzio, Lamarckio et Deshayesio jam citatorum. Ea tantum ex illis citavi opera, quae ad specierum cognitionem accuratiorem aut descriptionibus aut figuris bonis utiliter conferre possunt, vel nomine diverso species designarunt.

Mensurae singularum specierum in universum e speciminibus typicis desumtae sunt, ut proportiones longitudinis et latitudinis, vel diametri majoris, minoris et altitudinis, vel aperturae, ad specimina majora vel minora facile reduci possint. Mensura usus sum a Gallis nunc universaliter adoptata, quippe quae unica invariabilis et ubique nota mihi videbatur. Rationem progressus anfractuum (conf. Pfr. Symb. II. p. 6.) in illis casibus addidi, quibus ad dignoscendas species affines majoris momenti eam esse observavi.

In testis heliciformibus a me descriptis diametrum majorem, minorem et altitudinem indicavi, illum metiens a parte antica aperturae (incluso peristomate) ad punctum peripheriae anfractus ultimi illi oppositum; diameter minor mihi est dimensio testae angulum rectum cum illo formans; altitudinem in his mensus sum a vertice ad basin axis (nec ad basin aperturae). — In testis bulimiformibus longitudinem indicavi et diametrum, illam metiens a vertice ad basin aperturae (incl. perist.), diametrum autem nominavi lineam suturae subparallelam, a peristomatis margine supero usque ad convexitatem oppositam anfractus ultimi. — In testis fusiformibus plerumque locum indicavi, quo diametrum maximum, cum axi angulum rectum formantem, mensus sum: vel in medio testae vel in anfractu penultimo, etc.

Terminologia in describendis testis usus sum ab O. F. Müller primum exactius adhibita et a Rossmässler (Iconogr. I. p. 26—38.) optime exposita.

Quidquid de speciebus hodie parum vel omnino non cognitis tempus mihi docuerit, serius in supplemento Tibi proponam.

Praemissis his paucis librum Tibi trado, benevole lector, orans, difficultatum sis memor, quae in elaborando ejusmodi opere superandae fuerunt, et mendis vel erroribus indulgeas, quibus Monographiam meam haud expertem esse persuasus sum.

Cassellae, mense Augusti 1847.

L. Pfeiffer, Dr.

INTRODUCTIO.

§. 1.

Familiae Heliceorum definitio.

Helicea (sc. Mollusca) mihi sunt familia altera Gastropodum coelopnoorum gymnostomorum tetracerorum (Conf. Pfr. Symb. I. p. 4.), characteribus sequentibus ab omnibus aliis distincta:

Animal hermaphroditum, aërem pulmonibus spirans, cephalophorum, tentaculis 4 retractilibus, superioribus 2 majoribus, apice oculatis, inferioribus 2 minoribus (in speciebus nonnullis minutis generis Pupae s. Vertiginis [sed non in speciebus generis Partulae Fér.] vix conspicuis vel obsoletis) instructum, solea lata corporis glutinosi repens, visceribus in cono dorsali spirali, magis minusve elongato, testa spirali munito, positis.

Limacea, priorem ejusdem Tribus (Tetracerorum) familiam sistentia, modo testa spirali deficiente vel obsoleta ab Heliceis diversa sunt, reliquae autem Coelopnoorum non operculatorum familiae, tribum *Dicerorum* constituentes, tentaculis 2 contractilibus (nec retractilibus), basi interna (*Auriculacea*) vel externa (*Limnaeacea*) oculatis facile distinguuntur.

§. 2.

Synonyma familiae.

Familia nostra fere ab omnibus auctoribus recentioribus eodem vel latiore sensu adoptata, sed variis nominibus designata, varioque modo divisa est:

1) Cl. Draparnaud 1806 (Hist. nat. p. 23.), qui nominibus familiarum nondum usus est, Gastropoda testa inoperculata (vel nulla) terrestria quadritentaculata divisit in: *a. nuda* (genus: Limax) et *b. testa munita* (genera: Testacella, Vitrina, Helix, Succinea, Bulimus, Pupa, Clausilia). — Sectio altera (excl. Testacella) = Helicea emend.

2) Primus Cl. Lamarck 1809 (Phil. zool.) sub nomine gallico: *Colymacés,* familiam constituit primam Gastropodum spiralium absque siphone, genera complectentem sequentia: Helicem, Amphibulimum, Helicinam*), Achatinam, Bulimum, Pupam. —

*) De Helicinae animale et operculo illo tempore nihil cognitum erat.

Anno 1812 (Extrait du Cours de Zool. du Mus. d'hist. nat.) celeberrimus auctor eandem familiam (primam Trachelipodum) divisit in: *a. quadricornia* (genera: Helix, Helicella, Helicina, Pupa, Bulimus, Amphibulimus, Achatina) et *b. bicornia* (genera: Cyclostoma, Vertigo, Auricula). — Simili modo auctor 1822 (Hist. nat. d. anim. s. vert. vol. VI. P. 2. p. 61, ed. Desh. vol. VIII. p. 10.) nomine: *Colimacés* primam familiam Trachelipodum phytophagorum sic divisit: *a. tentaculis* 4 (genera: Helix, Carocolla, Anostoma, Helicina, Pupa, Clausilia, Bulimus, Achatina, Succinea), et *b. tentaculis* 2 (genera? Auricula, Cyclostoma). — Vitrina a Lamarckio familiae Limaceorum adnumeratur. — Familia Lamarckiana sub nomine: *Colimacea* eadem latitudine a Jay (Catal. 1839) adoptata, ab aliis sensim depurata et emendata est.

3) Cuvier 1817 (Règne animal II. p. 404.) inter Pulmonata terrestria genus *Helicem* sensu lat. habet, cujus subgenera sunt: Helix, Vitrina, Bulimus, Pupa, Scarabus, Chondrus, Succinea, Clausilia et Achatina. In editione altera (1830.) Carocollam et Anostoma subgeneribus addit et Scarabum eliminat, qua emendatione genus familiae nostrae satis bene respondet.

4) Férussac 1819 (in Prodr. p. 18.) et 1821 (Tabl. syst. p. XXXI.) subordinem Pulmonatorum non operculatorum geophilorum in duas familias divisit, quarum altera: *Cochleae* exacte omnia genera a me in familia Heliceorum adoptata complectitur. Claro autem auctori genera sunt: *a. tetracera:* Helicarion, Helicolimax, Helix (subgenera: Helicophanta, Cochlohydra, Helicogena, Helicodonta, Helicigona, Helicella, Helicostyla, Cochlostyla, Cochlitoma, Cochlicopa, Cochlicella, Cochlogena, Cochlodonta, Cochlodina) et *b. dicera:* Vertigo, Partula. — Genus Polyphemus Montf. in tab. synopt. p. 19 adoptatum serius (p. 50. et tabl. syst. p. XXXII.) Helici iterum injungitur.

5) Schweigger 1820 (Naturgesch. p. 741.) in Coelopnois terrestribus genus *Helicem* adoptat, Cuvieriano simile, cujus subgenera sunt: Succinea, Scarabaea, Chondrus, Pupa, Bulimus, Helix, Vitrina.

6) Studer 1820 (Syst. Verz. p. 11.) familiam una cum Limaceis in genere *Glischri* comprehendit, cujus subgenera haec sunt: Limax, Hyalina, Tapada, Helix, Bulinus, Pupa, Torquilla, Clausilia.

7) W. Hartmann 1821 (Neue Alpina I. p. 200.) Helicea nostra et Limacea comprehendit in Gastropodibus Adelobranchiis terrestribus et amphibiis. Genera ei sunt: Clausilia, Chondrus, Pupa, Bulinus, Helix, Limacina, Limax, Limacia et Amphibina. — Eodem anno (in Sturm's Fauna Deutschl. Abth. VI. II. 5. p. 54.) generibus addit Daudebardiam.

8) Blainville 1824 (Dict. d. sc. nat. tom. 32. p. 247.) et 1825 (Man. de Malac. p. 454.) tertiam familiam Pulmobranchia-

torum *Limacinea* habet. Genera sunt: a. Succinea, Bulimus, Achatina, Clausilia, Puppa, Tomogerus, Helix — b. Helicolimax, Testacella, Parmacella, Limacella, Limax, Onchidium.

9) Risso 1826 (Hist. IV. p. 58.) familiam *Helicidarum* in Adelobranchiis constituit, cujus genera sunt sequentia: Succinea, Helicogena, Helix, Cantareus, Helicodonta, Helicigona, Hygromia, Helicella, Theba, Cochlicella, Bulimulus, Rumina, Cochlicopa, Ferrusacia, Acicula, Vediantius, Orbitina, Crenea, Saraphia, Clausilia, Pegea, Jaminia.

10) C. Pfeiffer 1828 (Naturg. III. p. 3 et 55.) in universum methodum Ferussacianam adoptat. Male autem praeter Helicophantam, Vitrinam, Succineam, Helicem et Vertiginem *Cochlearum* generibus etiam adnumerat Carychium et Cyclostoma.

11) Menke 1828 (Synops. p. 8.) familiam *Helicearum* (secundam Geophilarum) divisit in: *a. tetraceras* (genera: Helicarion, Vitrina, Daudebardia, Succinea, Helix, Carocolla, Anostoma, Bulimus, Achatina, Clausilia, Pupa et *b. diceras* (genera: Vertigo, Partula). — In secunda editione 1830 eadem distributio servata est mutatis nominibus in: *Geophila* et *Helicea.*

12) Fleming 1828 (Brit. anim. p. 255.) *Helicidas* priorem subfamiliam Cochleadarum inoperculatorum habet. Genera: Carocolla, Helix, Bulimus, Achatina, Succinea, Vitrina.

13) Rang 1829 (Manuel p. 156.) familiam Ferussacianam adoptat (*les Limaçons*). Genera ei sunt: Vitrina, Helix, Vertigo et Partula.

14) Deshayes 1830 (Encycl. méth. II. p. 552. tabl.) in secunda familia Pulmobranchiatorum genera admittit: Vitrinam, Helicem, Anostoma, Bulimum, Succineam et Pupam.

15) Cristofori et Jan 1832 (Catal. p. 1.) genera Heliceorum in familia secunda et tertia Pulmonatorum terrestrium enumerant. Familia secunda: *Helicoidea* (genera: Helicophanta, Vitrina, Helix); familia tertia: *Cochloidea* (genera: Achatina, Polyphemus, Columna, Bulimus, Pupa, Vertigo, Chondrus, Clausilia, Succinea).

16) Wiegmann 1832 (Handb. d. Zool. p. 523.) in secunda familia Pulmonatorum — *Helicinis* — genera habet: Vitrinam, Succineam, Helicem, Bulimum, Pupam, Clausiliam, Vertiginem.

17) Fitzinger 1833 (Syst. Verz. p. 92.) Helicoidea et Cochloidea Crist. et Jan nomine *Helicoideorum* comprehendit. Genera in Austria obvia: Helix, Conulus, Pyramidula, Monacha, Helicella, Latomus, Isognomostoma, Trigonostoma, Chilostoma, Gonyodiscus, Discus, Vitrea, Aegopis, Oxychilus, Helicopsis, Clausilia, Fusulus, Styloides, Bulimus, Torquilla, Cylindrus, Pupa.

18) Beck 1837 (Ind. moll. p. 1.) Heliceorum genera in familia *Cochleadeorum* comprehendit et in quatuor tribus dividit,

quibus nomina: *Vitrinida* (genera: Vitrina, Helicarion, Helicopsis, Nanina cum 3 subgeneribus, et Stenopus), *Helicida* (genera: Daudebartia, Helix cum 45 subg., et Artemon), *Bulimida* (genera: Bulimus cum 20 subg., Achatina cum 10 subg., Pupa cum 11 subg., Clausilia cum 3 subg.), *Succinida* (genus: Succinea cum 4 subgeneribus).

19) Charpentier 1837 (Catal. des moll. terr. et fluv. de la Suisse) inter mollusca terrestria sequentia adoptat genera Heliceis adnumeranda: Vitrinam, Succineam, Helicem (subgenera: Helix Fitz., Cryptomphalus Agass., Chilostoma Fitz., Trigonostoma Fitz., Carocolla Lam., Conulus Fitz., Helicella Fitz., Delomphalus Ag., Hyalinia Ag.), Bulimum (subgenera: Polyphemus, Folliculus Ag., Bulimulus), Pupam (subg. Eucore Ag., Sphyradium Ag., Chondrus Cuv.), Clausiliam, Vertiginem.

20) Held 1837 (Isis p. 905.) Pulmonaceorum familias enumerat: *Helices* (genera: Cepaea, Coenatoria, Cingulifera, Corneola, Lenticula, Xerophila, Fruticicola, Trochiscus, Gonostoma, Tragomma, Patula, Polita), *Bulimos* (genera: Zebrina, Merdigera), *Pupas* (genera: Gonodon, Granaria, Orcula, Torquatella). — Reliquae familiae publico non traditae sunt.

21) D'Orbigny 1837. (Moll. canar.) nomen gallicum familiae male vertit in: *Colimacidae.* Eodem nomine 1841 (Moll. cub. I. p. 137. 140.) in secunda familia Pulmobranchiatorum genera admittit: Vitrinam, Succineam, Helicem, Achatinam, Bulimum, Pupam, Clausiliam.

22) Potiez et Michaud 1838 (Galérie de Douai I. p. 64.) in familia *Cochlearum* genera habent sequentia: Vitrinam, Succineam, Helicem, Achatinam, Bulimum, Pupam, Clausiliam, Vertiginem, Partulam.

23) Sowerby 1839 (Conch. Man.) et 1842 (ib. ed. II. p. 112.) familiam *Colimaceorum* in Trachelipodibus adoptat et in 3 sectiones dividit, quarum prima genera continentur sequentia: Succinea, Helix, Anastoma, Streptaxis, Bulinus, Achatina, Pupa, Clausilia. (In secunda et tertia sectione Auriculacea et Cyclostomacea tractantur.) — In explicatione figurarum (p. 302.) genera adduntur sequentia: Proserpina, Polygyra, Carocolla, Achatinella, Polyphemus, Azeca, Alaea, Vertigo, Megaspira, Balea et (p. 311.) Stenopus.

24) Gray 1840 (Manual p. 101.) in Pneumonobranchiatis inoperculatis terrestribus duas familias distinguit: *Arionidas* et *Helicidas,* quarum in subfamiliis *Limacinorum, Vitrininorum, Testacellinorum* et *Helicinorum* sequentia tractantur genera: Limax, Vitrina, Testacella, Helix, Zonites, Succinea, Bulimus, Zua, Azeca, Achatina, Pupa, Vertigo, Balea, Clausilia. — In Synopsi Mus. Brit. (ed. 1840 et) 1842 (p. 67 et 90.) systema ab auctore fusius expositum est. Genera a me Heliceis adscripta in duabus familiis

tractata sunt, quarum utraque genera comprehendit nuda et testa praedita. In familia *Arionidarum* genera sunt sequentia: *a.* Arion, Phosphorax, *b.* Helicarion, *c.* Nanina, Stenopus, *d.* Zonites — in familia *Helicidarum* haec: *a.* Limacellus, Scutelligera (e classe Molluscorum jamdiu eliminata), Mehimatium (Meghimatium van Hass., Fér.), *b.* Limax, *c.* Parmacellus, Cryptella, Pectella, Vitrina, Helicolimax, Omalonyx, *d.* Plectrophorus, *e.* Testacellus, *f.* Helix, Streptaxis, Anostoma, Helicodonta, Polydontes, Pleurodonta, Dentellaria, Carocolla, Iberus, Chilotrema, Odontostylus, Helicophanta, Tapada, Amphibulina, Epistylium, Mesomphyx, Proserpina, Delomphalus, Hyalina, *g.* Bulimus, Megaspira, Pupa, Abida, Clausilia, Balea, Siphonostoma, Bulimulus, Succinea, *h.* Achatina, Macrospira, Polyphemus, Achatinella.

25) J. D. W. Hartmann 1840 (Erd- und Süssw. Gast. I. Syst. Uebers.) in Pneumoneatis Geophilis sequentia habet genera: Auriculam, Clausiliam, Chondrum, Pupam, Bulimum, Helicem (cum subgen. plur.), Helicophantam, Testacellam, Vitrinam, Succineam.

26) Swainson 1840 (Treat. on Malac. p. 160 et 326.) in familia *Helicidarum* omnes sectiones Pulmonatorum comprehendit. Dispersa reperiuntur genera Heliceorum in subfamiliis *Limacinarum* (Vitrina, Stenopus, Succinea), *Lucerninarum* (Leiostoma, Lucerna, Lucernella, Pusiodon, Thelidomus), *Helicinarum* (Helix, Geotrochus, Pupa, Helicella), *Achatinarum* (Clausilia, Bulimus, Achatina).

27) Reeve 1841 (Proc. Zool. Soc. p. 76.) et 1842 (Conch. syst. II. p. 64.) familiam *Colimaceorum* in Pulmobranchiatis habet. Genera: Helix, Carocolla, Anostoma, Pupa, Clausilia, Bulimus, Partula, Achatina, Succinea.

28) Gould 1841 (Invert. of Massach. p. 169.) eodem nomine *Colimaceorum* familiam designat, ex qua genera tractantur: Helix, Pupa, Bulimus, Succinea (et Auricula).

29) A. Catlow 1845 (Conch. Nom.) omnino systema Reeveanum sequitur, addito genere Achatinella.

30) Agassiz 1847 (Nom. zool. Ind. univ.) nomen familiae mutandum proponit in: *Helicoidae.*

De omnibus hisce auctorum methodis et de vario modo, quo ipse familiam tractaverim, conferantur in Herrmannsen ind. gen. Malacoz. prim.: *Helicea, Helix Cuv., Colimacea* etc.

§. 3.

Genera adoptata.

Etsi in familia Heliceorum typi sufficientes existere videantur ad formanda et determinanda bona genera, tum ex animalium structura peculiari, tum e testarum figura, tamen difficillimum

est, immo forsan impossibile, circumscribere haec genera characteribus tam exactis, ut species nulla ambigua remaneat inter plura genera.

Nonnulla genera ab auctoribus proposita sunt, quae animalis structura bene distincta videntur, e. gr. *Ariophanta Desmoul.* (*Nanina Gray, Tanychlamys Bens.*), pallio laciniato et poro mucoso (uti Arionis), *Stenopus Guild.*, «cauda tentaculata, tentaculo subretractili, glandula ad basin posita» ab Helice — et *Glandina Schum.*, ore proboscidiformi bipartito ab Achatina diversae. Sed cum eo praesertim consilio librum meum conscripserim, ut omnes species testarum in collectionibus exstantium rite dignosci et determinari possint, species ex animalis structura ad genera illa pertinentes in aliis generibus loco testa eis assignata enumeravi, quia characteres non existunt, quibus testa Ariophantae, Naninae vel Stenopodis ab Helice distinguatur, et characteres generici Glandinae absque limite in eos Achatinae transeunt.

Quare genera Heliceorum, Lamarckianis quantum fieri poterat applicata, magis minusve exacte circumscripta, ad omnes species excipiendas a me adoptata, sequentia sunt: *Daudebardia, Vitrina, Succinea, Helix, Anostoma, Tomigerus, Streptaxis, Proserpina, Bulimus, Achatinella, Achatina, Gibbus, Pupa, Cylindrella, Balea* (includens Megaspiram), *Tornatellina* et *Clausilia.*

Generum characteres.

§. 4.

I. Daudebardia Hartm.

Testa perforata, cornea, depressa, paucispira, horizontaliter et rapide involuta, anfractu ultimo permagno; apertura obliqua, amplissima (Species vid. vol. II.).

Daudebardia Hartm. in Sturm Fauna Abth. VI. H. 5. 1821. p. 41.
— *Menke* Syn. p. 8. Ed. II. p. 14.
Helicophanta C. Pfr. Naturg. III. p. 3. 55.
— *Desh.* Encycl. méth. II. p. 269.
— *Rossm.* Iconogr. I. p. 84.
— *Hartm.* Erd- u. Süssw. Gast. I. 1. p. 7. 10.
— *L. Pfr.* Symb. I. p. 5. II. p. 63. III. p. 45.
Daudebartia Beck ind. p. 5.

Genus transitum evidentem a Limaceis ad Helicea formans. Animal enim omnino limaciforme testam parvulam in parte posteriore gerit, nec ullam partem pedis in illa recondere potest. — Perpaucae modo ejus species notae sunt, testa a nonnullis Helicis cohortibus vix distinguendae. Férussac species 2 illo tempore cognitas monstruoso suo generi Helicis injunxit et una cum Helice caffra, cornu giganteo et magnifico in subgenere Helicophantae

enumeravit. Hartmann primus genus distinctum esse agnovit, quod nomine *Daudebardiae* ornavit. Serius C. Pfeiffer de genere sub nomine *Helicophantae* tractavit, minus bene nomen Ferussacianum servans, quippe quod praeter Daudebardias etiam Helices veras comprehendit.

§. 5.

II. Vitrina Draparnaud.

Testa imperforata, tenuissima, depressa; spira brevis, anfractu ultimo magno; apertura magna, lunata vel rotundata, margine columellari subinflexo, saepe membranaceo-marginato. (Spec. vid. vol. II.)

Vitrina Drap. hist. nat. p. 23 et 30.
— *Lam.* hist. vol. VI. 2. p. 52, ed. Desh. VII. p. 726.
— *C. Pfr.* Nat. I. p. 12. 46. III. p. 3. 55.
— *Rossm.* Icon. I. p. 73.
— *Gray* Man. p. 118.
— *Potiez* et *Mich.* Gal. I. p. 64.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 62.
— *Catlow* Conch. Nom. p. 117.
Vitrinus Montf. Conch. syst. II. p. 239.
Cobresia Hübner Monogr. von Testaceen. 1810.
Hyalina Stud. syst. Verz. p. 11.
Limacina Hartm. in Neue Alpina I. p. 207.
Helixarion et *Helicolimax Fér.* prodr. p. 20. 21.
Helicarion Fér. tabl. syst. p. XXXI. et Voy. de Freyc.
Helicolimax Blainv. in Dict. sc. nat. vol. 32. p. 254.
Vitrina, Helicarion et *Simpulopsis Beck* ind.
Helicarion, Vitrina et *Helicolimax Gray* Syn. Brit. Mus. 1842. p. 90.

Animal Limaceis etiam affine, testa sua majus, sed pallio antrorsum elongato, transversim rugato distinctum. Quoy et Gaimard similem pallii formationem in Helice citrina L. aliisque observantes, has species *Vitrinae* injunxerunt (sequente Anton Verz. p. 33.), quod non approbandum, quia pallium in illis laciniatum et reflexum est et testa quoque habitum Vitrinarum genuinarum non exhibet. E speciebus sic conformatis Desmoulins 1829 genus *Ariophantam*, Gray 1834 *Naninam* formavit, quod genus in systemate naturali, animalis structura modo fundato, servandum erit, in mea autem distributione (testarum cognitioni potissimum adaptata) Helici insertum est. — Férussac duo distinguit genera: *Helicarionem* (antea *Helixarion*), poro mucoso terminali instructum, et *Helicolimacem*, poro illo destitutum (genuinam Draparnaudii Vitrinam). Eum sequitur Beck, qui in tribu Vitrinidorum genera *Vitrinam, Helicarionem, Helicopsin* et *Naninam* admittit. Plerique autem auctores recentiores ambo

genera nomine *Vitrinae* conjunxerunt, id quod ego quoque feci, *Simpulopsin* Beckii (auctori subgenus Succineae), inter Vitrinam et Succineam ambiguam, sed ad Vitrinam ex mea sententia potius referendam, huic generi adnumerans. — Plures autem species ab auctoribus ob testae similitudinem Vitrinae adscriptae, praesertim capenses, ad Helicem forsan meliore jure in posterum referentur.

§. 6.

III. Succinea Draparnaud.

Testa imperforata*), tenuis, ovata vel oblonga; spira parvula; apertura magna, oblique ovalis; columella simplex, acuta, recta; perist. simplex, acutum.

Succinea Drap. hist. p. 24 et 29.
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 134. ed. Desh. VIII. p. 314.
— *C. Pfr.* Nat. I. p. 13. 66. III. p. 3. 55.
— *Blainv.* in Dict. d. sc. nat. vol. 32. p. 248.
— *Desh.* in Ann. d. sc. nat. vol. 22. p. 345.
— *Rossm.* Icon. I. p. 91.
— *Potiez* et *Mich.* Gal. I. p. 66.
— *Gray* Man. p. 177.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 88.
— *Catlow* Conch. Nomencl. p. 167.
Amphibulima Lam. Ann. du Mus. vol. VI. p. 304.
Amphibulimus Montf. Conch. syst. II. p. 90.
Lucena Oken Lehrb. d. Nat. III.
Tapada Stud. syst. Verz. p. 11.
Lucena et *Amphibulina Hartm.* in Sturm Fauna Abth. VI. II. 5. p. 27. 40. 42.
Amphibina Hartm. in Neue Alpina I. p. 208.
Helix subg. *Cochlohydra Fér.* pr. p. 26.
Helisiga Less. Voy. de la Coq. p. 316.
Omalonyx d'Orb. voy. Amér. p. 230.
Amphibulima, *Succinea* et *Pelta***) subg. Succin. *Beck* ind.
Omalonyx, *Amphibulina* et *Succinea Gray* Syn. Br. Mus. 1842?

Animal amphibium, heliciforme, tentaculis superioribus tumidis, conoideis.

Testa Succineae a Bulimis columella simplice praeditis (B. gallina-sultana etc.) generico charactere vix ullo distingui potest, quare olim (conf. Proc. Zool. Soc. Lond. 1842. p. 187 et 188, et Symb. II. p. 131.) has species inter Succineas enumeraveram; serius autem (Symb. III. et in hoc libro) e notis de animalium

*) In pluribus speciebus spirae anfractus a basi conspiciuntur, attamen hae perforatae nominari nequeunt, quia interna (nec inferna) pagina testae recedente columella oculo exhibetur, uti in Bullis.

**) Quid sit Pelta Cumingii Beck ind. p. 100, nescio.

vivendi ratione et structura a Cuming et Troschel mihi communicatis, ad Bulimos eas restitui, quamvis ex sententia Cl. Troschel (Zeitschr. f. Malak. 1847. p. 50.) genus *Orthalicus* Beck pro illis adoptandum sit.

§. 7.

IV. Helix Linn. (emend. Drap. et Lam.)

Testa umbilicata, perforata vel imperforata, discoidea, globoso-depressa vel conoidea; apertura transversa, obliqua, lunaris vel subrotundata, marginibus distinctis, remotis vel callo junctis. (Spec. vid. vol. I. p. 16.)

Helix Linn. emend. Müll., Scop., Drap. etc.
— *Müll.* verm. II. p. 12.
— *Drap.* hist. p. 23. 29. 78.
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 62. ed. Desh. VIII. p. 22. et *Carocolla* Lam. VI. 2. p. 94. ed. Desh. VIII. p. 142.
— *C. Pfr.* Nat. I. p. 12.
— *Blainv.* in Dict. d. sc. nat. vol. 32. p. 252.
— *Desh.* in Encycl. méth. II. p. 188.
— *Nanina, Stenopus Beck* ind.
— et *Carocolla Reeve* Conch. syst. II. p. 67. 71.
— — — *Catlow* Conch. Nom. p. 118. 138.
— *Küster* et *L. Pfr.* in Chemn. ed. II. vol. I. Sect. 12.
Helices Held in Isis 1837. p. 905.
(Reliqua synon. vid. infra et in Herrmannsen Ind. gen.: *Helix, Nanina* etc.)

Animal familiae typicum.

Genus tum numero specierum, tum variabilitate formarum excellens, in omnia genera affinia fere absque limitibus irradians, in §. 47 a Bulimorum §. 1 et §. 12 speciebus nonnullis omnino non distinguendum, altero latere transitus immediatos in Daudebardiam et Vitrinam offerens.

Genus *Helicis* uti primum a Linnaeo constitutum est, diversissimas complectitur testas, hodie Helici, Polydontae, Planorbi, Anostomati, Ampullariae, Janthinae, Paludinae, Bulimo, Melaniae, Limnaeae, Succineae, Clausiliae, Coriocellae, Sigareto et Fossaro adscriptas. — In emendato genere Müllerіano emissis Planorbe, Vertigine, Carychio et Buccino praeter Helices veras species adhuc restant Vitrinae, Anostomatis, Lanistae, Cyclostomatis, Bulimi, Polydontae, Succineae, Achatinae, Pupae, Auriculae, Clausiliae, Pyramidellae. — Scopoli primus 1786 Bulimum segregavit, tum Lamarck 1799 Helicinam et Sigaretum et 1801 Janthinam, Draparnaud 1801 Vitrinam et Succineam et 1805 Clausiliam, deinde Fischer 1807 Polydontam et Anostoma.

In genere *Helice Fér.* (1819) subgenera *Helicogena, Helico-*

donta, Helicigona, Helicella et *Helicostyla* genus a me adoptatum efformant.

In genere depurato Lamarckiano (1822.) *Helicella* antea (1812.) ab auctore separata iterum injungitur et bene segregatur *Anostoma*, male autem duce Schumacher *Carocolla.*

Alii auctores vario modo hoc genus in multa genera vel subgenera diviserunt, ex quibus huc referenda mihi videntur: *Pleurodonta* Fischer 1807 — *Caprinus, Caracolus, Cepolum, Polydontes, Iberus, Acavus, Zonites* Montf. 1810 — *Carocolla, Dentellaria, Otala* Schumacher 1817 — *Polygyra* Say 1817 — *Mesomphix, Odotropis* et *Chimotrema* Rafinesque 1819 — *Arianta, Chilotrema, Pomatia, Tachea, Teba, Zurama* Leach 1820 — *Helicogena, Cantareus, Helicodonta, Helicigona, Hygromia, Helicella, Theba* et *Vallonia* (?) Risso 1826 — *Solarium* Spix 1827 — *Stenopus* Guild. 1828 — *Ariophanta* Desmoulins 1829 — *Aplodon, Stenostoma, Toxostoma, Mesodon, Omphalina, Triodopsis, Xolotrema, Odomphium* Rafinesque 1831 — *Caracolla* Broderip 1832 — *Conulus, Pyramidula, Monacha, Helicella, Latomus, Isognomostoma, Trigonostoma, Chilostoma, Gonyodiscus, Discus, Vitrea, Aegopis, Oxychilus, Helicopsis* Fitzinger 1833 — *Nanina* Gray 1834 — *Drepanostoma* Porro 1836 — *Acave* Krynicki 1836 — *Cepaea, Coenatoria, Cingulifera, Corneola, Lenticula, Xerophila, Fruticicola, Trochiscus, Gonostoma, Tragomma, Patula, Polita* Held 1837 — *Helicopsis, Microcystis, Nanina, Ariophanta, Stenopus, Helicella, Mesomphix, Zonites, Eyryomphala, Sagda, Pitys, Turricula, Theba, Leucochroa, Ochthephila, Bradybaena, Petasia, Daedalochila, Tridopsis, Polygyra, Circinaria, Macrocyclis, Campylaea, Solaropsis, Iberus, Chilotrema, Caracollina, Vortex, Chloritis, Planispira, Obba, Ampelita, Caracolla, Polydontes, Labyrinthus, Pleurodonta, Dentellaria, Otala, Helicostyla, Acavus, Helicogena, Arianta, Galaxias, Pomatia, Polymita, Eurycratera, Stylodon, Helicophanta, Geotrochus* et *Orthostylus* (pars) Beck 1837 — *Helix, Cryptomphalus, Chilostoma, Trigonostoma, Carocolla, Conulus, Helicella, Delomphalus* et *Hyalinia* Agassiz et Charpentier 1837 — *Odontostylus* Gray 1840? — *Obelus, Oxynota, Euparypha, Helicella, Zonites, Lomastoma, Chilostoma, Actinota, Delomphalus, Aegopis, Oxylopha, Trigonostoma; Drepanostoma, Isognomostoma, Conulus, Plicaria, Calocochlea, Proteusia, Tachea, Helicogena, Arianta, Monacha, Trichia, Teba, Hyalinia, Chromocochlea, Columplica, Eulota, Gallina, Heterostoma* Hartm. 1840 — 44 — *Leiostoma, Lucerna, Caracolla, Discodoma, Lucidula, Lucernella, Polydontes, Lyrostoma, Polygyra, Lucidella, Pusiodon, Thelidomus, Helix, Hemicycla, Zonites, Epistyla, Hemitrochus, Geotrochus, Geomitra, Helicella* Swains. 1840. (De omnibus hisce nominibus conf. Agass. Nomencl. et Herrmannsen ind., nec non ind. alphabeticus generum et subgenerum in fine vol. II.)

Férussac, Leach, Fitzinger, Held, Agassiz, Beck, Swainson et Hartmann subgenera ex affinitate naturali formare susceperunt, sed characteres eruere non potui, quibus cohortes Helicum affinitate vera junctarum claris verbis designari possint, quamobrem in Helice, sicut in Bulimo aliisque generibus, distributionem et ordinationem mere ex characteribus externis methodo artificiali desumsi, ut singulam speciem inter immensam descriptarum copiam inveniri facilius reddatur. (Conf. consp. specierum vol. I. p. 13.) Attamen characteres in multis speciebus ambigui et variabiles sunt, quamobrem in adnotationibus saepe locum indicavi, quo species proxime affines quaerendae sunt; in universum autem, si speciem tibi incognitam examinas, ex specierum illi evidenter affinium et jam rite determinatarum comparatione ejus locum in libro meo facile invenies.

§. 8.

V. Anostoma Fischer.

Testa orbiculata, spira convexa, obtusa; apertura sursum reversa, dentata vel edentula.

Anostoma Fisch. de Waldh. Mus. Demidoff. III. 1807.
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 100. ed. Desh. VIII. p. 150.
— *Sow.* genera of shells fasc. VIII.
— *Desh.* in Encycl. méth. II. p. 51.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 73.
Tomogeres Montf. Conch. syst. II. p. 359.
Angystoma Schum. Essai p. 229.
Tomogerus Blainv. in Dict. d. sc. nat. vol. 32. p. 252.
Anastoma (subg. Helicis) *Jan* cat. 1832. p. 2.
— *Swains.* Elem. mod. Conch. 1835 et Malac. p. 129. 329.
— *Sow.* Conch. Man. ed. II. p. 65.

Genus persingulare, cui antea (Symb. III. p. 52. — *Tomogeres*) duce Beck (ind. p. 34.) species Tomigero clauso Spix analogas adnumeraveram. Apertura autem sursum reversa characterem praecipuum generis sistere videtur, quamobrem illas separavi et genus Spixianum restituendum censui. Tres solummodo Anostomatis species cognitae sunt, quarum 2 dentatae, altera major jam auctoribus veteribus nota, nunc in collectionibus rarissima, altera minor recentioribus temporibus frequenter e Brasilia allata, tertia edentula, quas descripsi in vol. I. p. 1.

§. 9.

VI. Tomigerus Spix.

Testa horizontaliter rimata, globoso-conica, compressa, scarabiformis; apertura verticalis, ringens. (Spec. vid. vol. I. p. 2.)

Tomigerus Spix test. bras. t. 15.

Genus bene circumscriptum, inter Anostoma, Streptaxin et

Bulimorum §. 17 intermedium, a Wagner et Moricand Helici adscriptum, a Beck cum Anostomate, a Deshayes cum Bulimo junctum, a Potiez et Michaud Auriculae, a Reeve Scarabo insertum, huic quidem simillimum, at animalis structura omnino ab eo diversum.

§. 10.

VII. Streptaxis Gray.

Testa subglobosa, heliciformis, irregularis, anfractibus ultimis e superiorum axi recedentibus; apertura edentula vel dentata. (Species vid. vol. I. p. 3.)

Streptaxis Gray in Loudon's mag. New ser. I. p. 484.
— *Pfr.* Symb. I. p. 5. II. p. 109. III. p. 52.
Artemon Beck ind. p. 48.

Animal Helicis (Fér.) — Testa formae singularis, saepe quasi monstrosae, tamen in singulis speciebus constantis. In omnibus spira regularis apparet, sed anfractus 2 ultimi vel ultimus modo ex axi superiorum discedunt et lateraliter vel deorsum vel fere retrorsum deviant. Umbilicus, qui in omnibus existere videtur, in multis deviatione anfractus ultimi comprimitur et in rimam transversalem transformatur. Peristoma in omnibus adultis expansum vel reflexum videtur, in junioribus saepe varicosum. Apertura vel omnino edentula vel dente parietis aperturalis unico vel hoc et variis in peristomatis margine positis munitum.

§. 11.

VIII. Proserpina Guilding.

Testa depressa, helicinaeformis, basi callo nitido (sicut Rotellae) obducta; apertura intus dentata; perist. simplex, acutum.

Proserpina Guilding mss. teste Cuming.
— *Sow.* Conch. Man. f. 274. Ed. II. p. 237.
— *Gray* Syn. Cont. Brit. Mus. 1840. Ed. 1842. p. 90.
— *Jonas* in Zeitschr. f. Malak. 1846. p. 10.
Odontostoma d'Orbigny moll. cub. I. (1841.) p. 237.

De nomine generis sequentia exponenda sunt: G. B. Sowerby (Conch. Man. 1839. f. 274.) figuram exhibet bonam speciei cujusdam sub nomine generico *Proserpinae*, sed characteres huic generi non assignat.*) — Deinde idem nomen invenimus in Gray Syn. Brit. Mus. ed. 1840 et ed. 44. (1842.) p. 68 et 90 inter genera Helicidarum, sed de characteribus nihil exponitur. Haec

*) «*Proserpina Gray?* Fig. 274 represents a small shell belonging to the Helix tribe, to which it is believed, Mr. Gray has applied the name of Proserpina nitida. We do not know, how the genus is defined.» (Sow. Conch. Man. ed. II. p. 237.)

solum verba (p. 68.) leguntur: «the true Helices, Helicodonta etc. have the peristoma of the shell thickened, while the Helicophanta, Epistylium and Proserpina have it thin and sharp.» — Species a Sowerby figurata a Cuming serius mihi communicata est sub nomine *Proserpinae nitidae Guild.* mss., et Helicibus lamellatis eam adnumerans descriptionem dedi sub nomine Helicis Proserpinae. — Cl. Jonas (Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 10.) genus *Proserpinae,* cujus speciem aliam antea Helicinae adscripserat, sustentandum censuit, cui opinioni (ibid. p. 12.) assenti. Serius autem cognovi, genus Cyclostomidarum, a Cl. d'Orbigny (moll. cub. I. p. 237.) nomine *Odontostomatis* *) bene descriptum esse idem, et sub hac denominatione species illi pertinentes (vol. I. p. 11—13.) descripsi. Attamen non solum ex prioritate publicationis (etsi vix legitimae), sed etiam quia nomen *Odontostoma* jam pluries in Zoologia usitatum est, nomen *Proserpinae* generi servandum censeo.

§. 12.

IX. Bulimus Scopoli.

Testa ovata, oblonga vel turrita; apertura longitudinalis marginibus inaequalibus, edentula vel dentata; columella integra, extrorsum revoluta vel subsimplex; perist. simplex vel expansum.

Bulimus Scop. delic. flor. et faun. Insubr. 1787. I. p. 67.
— *Lam.* Phil. zool. p. 320. Hist. VI. 2. p. 116. (ed. Desh. VIII. p. 218.)
— *Blainv.* in Dict. d. sc. nat. vol. 32. p. 248.
— (gen.), *Chondrula* et *Cyclodontina* Beck ind.
— et *Partula Reeve* Conch. syst. II. p. 78. 82.
— *Küst.* in Chemn. ed. II. vol. I. Sect. 13.
Bulinus Stud. Verz. p. 17. sequent. Hartm., Charp., Broderip, Sowerby.
Bulimi Held in Isis 1837. p. 917.
(Reliqua synon. vid. infra et in Herrm. ind.)

Genus characteribus ambiguis testae ab Helice distinctum, varie in alia genera transiens, ex habitu universali potissimum dignoscendum. Species typicae facile distinguuntur — ab Helicibus typicis: forma ovata vel elongata, apertura longitudinali — a Pu-

*) Coquille analogue à celle des Hélicines, toujours polie, brillante. Bouche semilunaire, toujours dépourvue de péristome; ses bords sont minces, non réfléchis; sa columelle ou plutôt le bord columellaire, est fortement encroûté, calleux; l'angle antérieur pourvu de dents internes se prolongeant à l'intérieur comme une lame saillante. — Nous ne pouvons laisser ce genre dans les Hélicines, ses dents s'opposant à ce que la coquille soit pourvue d'un opercule pierreux et triangulaire ou sémilunaire; car alors les dents viendroient l'échancrer. Le grand nombre de coquilles que nous avons examinées, nous prouverait au contraire, qu'il manque entièrement d'opercule. (Orb. l. c.)

pis: peristomatis marginibus inaequalibus — ab Achatinis: columella nunquam involuta, nec vere truncata, etc. Sed formae intermediae ubique adsunt, quae diagnosin exactam generis ab istis, nec non ab Achatinella, Balea, immo a Cylindrella prohibent. Quare characteres generici a me praemissi semper typum modo generis exhibent, cui species aberrantes magis minusve exacte adaptari possunt.

Genus a me adoptatum sequentia complectitur: species *Helicis, Bullae, Buccini, Turbinis* Linn., Chemn., Müll., Gmel. etc., species *Bulimi* Brug. *), *Bulimos* Lamarckii (exclusis nonnullis, Pupae et Achatinae adnumerandis, inclusis autem ejusdem auctoris Auriculis nonnullis), *Helicis* Fér. subgenera: *Cochlostylam, Cochlicellam* et *Cochlogenam,* nec non genus *Partulam* Fér. et Auct. Angl. (ex erronea observatione animalis, quod 2 modo tentaculis praeditum dictum erat, ortum). — Praeterea genus ex Bruguierei tempore vario modo divisum et dilaceratum est. Genera et subgenera, quae a Bulimis separari non posse credo, sunt sequentia: *Bulimulus* Leach 1814 — *Limicolaria* Schumacher 1817 — *Elisma, Ena* Leach 1820 — *Hemiloma* Rafin. (?) 1820 — *Cochlicella, Bulimulus, Rumina, Orbitina* Risso 1826 — *Strophocheilus, Navicula, Auris, Columna, Stenostoma* Spix 1827 — *Macroceramus, Plekocheilus* Guilding 1828 — *Peristoma, Chondrus* Kryn. 1833 — *Cylindrus* Fitzinger 1833 — *Longaeva* Mühlf. — *Orthostylus* (pars), *Bulimus, Gonyostomus, Odontostomus, Pelekocheilus, Otostomus, Pachyotus, Placostylus, Partulus, Plectostylus, Orthalicus, Limicolarius, Obeliscus, Cochlicellus, Bulimulus, Buliminus, Brephulus, Mastus, Macroceramus, Chondrula, Cyclodontina* Beck 1837 — *Merdigera, Zebrina* et *Gonodon* Held 1837 — *Bulimulus* et *Eucore* Ag. et Charp. 1837 — *Pythohelix* (?), *Macrodontes, Auricula, Bulimus, Bulimulus, Leptospira, Goniostoma* Swainson 1840 — *Helicobulinus* Broderip 1840. — Subgenera a Hartm. (1840. Syst. Uebers.) enumerata: *Lycta, Ena, Azeca, Folliculus, Belonis, Rumina, Cochlicella,* partim ad Bulimum, partim ad Achatinam referenda sunt.

Species in libri mei vol. II. recensitae ex systemate mere artificiali ordinatae sunt.

§. 13.

(X.) Achatinella Swainson.

Testa imperforata, bulimiformis; columella basi vel medio in dentem validum, interdum tortum, lamelliformem producta;

*) Genus Bulimi Bruguiereanum diversissimas comprehendit testas, hodie generibus Bulimo, Ampullariae, Amphibolae, Pupae, Limnaeae, Bulino Adans., Succineae, Amphipepleae, Melaniae, Carychio, Achatinae, Melanopsi, Chilinae, Tornatellae, Auriculae, Pedipedi, Polydontae, Clausiliae, Pyramidellae adscribendas.

apertura longitudinalis, lunaris; perist. simplex vel labiatum, marginibus inaequalibus. (Species vid. vol. II.)

Achatinella Swains. in Quarterly journ. 1828. vol. XXV. p. 81.
— *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 89.
Helicis subg. *Cochlogenae* sect. *Helicteres Fér.*
Helicteres Beck ind. p. 51.

Omnes species huc relatae habitu totali inter se tam affines sunt, ut genus naturale optime limitatum, inter Bulimum et Achatinam intermedium constituere videantur, etsi characteres in diagnosi haud stricte enumerari possint. Cl. Férussac species illo tempore notas in sectione: *Helicteres* subgeneris Cochlogenae comprehendit et 1824 (in Voy. de Freyc.) eodem nomine eas descripsit. Swainson primus fuit, qui in genere *Achatinellae* eas a Bulimis separavit, sequentibus recentissimis auctoribus pluribus. Ab aliis species tum Bulimo, tum Achatinae (immo a Cl. Lamarck Monodontae) adscriptae sunt, et Beck in subgenere secundo Bulimi (*Helicteres*) eas collegit. — Duce Férussac dividi possunt ex forma, praeterea secundum structuram testae.

§. 14.

XI. Achatina Lamarck.

Testa imperforata, bulimiformis; columella intorta, versus basin aperturae truncata; apertura ovalis vel oblonga, superne angulata; perist. simplex, acutum. (Spec. vid. vol. II.)

Achatina Lam. Prodr. d'une nouv. class. des coq. 1799.
— *Cuvier* règne animal II. p. 409. (Ed. Voigt III. p. 95.)
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 126. ed. Desh. VIII. p. 293.
— *Blainv.* in Dict. d. sc. nat. I. suppl. p. 78. vol. 32. p. 249.
— *Deshayes* in Encycl. méth II. p. 8.
— *Küster* in Chemn. ed. II. vol. I Sect. 13.
Conf. Herrmannsen ind. I. p. 9—12.

Genus Bulimo valde affine et transitus insensibiles exhibens. Species primum notae a veteribus tum Bullae, tum Buccino, Helici et Volutae adscriptae sunt. Bruguière eas in genere suo Bulimi enumeravit et Humphrey primus 1797 eas in genere *Chersina* separasse videtur. Lamarck autem verus generis *Achatinae* auctor est, quippe qui (jam 1799) primam definitionem scientificam proposuit. Ferussacii subgenera Helicis: *Cochlitoma* et *Cochlicopa* easdem sectiones sistunt, quas plerique nunc nominibus *Achatinae* et *Glandinae* designare solent. Praeterea genera et subgenera aliorum, a me huc relata, sequentia sunt: *Achatinus, Liguus, Polyphemus* Montf. 1810 — *Columna* Perry 1811 — *Glandina* Schumacher 1817 — *Zua* Leach 1820 — *Cochlicopa, Acicula, Ferrusacia, Vediantius* et *Pegea* (?) Risso 1826 — *Cionella* Jeffreys 1829 — *Styloides* Fitzinger 1833 — *Chersina,*

Achatina, Columna, Subulina, Glandina, Acicula, Leptinaria (?) et *Cionella* Beck 1837 — *Polyphemus* et *Folliculus* Agass. et Charp. 1837 — *Macrospira, Cochlycopa, Achatina* Swains. 1840. — De *Azeca* Leach diu dubitans haesi, donec praesertim ex cognitione Achatinae tornatellinae Lowe, inter Achatinas duce Rossmässler eam recipiendam, sectionemque dentatarum pro ea instituendam esse censuerim. (Conf. Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 150.) — *Glandinas,* antea a me quoque generice distinctas, tanquam sectionem solummodo adoptavi, quia permultae species omnino intermediae existunt. — De genere *Priamo* Beckii, a plerisque huc relato, conferantur, quae exposui in descriptione Achat. Priami Meusch. (vol. II.)

§. 15.

XII. Gibbus Montfort.

Testa transverse et profunde rimata vel perforata, triangularis, a latere compressa, margine aperturae opposito in gibbam acutiusculam dilatata; apertura subtetragono-ovalis, marginibus parallelis, subaequalibus; perist. incrassatum.

Gibbus Montfort Conch. syst. II. p. 302.
— *Herrmannsen* ind. gen. Malac. I. p. 473.

Genus a Pupa non minus bene distinctum, quam Streptaxis et Tomigerus ab Helice et Bulimo. Species altera jamdudum nota primum a Pallas, Férussac, Dillwyn et Wood Helici, a Chemnitz et Gmelin Trocho, a Bruguière et Lamarck Bulimo, a Blainville Puppae, a Beck Gibbulinae, a Potiez et Michaud et Küster Pupae, a Sowerby Bulino inserta est, altera a Küstero figurata, bene distincta mihi videtur. (Descriptionem specierum conf. in vol. II.)

§. 16.

XIII. Pupa Draparnaud.

Testa rimata vel perforata, cylindrica, ovata vel bulimiformis; apertura subirregularis, semiovalis vel subrotundata, edentula vel dentata; perist. subsimplex vel expansum, marginibus aequalibus, subparallelis, distantibus, plerumque lamina callosa junctis. (Spec. vid. vol. II.)

Pupa Draparn. hist. p. 24 et 29. *)
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 103. ed. Desh. VIII. p. 165.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 74.
— *Küster* in Chemn. ed. II. vol. I. Sect. 15.

*) Quamvis genus Vertigo Müll., quod Pupae injunxi, prioritate gaudeat haud dubia, tamen hoc nomen anteponere nolui, quia Müllerus animali generis sui duo modo tentacula expressissimis verbis postulat.

Puppa Blainv. in Dict. sc. nat. vol. 32. p. 206. Malac. p. 457.
Vertigo Müll. verm. II. p. 124.
(De reliquis auctoribus et synonymis conf. Herrmannsen ind. II.)

Genus a Draparnaud (praecedente Humphrey) bene constitutum, initio (1801. tabl.) Clausilias etiam complectens, serius (hist.) ab illis depuratum. Species, a veteribus Turbini, Trochi, Helici adscriptae, partem adhuc formant generis *Bulimi* Brug., deinde autem a Férussac eadem fere latitudine, quam hodie generi Pupae tribuo, in subgenere *Cochlodontae* enumeratae sunt. — E genere Draparnaudiano Cuvier sub nomine *Chondri* sejunxit species magis ovatas, inter se valde diversas, quarum plerasque (genus *Torquillae Stud.*) Pupis, alias (typum generis *Chondrulae Beck*) Bulimis adscribendam censeo. In eodem sensu genus vel subgenus *Chondri* a Charpentier, Hartmann*) et aliis adoptatum est, Krynicki autem Chondrum tridentem Cuv. pro typo generis assumsit, speciesque huic affines *Chondro* adscripsit, quem mutato nomine (*Chondrulae*) secutus est Beck. — Praeterea genera et subgenera a Pupis segregata sunt sequentia: *Abida, Pupilla* Leach 1820 — *Alaea* Jeffr. 1820 — *Jaminia, Saraphia* (?) Risso 1826 — *Granaria, Orcula, Torquatella* Held 1837 — *Sphyradium* et *Chondrus* Agass. et Charp. 1837 — *Gibbulina, Pupilla, Vertigo, Alaea, Torquilla* Beck 1837 — *Gonidomus, Plicadomus, Gonospira, Pupella, Eruca* Swains. 1840 — *Cylindrus, Sphyradium, Pupilla, Vertigo, Dontostoma* Hartm. 1840 — *Deloplecta* et *Hercodonta* Ag. teste Herrm. ind.

Genus *Vertiginis Müll.* Pupae injunxi, quia testae nullo modo distingui possunt. Animal Vertiginis revera 2 modo tentaculis bene conspicuis instructum est, existunt autem plures Pupae species minutae, quarum tentacula inferiora sensim minora observantur, donec tandem in Vertiginibus genuinis omnino inconspicua sint.

Mermet genera Pupae, Vertiginis, Clausiliae et Balcae sub nomine *Stomodontae* in uno genere comprehendere proposuit, quod minime laudandum.

§. 17.

XIV. Cylindrella L. Pfeiffer.

Testa cylindracea vel pupaeformis, multispira, plerumque truncata; apertura subcircularis; perist. expansum, continuum vel in speciebus anomalis (§. 7.) subinterruptum.

Cylindrella Pfr. in Wiegm. Arch. 1840. I. p. 41.
— *Pfr.* Symb. I. p. 6. II. p. 136. III. p. 62.

*) Hartmann (1840. Syst. Uebers.) tria subgenera Chondri distinguit: *Chondrum, Torquillam* et *Astrodontam*, quorum species typicas non novi.

Cylindrella Pfr. in Phil. Abbild. I. 8. p. 179.
Brachypus Guild. in Zool. Journ. IV. 14. p. 167.
Urocoptis, Brachypodella, Apoma Beck ind.
Siphonostoma Guild. Swains. Malac. p. 168. 333.

Genus quoad formas typicas optime distinctum, attamen per formas anomalas Pupae et Bulimo approximatum. — Guilding primus 1828 speciem typicam novi generis *Brachypodis* descripsit, sed teste Swainson (Malac. p. 168.) hoc nomen Zoologis jam pluries usitatum serius reliquit et *Siphonostomatis* *) nomen generi tribuit, quod eodem anno prelo publicatum est, quo ipse genus sub nomine Cylindrellae descripsi.

Species huc pertinentes a veteribus Buccino, Helici et Turbini, a Férussac Cochlodinae, a Lamarck et aliis Clausiliae et Cyclostomati, a Gray, Deshayes, Sowerby et aliis Pupae insertae sunt. — Beck eas in subgeneribus Pupae: *Urocopti* et *Brachypodella* (*Brachypodisca* ex Agassizii emendatione) et in subgenere Clausiliae: *Apomate* dispersit. — Villa tandem species nonnullas Baleae, aliamque Torquillae inseruit. — Species hodie novi fere 50, in volumine II. descriptas.

§. 18.

XV. Balea Prid. mss. Gray.

Testa clausiliaeformis vel clavata, multispira; apertura semiovalis vel subpyriformis; perist. expansum, marginibus inaequalibus; paries aperturalis subuniplicatus; columella simplex (*Balea* genuina) vel transverse plicata (*Megaspira* Lea). Spec. vid. vol. II.

Balea Gray in Zool. Journ. I. 1. p. 61.
Balaea Leach, Alder etc.
Fusulus Fitzinger syst. Verz. p. 105.
Balia Swains. Malac. p. 182. 334.
Balea et *Pyrgelix Beck* ind.
Megaspira Lea obs. II. p. 21.

Characteres vix adsunt, quibus hoc genus a Bulimis exacte dignosci possit, quare habitum et lamellam parietalem hic maximi momenti haberi necesse est. Habitus potius est Puparum et Clausiliarum; a Pupa autem marginibus aperturae inaequalibus, a Clausilia deficiente clausilio et plicis essentialibus facile distinguitur. *Megaspira Lea* characteribus modo specificis, nec vero genericis a Balea differt, quare hoc genus Baleae injunxi. — Species europaea jamdudum nota ab aliis Pupae, ab aliis Clausiliae adscripta est.

---

*) Nomen *Siphonostoma* etiam prius (1820.) a Cl. Otto (Act. Leopold. X.) generi novo Vermium Abranchorum jam impositum est.

§. 19.

XVI. Tornatellina Beck.

Testa imperforata, ovata vel elongata; apertura semilunaris, marginibus inaequalibus, disjunctis; columella torta, truncata; paries aperturalis unilamellatus. (Spec. vid. vol. II.)

Tornatellina (subg. Achatinae) *Beck* ind. p. 80.
— *Pfr.* Symb. II. p. 5. 130. III. p. 60.
Strobilus (subg. Clausiliae) *Anton* Verz. p. 46.
Elasmatina Petit in Proc. Zool. Soc. 1843. p. 2.

Genus a praecedente vix distinguendum, et quidem eodem modo ambiguo, quo Achatina a Bulimo dignoscitur. Peristoma semper simplex et columella magis minusve truncata est. Lamella parietalis semper adest sicut in Balea, praeterea saepe plicae columellares et palatales uti in multis Pupae speciebus observantur. — Tornatellina turrita columellae truncatione obsoletiore intermedia videtur inter ambo genera.

§. 20.

XVII. Clausilia Draparnaud.

Testa fusiformis, plerumque sinistrorsa; apertura elliptica vel pyriformis, semper lamellis 2 parietis aperturalis coarctata et clausilio in fundo clausa. (Spec. vid. vol. II.)

Clausilia Drap. hist. p. 24. 29.
— *Lam.* hist. VI. 2. p. 111. (ed. Desh. VIII. p. 195.)
— *C. Pfr.* Nat. I. p. 13. 60. III. p. 4. 62.
— *Pfr.* Symb. I. p. 6. II. p. 137. III. p. 62.
— *Reeve* Conch. syst. II. p. 77.
— *Küster* in Chemn. ed. II. vol. I. Sect. 14.

Genus praeter aperturae structuram propriam, de cujus singulis partibus in tractandis speciebus plura dicam, organo peculiari, *clausilio* dicto, jam ab O. F. Müller*) bene descripto, ab omnibus Heliceis bene distinctum, tamen a pluribus auctoribus, etiam recentioribus, Pupae injunctum! Scriptores veteres species paucas tunc cognitas Buccino, Turbini et Helici — Bruguière

*) Clarissimus Müller clausilium sic describit: «in imo anguli sinistri prospicitur *ossiculus* supra emarginatus candidissimus, hic, si testa caute frangitur, conspicitur esse lamella oblonga subarcuata, politissima, erecta, elastica, angulo altero inferiori insistens margine plicae sinistrae; supra hanc lamellam alia *linea* elevata, ipsi testae adnata, et in latere dextro linea concentrica impressa.... Attendi meretur, quod apertura in quovis anteriorum anfractuum larga, aperta et libera sit, et quod in ultimo adeo arcte quasi munimentis obstruatur, ut vix spatium exeundi limaci relinqui videatur, at huic necessitati cautum est, elasticitate lamellae, quae pressa a corpore exeuntis vel intrantis vermis plicae oppositae arcte adprimitur, ac libera resilit.» (Hist. verm. II. p. 117.) — Addendum solum est, clausilium non in omnibus esse emarginatum, sed formae variae.

et Olivier Bulimo inseruerunt. Subgenus *Cochlodina Fér.* (exclusis Cylindrellae speciebus) Clausiliae omnino respondet. Fleming species nonnullas olim in genere inepto *Odostomiae* enumeravit, et Mermet easdem generi *Stomodontae* injunxit. Praeterea subgenera a solo Hartmann proposita sunt sequentia: *Andraea, Delima, Dyodonta, Laciniaria, Papillifera, Plicaphora, Rupicola.* — De reliquorum auctorum sententiis conferatur Herrmannsen ind. I. p. 241 — 243.

§. 21.

Enumeratio operum citatorum.

Adams, C. B., in Proceedings of the Boston Society of Natural History. 1845.

Alder, J., in Mag. of Zool. and Botany II. 101. Aug. 1837.

—— catal. etc. in Transact. Nat. Hist. Soc. of Northumberl. 1830.

T. subimperforata, ovata, tenuiuscula, minutissime striato-granulata, rugis obliquis obsolete sculpta, rufescens, castaneo-bifasciata; spira brevis, subconoidea, apice retusa; anfr. 4 rapide accrescentes, ultimus inflatus; columella alba, subintorta; apertura magna, lunato-ovalis, intus livida; perist. simplex, late expansum, breviter reflexum, marginibus callo tenuissimo junctis, columellari dilatato. — Diam. maj. 47, min. 31, alt. 24 mill. (Mus. Cuming.)

Helix oviformis Grat. in Act. Bord. XI. p. 396. t. 2. f. 2.*)
— *amphibulima Fér.* Mus.
— . . . . . *Fér.* hist. t. 10 B. f. 1. 2?

---

*) T. ovoidea, ventricosa, imperforata, fulvo-virente, rugosiuscula; spira brevi, obtusa; ultimo anfractu maximo, zonis 2 vix perspicuis cincto; apertura ampla, oblique oblonga; labro subacuto, subreflexo; labio superne dilatato. — Long. 45 — 48, diam. 35 — 38 mill. (Grat l. c.)

Bulimus oviformis Pfr. Symb. II. p. 119.
Helicophanta amphibulimea Beck ind. p. 46?

Habitat in insula Madagascar.

* * *

7. H. Waltoni Reeve.

T. imperforata, depressa, pyriformis, solida, longitudinaliter et concentrice striata, fusca, rubicundo-fasciata, maculis triangularibus flavidis ornata; spira minima, obtusa; anfr. 3½ rapidissime accrescentes, ultimus ventrosus, depressus, sulcis nonnullis concentricis signatus; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus nitide rosea; perist. late expansum, reflexum, nigrum, marginibus callo introrsum diffuso nigro junctis, columellari declivi, strictiusculo, superne valde dilatato, excavato. — Diam. maj. 60, min. 40, alt. 30 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Waltoni Reeve in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 49.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 166. f. 23.

Habitat in insula Ceylon.

§. 3.

8. H. pachystyla Pfr.

T. imperforata, globosa, solida, ponderosa, striata, lineis concentricis decussata, albida, epidermide sordide viridi, nigricanti-radiata induta; spira brevis; anfr. 5½ celeriter accrescentes, ultimus globosus, antice breviter deflexus; columella obliqua, dilatata, callosa, alba, obsolete et late unidentata; apertura irregulariter lunato-rotundata, intus lactea; perist. rectum, intus subincrassatum, margine basali reflexiusculo. — Diam. maj. 43, min. 38, alt. 37 mill. (Spec. coll. Metcalf.)

Helix pachystyla Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 71.

Habitat in Nova Seelandia.

9. H. auricoma Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, solida, superne plicis obliquis, confertis sculpta, basi nitida, striata, citrina; spira brevis, obtusa; sutura mediocris, anfr. 4½ convexiusculi, ultimus inflatus; apertura irregularis, coarctata, intus alba; perist. incrassatum, margine dextro arcuato, columellari dilatato, subexcavato, basi subdentato, cum dextro angulum formante. — Diam. maj. 40, min. 33, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 4.)

Helix auricoma (Helicogena) *Fér.* pr. 80. Hist. t. 46. f. 7—9.
— — *Orbigny* moll. cub. I. p. 143. t. 5. f. 4—7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix p. 54. N. 28. t. 7. f. 3. 4.
— *microstoma Lam.* 23. p. 72. ed. Desh. p. 39.

Helix Bonplandii Valenc. in Humb. Zool. II. p. 239. t. 56. f. 3.
Otala microstoma Beck ind. p. 35.

α. Maxima: Fér. t. 46 A. f. 9.

β. Minor: diam. maj. 24, min. 20, alt. 14—15 mill. (Spec.)
Helix noscibilis Fér. t. 46 A. f. 8.

γ. Microstoma, anfr. 4, apertura minima (11 mill. longa, 8½ lata), perist. valde incrassato, marginibus callo junctis. — Diam. maj. 29, min. 22, alt. 17 mill. (List. t. 84. f. 84.) An species distincta?

Habitat in insula Cuba, frequens circa Havana et Matanzas.

Obs. Conf. H. Petitiana Orb. Nr. 689.

10. H. coelatura Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, solidiuscula, striis incrementi distinctis lineisque spiralibus irregulariter distantibus exarata, saturate rufa; spira brevis, late conoidea; anfr. 4—5 convexiusculi, ultimus basi juxta columellam compressus; apertura lunato-ovalis; perist. rectum, subincrassatum, margine dextro sinuoso, columellari calloso. — Diam. maj. 28, min. 24, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 5.)

Helix coelatura (Helicogena) *Fér.* pr. 48. Hist. t. 28. f. 3. 4.
— — *Lam.* 22. p. 71. ed. Dh. p. 38.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 199. t. 29. f. 3. 4.
— *exarata Wiegm.* in Mus. Reg. Berol. olim.
Eurycratera coelatura Beck ind. p. 46.

Habitat in insula Bourbon.

11. H. simplex Lamarck. †

T. orbiculato-convexa, imperforata, basi leviter impressa, oblique striata, pallide rufescens (saturatius fasciata); spira subconoidea, apice rubens; labrum simplex, acutiusculum. — Diam. 16 lin. (Lam.) — Diam. 40, alt. 23 mill. (ex ic.)

Helix simplex Lam. 42. p. 77. ed. Dh. p. 45.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. add. 48 bis. Hist. t. 25 B. f. 6.
Eurycratera simplex Beck ind. p. 46.

Habitat in Amboina (Beck.)

Obs. Duce Férussac haec species, quam nunquam vidi, pro varietate majore, depressiore praecedentis forsan habenda est.

§. 4.

12. H. Carocolla Linn.

T. obtecte umbilicata, solida, conoideo-depressa, striata, (sub epidermide olivaceo-fusca) rufa, nitida; spira conoidea, obtusa; anfr. 5—6 planiusculi, ultimus acute carinatus, basi convexiusculus; apertura subtriangularis, intus alba; perist. incrassatum,

album, marginibus callo junctis, basali dilatato, umbilicum obtegente. — Rat. anfr. = 5 : 8. — Diam. maj. 61, min. 53, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 6.)

Helix Carocolla Linn. ed. X. p. 769. ed. XII. N. 665. p. 1243.
— — *Gmel.* 26. p. 3619.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 75. t. 125. f. 1090. 91.
— — (Helicigona) *Fér.* pr. 131. Hist. t. 59. f. 1—4.
— — *Guérin* Iconogr. Moll. t. 6. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 35. t. 8. f. 1. 2.
— *tornata Born* Mus. p. 369. t. 14. f. 9. 10.
— *albilabris Küster* in ind. fasc. 32.
Caracolus oculatus Montf. p. 139. t. 35.
Carocolla albilabris Lam. 2. p. 96. ed. Dh. p. 143
— — *Crouch* Illustr. introd. p. 28. t. 14. f. 16
Caracolla Carocolla Beck ind. p. 32.
Discodoma albilabris Swains. Malac. p. 329.
Lister t. 63. f. 61!
Knorr Vergn. IV. p. 23. t. 13. f. 4!

β. Apertura livida, margaritacea, perist. saturate fusco. (Coll. Gruner.)

Habitat in insulis Antillis, Portorico etc.

Obs. Variat magnitudine. Specimina adulta interdum dimidio minora reperiuntur. Umbilicus plerumque omnino clausus, rarius semiapertus.

13. H. angistoma Férussac.

T. obtecte perforata, orbiculata, utrinque convexa, solida, subtiliter striata, fulvescens, fasciis saturatioribus ornata; anfr. 6½ plani, 4 ultimi subaequales, ultimus acute carinatus; apertura late angulato-lunaris; perist. incrassatum, callosum, marginibus callo connexis, basali reflexo, perforationem prorsus tegente. — Diam. maj. 43, min. 39, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 7.)

Helix angistoma (Helicigona) *Fér.* pr. 130. Hist. t. 60. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 36. t. 8. f. 9.
— *Carocolla Chemn.* IX. P. 2. p. 77. t. 125. f. 1092.
Carocolla angistoma Lam. 3. p. 96. ed. Dh. p. 144.
Caracolla angistoma Beck ind. p. 32.
Discodoma angistoma Swains. Malac. p. 329.
Gualt. t. 3. f. I!

Habitat in insulis Antillis. (Maugé, Lam.) Rara in coll.

Obs. Nomen «angistoma» unde derivandum sit nescio. Nonne rectius: «anchistoma»?

14. H. inversicolor Férussac.

T. imperforata, orbicularis, utrinque convexa, acute carinata, superne rufa, striata, basi nigricans, striata et lineis concentricis distantibus decussata; spira brevis: anfr. 7 planulati: columella

brevis, obliqua, callosa; apertura subquadrangularis; perist. subincrassatum, marginibus callo tenui junctis, supero arcuato. — Diam. maj. 39, min. 36, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 8.)

Helix inversicolor (Helicigona) *Fér.* pr. 132. Hist. t. 58 A. f. 7—12.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 538. t. 86. f. 6. 7.
Carocolla bicolor Lam. 8. p. 97. ed. Dh. p. 146.
Caracolla bicolor Beck ind. p. 32.

β. Minor, subunicolor fusca, vel maculis angularibus picta, vel basi paulo saturatior; anfr. 6; spira plerumque elatior. — Diam. maj. 27, min. 24, alt. 17 mill. (Spec.)
Helix inversicolor β, γ Fér. t. 58 A. f. 1—6.
Carocolla mauritiana Lam. 9. p. 98. ed. Dh. p. 146.
Caracolla mauritiana Beck ind. p. 32.

γ. Var. notabilis:
Helix puerocunae Péron. (teste Fér.)

Habitat in insula Isle de France.

15. H. rostrata Pfr.

T. obtecte umbilicata, orbiculato-convexa, crassa, striata, nigricans, zona 1 fulvida ad peripheriam, altera ad suturam; spira conoideo-subsemiglobosa; anfr. 5½ plani, ultimus carinatus, supra carinam tumidulus, basi convexiusculus, antice vix deflexus; carina compressa, acuta; apertura fere horizontalis, subtriangularis; perist. crassum, album, ad carinam elevato-rostratum, marginibus callo crasso junctis, basali perdilatato, appresso-reflexo. — Diam. maj. 42, min. 37, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 9.)

Helix rostrata Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1847. p. 12.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 537. t. 86. f. 3—5.
— *marginata var. Fér.* hist. t. 63. f. 9. 10.

Habitat in insula Cuba. (Misit Dr. Gundlach.)

Obs. Sequenti quidem affinis, attamen in speciminum copia transitum non praebens.

16. H. Sagemon Beck.

T. obtecte umbilicata, orbiculato-convexa, crassa, striata, lutea vel rufescens, fasciis latis nigricantibus varie ornata; spira elevata, obtusa; anfr. 5½ planulati, ultimus carinatus, basi planiusculus, antice gibbus, deflexus; apertura perobliqua, subtriangularis; perist. incrassatum, reflexiusculum, album vel violaceo-centi-fuscum, marginibus callo lato junctis. — Diam. maj. 34, min. 30, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 10.)

Caracolla Sagemon Beck ind. p. 31 (ex synon.).
Helix marginata var. Fér. hist. t. 63. f. 5. 6. 9—10.
— — *Rang* in Guér. mag. 1834. t. 56 (c. anim.).
— *marginatoides Orb.* cub. I. p. 153. t. 5. f. 8—10.

Helix Sagemon Pfr. Symb. II. p. 99.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 67. t. 13. f. 3. 4.
Carocolla marginata Reeve Conch. syst. II. t. 167. f. 8.
Lister t. 67. f. 66.

β. Minor, superne fulvo-unifasciata, basi nigricans, medio fulva, umbilico non omnino clauso. — Diam. maj. 32, min. 27, alt. 14 mill. (Spec.)
Helix marginata var. Fér. hist. t. 63. f. 3. 4.
— *marginelloides Orb.* cub. I. p. 154. t. 9. f. 14—16. *)
Habitat frequens in parte meridionali insulae Cubae, prope San Yago, etc.

Obs. Proxime affinis H. Bornii Chemn., late umbilicatae. (Conf. Nr. 1018.)

§. 5.

17. H. crispata Férussac.

T. imperforata, globosa, tenuiuscula, substriata, nitida, fusco-lutescens, lineis brunneis confertis, concentricis, undulato-crispis elegantissime circumdata; spira brevis; anfr. 4½ convexi, ultimus inflatus; columella arcuata, dilatata, alba; apertura lunato-circularis, intus lactea; perist. simplex, rectum. — Diam. maj. 31, min. 26, alt. 21 mill. (Mus. Cuming.)

Helix crispata (Helicogena) *Fér.* pr. 26. Hist. t. 25. f. 7. 8.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 65.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 194. t. 28. f. 1. 2.

β. Major: diam. maj. 37, min. 31, alt. 28 mill. (Mus. Cuming.)
Habitat in insula Haïti. (Fér.)

Obs. 1. Differt ab H. dilatata spira majore, apertura parva, columella arcuata etc.

Obs. 2. H. crispata Fér.? Pfr. Symb. II. p. 26 est H. Butleri. (Vide Nr. 664.)

18. H. dilatata Pfr.

T. imperforata, oblique subovata, solida, granulato-striata, pallide lutea, lineis confertissimis brunneis, interruptis supra et infra fasciam concolorem medii anfractus ultimi picta, apice albida; spira parva, obtusiuscula; anfr. 4 rapide accrescentes, ultimus amplissimus; columella albo-callosa, stricta; apertura maxima, oblique ovalis, intus lactea; perist. rectum, subincrassatum, margine dextro antrorsum arcuato. — Diam. maj. 35, min. 26, alt. 24 mill. (Mus. Cuming.)

Helix dilatata Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 42.
— *crispata var. Fér.* hist. t. 16. f. 7. 8?
Habitat . . . .?

*) T. orbiculato-conica, crassa, imperforata, carinata, carina obtusa, substriata, fusco-nigra, fasciis supra fulvis cincta; spira conica, obtusa, subtus minime convexa; apertura obovali, crassa; labro reflexo, albo. — Diam. 33, alt. 18 mill. (Orb. l. c.)

19. H. tenuis Pfr.

T. imperforata, subglobosa, tenuis, fusca, rufo-zonata, lineis obsoletis impressis, concentricis notata, epidermide tenuissima, sericina induta; spira obtusiuscula; anfr. 5 celeriter crescentes, vix convexiusculi, ultimus magnus, inflatus, ad columellam obliquam, subtortam excavatus; apertura lunato-ovalis; perist. rectum, simplex, basi subincrassatum. — R. a. = 2 : 5. — Diam. maj. 32, min. 26, alt. 22 mill. (Mus. Cuming.)

Helix tenuis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 41.

Habitat . . . . ?

20. H. tumida Pfr.

T. imperforata, globosa, solida, rugoso-striata, nitidiuscula, alba, epidermide sordide viridi, saturatius radiata induta; spira parvula, elevata, apice nuda; anfr. 5 tumidi, ultimus permagnus; columella subverticalis, elongata, albo-callosa, basi subtorta; apertura ampla, lunato-rotundata, intus coerulescens; perist. simplex, rectum, margine dextro arcuato, basali cum columella angulum formante. — Diam. maj. 27, min. 23, alt. 21 mill. (Mus. Cuming.)

Helix tumida Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 130.

Habitat . . . . ?

21. H. micans Pfr.

T. imperforata, globosa, tenuis, fragilis, striatula, lineis confertissimis obsolete decussata, diaphana, albida; spira parvula; anfr. 4 planiusculi, rapide accrescentes, ultimus inflatus; columella tenuis, intrans, excavata; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, rectum, margine dextro antrorsum subarcuato. — Diam. maj. 28, min. 24, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 11.)

Helix micans Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 71.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 197. t. 28. f. 3—5.

Habitat prope S. Juan prov. Cagayan insulae Luzon. (Cuming.)

22. H. subplicata Sowerby.

T. imperforata, subglobosa, longitudinaliter valide plicata, epidermide luteo-fusca vel castanea induta; spira elata, obtusa; anfr. 3½ inflati, rapide accrescentes; apertura ampla, subcircularis, intus nitida, plicata; perist. simplex, marginibus fere contiguis, callo tenui junctis, columellari subincrassato, dilatato. — Diam. maj. 31, min. 26, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 12.)

Helix subplicata Sow. in Zool. Journ. I. p. 56. t. 3. f. 1.
— — *Lowe* Prim. Faun. Mader. p. 41. t. 5. f. 4.
— — *Wood* ind. suppl. t. 8. f. 74.
— — (Helicogena) *Fér.* hist. t. 9 B. f. 8. 9. t. 17. A. f. 14. 15.

Helix subplicata Lam. ed. Dh. 144. p. 95.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 198. t. 29. f. 1. 2.
Pomatia subplicata Beck ind. p. 44.
Habitat in insula Baxo prope Porto Sancto.

23. H. aperta Born.

T. imperforata, ovato-globosa, inflata, tenuis, plicato-striata, olivaceo-fusca; anfr. 4 convexiusculi, rapide accrescentes; apertura acute obovalis; perist. simplex, acutum, albo-limbatum. — Diam. maj. 26, min. 16½, alt. 27 mill. (Coll. Nr. 13.)

Helix aperta Born Mus. p. 387. t. 15. f. 19. 20.
— — *Gray* Manual p. 127. t. 11. f. 129.
— — *Chemn.* ed. II. Helix p. VII. N. 1. t. 1. f. 1—4.
— *terrestris Forsk.* (teste Beck).
— *neritoides Chemn.* IX. P. 2. p. 150. t. 133. f. 1204. 5.
— *naticoides Drap.* p. 92. t. 5. f. 26. 27.
— — (Helicogena) Fér. pr. 15. Hist. t. 11. f. 17—20.
— — *Lam.* 13. p. 69. ed. Dh. p. 35.
— — *Blainv.* Malac. p. 460. t. 40. f. 6.
— — *Rossm.* V. p. 1. f. 285. (II. f. 156. anim.)
— — *Küster* in Chemn. ed. II. p. 24.
— *karalitana Prunn.* teste Villa catal.
— ..... *Sow.* Conch. Man. f. 517.
Cantareus naticoides Risso IV. p. 64.
Pomatia aperta Beck ind. p. 44.
Coenatoria naticoides Held in Isis 1837. p. 910.
Gualt. t. 1. f. F.

Habitat in Gallia meridionali, Italia, Sicilia, Graecia, Turcia, Algeria, etc., nec non in insula Guernsey (Forbes).

Obs. Epiphragma hibernum album, vesicale, valde convexum.

24. H. tristis Pfr.

T. imperforata, ovato-globosa, tenuis, striata, lineis concentricis obsolete decussata, olivaceo-fusca, rufo-5-fasciata, spira parvula, conoidea; anfr. 4 convexiusculi, ultimus inflatus; apertura lunato-ovalis, intus nitida; perist. simplex, rectum, margine columellari dilatato, reflexo, appresso. — Diam. maj. 21, min. 18, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 14.)

Helix tristis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 66.
— — *Philippi* Icon. II. 15. p. 184. Helix t. 9. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 196. t. 28. f. 20. 21.
— *ceratina Shuttleworth* in Mittheil. d. naturf. Ges. in Bern 1843. p. 66. (absque diagnosi.)

Habitat in insula Corsica, in arenosis prope Ajaccio. (Shuttl.)

25. H. picta Born.

T. imperforata, subglobosa, solidula, laeviuscula, varie colorata, fasciis variis et strigis remotis subcruciatim ornata; anfr 4 convexi; spira brevis, obtusa; columella arcuata, callosa; apertura ampla, lunato-ovalis; perist. simplex, intus subincrassatum, nigro-purpureo- vel roseo-limbatum. — Diam. maj. 30, min. 25, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 15. Spec. max.)

Helix picta Born Mus. p. 386. t. 15. f. 17. 18.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 16. Hist. t. 9 B. f. 6. 7. t. 11 A. f. 14. t. 12—14. f. 1—5. t. 25. f. 9. 10. t. 25 A. f. 1—6.
— — *Lam.* 14. p. 69. ed. Dh. p. 35.
— — *Orb.* cub. I. p. 160. t. 5. f. 1—3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 191. t. 27. f. 1—8.
— *venusta Gmel.* 114. p. 3650.
Cortex mali citrei Chemn. IX. P. 2. p. 128. t. 130. f. 1162—65.
Polymita picta Beck ind. p. 44.
Lister t. 54. f. 52.
Rumph Mus. t. 22. f. 1.
Seba Mus. III. t. 40. f. 46.
Knorr Vergn. I. p. 15. t. 10. f. 2.
Kämmerer t. 11. f. 4. 5.

Habitat frequentissima in insulae Cubae regionibus meridionalibus (praesertim prope S. Yago de Cuba).

Obs. Testa plerumque citrina, vel albida, carnea, carneo-fusca, rosea, lateritia, viridis, coerulea, rufa vel nigricans. Fasciae plerumque nigricantes vel albae, saepe nigra albae adnata. Strigae longitudinales (labri prioris reliquiae) nigricantes.

26. H. versicolor Born.

T. imperforata, subglobosa, glabriuscula, alba, lineis fuscis, citrinis et roseis elegantissime circumdata; spira prominens; anfr. 4 convexi, ultimus inflatus; columella subdilatata, rosea; apertura lunato-subcircularis, intus cum fauce rosea; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 26, min. 23, alt. 22 mill. (Mus. Cuming.)

Helix versicolor Born Mus. p. 386. t. 16. f. 9. 10.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 18. Hist. t. 17. f. 1—3.
— — *Lam.* 12. p. 69. ed. Dh. p. 34.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 194. t. 28. f. 10. 11.
— *pictoria et cincta Perry* conch. t. 15. f. 1 et 3?
Polymita versicolor Beck ind. p. 45.

β. Minor, substriata, alba, cingulis rufis, albo-reticulatis ornata, columella rosea, area rosea saepe circumdata. — Diam. maj. 21, min. 18, alt. 16—17 mill. (Coll. Nr. 16.)

Helix globulosa Pfr. Symb. II. p. 29. Nec Fér.
— *versicolor var. Chemn.* ed. II. Helix t. 28. f. 12. 13.
Habitat . . . . ? Var. *β* in insula Cuba (teste Petit).

27. H. muscarum Lea.

T. imperforata, globosa, solida, laevigata, nitida, lutea vel alba, fasciis variis ornata, punctisque rufis vel griseis pellucidis irregulariter conspersa; anfr. 4½ convexi; columella subrecta, dilatata, alba vel rubra; area columellaris et faux roseae; apertura subverticalis, rotundato-lunaris; perist. simplex, obtusum, intus sublabiatum, marginibus callo tenui junctis. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 17.)

Helix muscarum Lea obs. I. p. 163. t. 19. f. 59.
— — *Pfr.* in Phil. Icon. II. 9. p. 4. t. 6. f. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 192. t. 27. f. 12—21.
— *globulosa* (Helicogena) *Fér.* pr. 17. Hist. t. 25. f. 3. 4. t. 25 A. f. 7. 8.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 35.
— *carnicolor Orb.* cub. I. p. 158. t. 10. f. 5—8. *)
Polymita globulosa Beck ind. p. 44.

α. Albida, fasciis 2 angustis, approximatis, castaneis supra medium anfractus ultimi, tertia ad suturam. (Var. Leaiana.)
β. Lutea, fasciis 2 latis albis et 1 castanea ad suturam.
γ. Lutea, cingulis 2 angustis albis, linea suturali rosea.
δ. Alba, lineis 2 approximatis nigris ad peripheriam, interstitio fuscescenti-luteo, linea suturali nigra.
ε. Fusco-lutea, cingulis 2 approximatis ad peripheriam, superiore superne albo-marginato, linea suturali nigra.
ζ. Alba, cingulis 3 nigricanti-castaneis, primo suturali, secundo latissimo, tertio angusto, interstitio luteo.
η. Lutea, fasciis 2 albis cincta, maculis majoribus dense conspersa
ϑ. Fusco-lutea, cingulis 2 latis nigris, fascia suturali lata, rosea.
ι. Fusco-lutea, cingulis 2 angustis albis, linea suturali nigra.
κ. Alba, cingulis luteis, cinnamomeo-marginatis. (Fér.)
λ. Unicolor alba, punctis diaphanis griseis conspersa.

Habitat in insula Cuba.

Obs. Nomen Ferussacianum ob H. globulosam fossilem rejiciendum videtur.

28. H. depicta Grateloup. †

T. imperforata, subglobosa, conoidea, tenuis, alba, subtilissime striata, fasciis ac lineis variis luteis, fuscisque interruptis

*) T. elevato-conica, laevigata, glabra, imperforata, zonis fulvis 3 cincta; spira elevata, conica, apice obtuso; anfr. 6 subconvexis; apertura rubra. — Diam. 14, alt. 16 mill. (Orb. l. c.)

depicta; anfr. 5 convexi; labrum simplex, acutum. — Diam. 15, alt. 11 mill. (Grat.)

Helix depicta Gratel. in Act. Bord. XI. p. 399. t. 1. f. 12.

Habitat in insula St. Thomas et prope New-Orleans. (Gr.)

29. H. cubensis Pfr.

T. imperforata, globulosa, nitidula, longitudinaliter tenerrime striata, basi convexa, unicolor, fasciata vel punctata; spira brevis, obtusa; anfr. 4 convexiusculi, ultimus ventrosus; columella brevis, subverticaliter descendens, superne vix dilatata; apertura magna, lunato-rotundata; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. 11—12 mill. (Coll. Nr. 18 spec. max.)

Helix cubensis Pfr. in Wiegm. Arch. 1840. I. p. 250.

— — *Phil.* Icon. II. 9. p. 5. t. 6. f. 11.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 200. t. 29. f. 9—13.

— *Lanieriana Orb.* cub. I. p. 159. t. 7. f. 17—20. *)

— *penicillata Gould* in Bost. journ. IV. N. 1. 1842. (extus.)

α. Alba, solida, opaca.

β. Alba, fasciis 2 angustis nigricanti-rufis, superiore ad verticem usque conspicua.

γ. Alba, fasciis 2 latis fulvis.

δ. Rosea unicolor.

ε. Cornea, solida absque fasciis.

ζ. Albida, lutescens vel rosea, seriebus confertis punctulorum brunneorum, saepeque zona nigra ornata.

η. Rosea, anfractu ultimo unicolore, reliquis punctis seriatis, brunneis conspersis.

ϑ. Spira paulo elatiore.

Microcystis trifasciella Beck p. 2. (teste spec. coll. Anton.)

Habitat in insula Cuba, ubi frequentem legi circa Havana et Matanzas; var. *ζ* praesertim sub foliis Oreodoxae regiae; var. *ϑ* in insula Jamaica.

Obs. Cl. Gould (Bost. Journ. IV. p. 487) hanc speciem cum H. gilva Fér., quae auctori ignota esse videtur, confundit. (Conf. Nr. 881.)

30. H. tenerrima Adams.

T. imperforata, depresso-globosa, tenera, striatula, epidermide tenui, corneo-lutescente induta; anfr. 5½ convexi, ultimus inflatus; columella intrans, callosa, dilatata, complanata, alba; apertura lunato-circularis; perist. simplex, acutum, marginibus

---

*) T. globosa, imperforata, tenui, translucida, laevigata, alba vel fasciis fuscis cincta; spira brevi; apertura subrotundata; labro simplice, acuto. — Diam. 14, alt. 11 mill. (Orb. l. c.)

conniventibus. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 19.)

Helix tenerrima Adams in Proc. Bost. Soc. 1845. Jan. p. 16.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 155.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 201. t. 29. f. 5—8.

Habitat in insula Jamaica.

31. H. furva Lowe.

T. imperforata, subglobosa, tenuis, obsolete rugulosa, lutescens, fusco-unifasciata, epidermide umbrina induta; anfr. 6 subplanulati, ultimus subangulatus, basi convexus, antice paulum descendens; sutura distincta; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari subincrassato. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 12½ mill. (Coll. Nr. 20. Spec. Lowean.)

Helix furva Lowe Mader. p. 40. t. 5. f. 2.
— — *Lam.* ed. Dh. 145. p. 96.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 202. t. 29. f. 20—22.

Habitat in insulae Maderae sylvis rarior.

32. H. Natalensis Pfr.

T. imperforata, subglobosa, tenuis, laevigata, subdiaphana, corneo-albida, lineis fuscis irregulariter radiata; spira elevatiuscula, obtusa; anfr. 4 vix convexiusculi, ultimus inflatus; columella subverticalis, filiformis, profunde intrans; apertura lunato-rotundata, intus fulva, nitida; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 12, min. 10, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 21.)

Helix Natalensis Pfr. Symb. III. p. 65.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 203. t. 29. f. 30—32.

Habitat ad Natal Africae meridionalis.

32ª. H. irradiata Gould. †

T. conico-globosa, tenuis, imperforata, albida, supra purpureo radiatim tessellata, lineis incrementi acutis confertim striata, subtus rotundata: spirae anfr. 6 convexi, ultimus subangulatus; apertura transversa, lunata; labrum acutum, ad columellam incurvatum, vix reflexum. — Lat. ¼, alt. ⅜ poll. (G.)

Helix (Nanina) *irradiata Gould* 1846. Exped. shells p. 25.

Habitat in Nova Hollandia.

Obs. «Forma H. cubensi similis. Colores fere dispositi sicut in Bulimo vexillo.»

§. 6.

33. H. Lindoni Pfr.

T. imperforata, semiglobosa, tenuis, irregulariter striatula, superne opaca, albida, punctis castaneis conspersa et linea nigri-

canti-castanea ad suturam ornata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus basi planulatus, pellucidus, corneo-virens, antice breviter deflexus; columella intrans, declivis, subarcuata, dilatata, introrsum acuta; apertura lunato-elliptica; perist. simplex, rectum. — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 9½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix Lindoni Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846.
— — *Phil.* Icon. III. 17. Helix t. 10. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 193. t. 27. f. 9—11.

Habitat in insula Cuba. (Lindon.)

34. H. Gossei Pfr.

T. imperforata, orbiculato-conoidea, tenuis, irregulariter plicatulo-striata, non nitens, diaphana, fulvida, fascia unica peripherica, angusta, castanea, alteraque superiore obsoleta ornata; spira breviter conoidea, obtusa; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice vix descendens, basi subplanulatus; columella declivis, angusta, plana, introrsum acuta; apertura obliqua, elliptico-lunaris, intus concolor; perist. simplex, tenue, rectum. — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 9 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Gossei Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846.

Habitat in Montibus coeruleis insulae Jamaicae. (Gosse.)

35. H. subconica Adams.

T. tenuis, late subconica, imperforata, flavido-fusca, atro-fusco varie lineata; anfr. 5 haud multum convexi, exile striati, ultimus subangulatus, subtus convexus; apertura subrectangularis, curviter depressa; labrum tenuissimum; columella recta, acuta. — Div. 100°. Alt. 0,43, lat. max. 0,67, lat. min. 0,57 poll. (Ad.)

Helix subconica Adams in Bost. Proc. 1845. p. 15.

Habitat in insula Jamaica.

36. H. fulva (Müller?) Draparnaud.

T. imperforata, turbinato-globosa, cornea, minutissime striatula, nitida; anfr. 6 convexi, angustissimi, ultimus basi convexiusculus; apertura depressa, lunaris; perist. rectum, simplex, acutum. — Diam. maj. 4, min. 3½, alt. 3 mill. (Coll. Nr. 22. Spec. hass.)

Helix fulva Müll. hist. verm. II. p. 56. N. 249?
— — *Drap.* p. 81. t. 7. f. 12. 13.
— — *C. Pfr.* I. p. 23. t. 2. f. 2.
— — *Lam.* ed. Dh. 110. p. 78.
— — *Rossm.* VIII. p. 38. f. 535.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 167.
— — *Gray* Manual p. 148. t. 5. f. 47.

Helix fulva Dupuy Moll. du Gers p. 15. N. 2.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 72.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 212. t. 30. f. 22—24
— *trochiformis Montagu* test. brit. p. 427. t. 11. f. 9.
— *trochulus Dillwyn* cat. p. 916.
— *trochilus Fleming* brit. anim. p. 260.
— *nitidula v. Alten* p. 53. t. 4. f. 8.
— *chersina Say* in Philad. journ. II. p. 156.
— — *Binney* in Bost. journ. III. p. 416. t. 26. f. 3.
— — *Gould* report p. 185. f. 105.
— *Mandralisci Bivon.* fil. in Giorn. lett. N. 198. f. 6.
Conulus fulvus Fitzinger syst. Verz. p. 94.
Petasia trochiformis Beck ind. p. 21.
Polita fulva Held in Isis 1837. p. 916.
β. Minor, obscurior: H. fulva var. Alderi Gray l. c.
γ. Depressa, utrinque fere aequaliter convexa:
Helix Mortoni Jeffreys in Linn. transact. XVI. p. 332.

Habitat in Germania, Helvetia, Gallia, Anglia, Italia, Sicilia, Dania, Suecia, Rossia, Caucaso; in America boreali (Sea islands of Georgia: Say, Massachusetts: Gould).

37. **H. egena Say.**

T. imperforata, semigloboso-turbinata, glabra, nitidíssima, cornea; spira conoideo-elevata; anfr. 5½ convexi, lente accrescentes, ultimus basi convexus, medio impressus, foramen punctiforme simulans; apertura depressa, lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari brevi, verticali, centro baseos inserto, breviter reflexo. — Diam. maj. 3½, min. 3, alt. 2⅓ mill. (Coll. Nr. 23.)

Helix egena Say in Philad. journ. V. p. 120.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 211. t. 30. f. 19—21.

Habitat in America boreali: Philadelphia (Say, Griffith).

Obs. Differt ab H. fulva testae glaberrimae forma depressiore, anfractibus latioribus, ultimo magis inflato, apertura minus depressa.

38. **H. semen lini Moricand.** †

T. parvula, orbiculato-convexa, imperforata, tenuis, glabra, pellucida, nitida, cornea; anfr. 5 planiusculi; apertura transverse ovalis, semilunata, margine acuto. — Diam. 3, alt. 2 mill. (Mor.)

Helix semen lini Moric. mém. 3e suppl. p. 55. t. 5. f. 17.

Habitat circa Bahia Brasiliae.

39. **H. nana Hutton.** †

T. parvula, convexo-conoidea, pallide fuscescens; anfr. 6—7 arcte convoluti, ultimus rotundatus; apertura latior; labrum sim-

plex; umbilicus evanidus; apex valde obtusus. — Diam. 0,1 poll. (Hutt.)

Helix nana Hutton in Journ. As. Soc. VII. P. 1. p. 218.

Habitat in Himalayah prope Simla.

§. 7.

40. H. Haldemaniana Adams.

T. imperforata, depressa, striatula, tenuis, nitida, virenti-hyalina; spira vix elevata, obtusissima; sutura marginata; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus antice non descendens, basi medio profunde excavatus; apertura subverticalis, oblique lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari perobliquo, superne brevissime reflexo. — Diam. maj. 13, min. 11½, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 24.)

Helix Haldemaniana Adams in sched.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 154.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 205. t. 28. f. 14—17.
— *arborcoides Adams* in Bost. Proc. 1845. p. 16? *)

Habitat in insula Jamaica.

Obs. Huic similes varietates subimperforatae H. vitrinoidis Desh. (Conf. Nr. 116.)

41. Helix orbis Beck.

T. imperforata, discoidea, virenti-lutescens, glaberrima, nitida, pellucida, supra plana, subtus convexiuscula, medio impressa; sutura submarginata; anfr. 5—6 plani, ultimus penultimo vix latior, superne angulatus; apertura subverticalis, lata, lunaris; perist. rectum, acutum, simplex. — Diam. maj. 9⅓, min. 8⅔, alt. 3½ mill. (Coll. Nr. 25.)

Helicopsis orbis Beck ind. p. 2. (teste Anton in litt.)
Helix orbis Pfr. Symb. II. p. 35.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 206. t. 30. f. 8—10.
— *planulata Anton* Verz. p. 35. N. 1326. Nec Lam.

Habitat in insula Opara (Cuming).

42. H. ornatella Beck.

T. imperforata, orbiculato-convexiuscula, leviter striatula, nitidissima, fulvescenti-lutea, unicolor vel fasciis saturate fulvis et

*) T. discoidea, tenui, nitida, diaphana, pallide cornea, exilissime striata; anfr. 7 angustis, a linea subsuturali impressis, ultimo rotundato, subtus late et profunde indentato; apertura subovata, ab anfr. penultimo valde invasa; labro tenuissimo. — Div. 140°. Alt. 0,3, lat. max. 0, 59, lat. min. 0,54 poll. (Ad. l. c.)

castaneis multimode ornata et radiata; spira convexiuscula, obtusa; anfr. 3½—4 vix convexiusculi, ultimus basi planior; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari subobliquo, dilatato, albo. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 26.)

Microcystis ornatella Beck ind. p. 2. (teste Anton.)
Helix ornatella Pfr. Symb. II. p. 36.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 207. t. 29. f. 23—26.
— *Adamsi Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 66.
— *realis Mühlf.* in Ant. Verz. p. 35. N. 1329.

Habitat in insulis Pitcairn et Opara (Cuming).

43. H. brunnea Anton.

T. imperforata, orbiculato-convexa, nitidissima, saturate fulva, superne punctis albis conspersa; spira convexiuscula; anfr. 4½ subplanulati, sensim accrescentes, ultimus basi convexiusculus, medio impressus; apertura rotundato-lunaris; perist. acutum, simplex, tenuissimum, loco umbilici subincrassatum. — Diam. maj. 6, min. 5½, alt. 3⅓ mill. (Coll. Nr. 27.)

Helix brunnea Anton Verz. p. 35. N. 1328.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 208. t. 29. f. 27—29.
Helicopsis glandula Beck ind. p. 2. (teste Ant. in litt.).

Habitat in insulis Pitcairn (Cuming).

44. H. subtilis Anton.

T. imperforata, depressa, tenerrima, nitida, pallide cornea; spira vix exserta; anfr. 4½—5 planiusculi, sensim accrescentes, ultimus basi paulo convexior; sutura interdum rufo-marginata; apertura transverse lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 6, min. 5⅓, alt. 3⅓ mill. (Coll. Nr. 28.)

Helix subtilis Anton Verz. p. 35. N. 1327.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 209. t. 29. f. 33—35.
— *vitrinella Pfr.* Symb. II. p. 41.
Helicopsis vitrinella Beck ind. p. 2. (teste Anton in litt.)

Habitat in insula Oheatora (Cuming).

Obs. Nomen Antonianum prioritate gaudet, cum H. subtilis Lowe ab H. lenticula Fér. nullo modo differat.

45. H. fusca Montagu.

T. imperforata, depressa, tenuissima, pellucida, cornea, nitida, superne rugoso-plicatula, basi convexiuscula, laevigata; spira vix elevata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus obsolete angulatus; columella brevissima, subverticalis; apertura lunaris; perist. simplex,

acutum, margine columellari reflexiusculo.— Diam. maj. 9, min. 7, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 29.)

Helix fusca Mont. test. brit. p. 424. t. 13. f. 1.
— — *Wood* index t. 34. f. 132.
— — *Gray* Manual p. 147. t. 4. f. 36.
— — *Thompson* cat. of land- and freshwater-shells of Irel. 1840. p. 10.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 28.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 204. t. 29. f. 17—19.
— *subrufescens Miller* in Ann. of Phil. XIX. p. 379.
— *Zenobia corrugata Gray* in Med. Repos. 1824. p. 239.
Petasia edentula Beck ind. p. 21?

Habitat in Britannia (Devonshire: Mont.) et Hibernia (Thomps.).

* * *

46. **H. stylodon Pfr.**

T. imperforata, depressiuscula, solidula, luteo-cornea, subtiliter striata, interdum decussata; spira vix elevata; anfr. 6 planiusculi, ultimus obtuse angulatus; apertura lunaris; columella dente obliquo, valido, albo, instructa; perist. simplex. — Diam. maj. 21, min. 20, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 30.)

Helix stylodon Pfr. Symb. II. p. 40.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 221. t. 28. f. 18. 19.
— *monodonta Grat.* Act. Bord. XI. p. 399. t. 1. f. 11?*) Nec Lea.

Habitat in insula Mauritii.

* * *

47. **H. Powisiana Pfr.**

T. imperforata, depressa, superne convexiuscula, basi planiuscula, medio impressa, tenuissima, striatula, nitidissima, cornea, fusco-radiata; anfractus plane involuti, ultimus antice oblique depressus; apertura depressa, lunato-oblonga; perist. simplex, rectum, marginibus utrinque centro testae insertis, dextro antrorsum arcuato-dilatato. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 7½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix Powisiana Pfr. mss.
— *involuta Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 65. Nec Thomae.

Habitat in montibus Quendeu Novae Granadae.

Obs. Num forsan alii generi adscribenda? An Helicophanta?

---

*) T. conoidea, subtus convexa, imperforata, cornea, multispira, subpellucida, subtiliter oblique striata; anfr. 6—7, majore unifasciato; apertura semilunari, labro acuto, margine columellari albo-unidentato. — Alt. 6, diam. 18 mill. (Grat. l. c.)

§. 8.

48. **H. rectangula Pfr.**

T. imperforata, orbiculato-conica, solida, striatula, griseo-straminea, area basali, linea suturali et fasciis latis castaneis ornata; spira elevata, obtusa; anfr. 6—6½ convexiusculi, ultimus subrectangule carinatus, basi planiusculus, medio subexcavatus; apertura depressa, subtrapezia, margine columellari incrassato, calloso-subunidentato. — Diam. maj. 13, min. 12, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 31.)

Helix rectangula Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 130.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 217. t. 28. f. 8. 9.

Habitat in insulis «Marquises».

Obs. Variat unicolor pallida, linea suturali modo et area basali castaneis

49. **H. conus Philippi.**

T. imperforata, conica, trochiformis, basi acute carinata, laevis, fulva, carina albida, utrinque cingulo angusto, rufo marginata; spira elata, apice acuta; anfr. 8 plani, ultimus basi planiusculus, medio impressus; apertura depressa, oblique quadrangularis; perist. simplex, acutum, margine columellari perobliquo, subincrassato. — Diam. maj. 15, min. 14½, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 32.)

Helix conus Phil. coll. Pfr. Symb. I. p. 39.
— — *Phil.* Icon. I. 1. p. 11. t. 1. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 216. t. 28. f. 6. 7.

Habitat in insula Java.

50. **H. pemphigodes Pfr.**

T. imperforata, subglobosa, tenuis, membranacea, oblique plicatula, diaphana, lutescenti-cornea; spira brevis, papillata; anfr. 4 vix convexi, ultimus magnus, carinatus, juxta suturam inflatus, basi convexus, antice vix descendens; columella simplex, acuta, subverticalis; apertura ampla, fere circularis; perist. simplex, acutum, marginibus conniventibus. — Diam. maj. 18, min. 14, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.)

Helix pemphigodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 110.

Habitat in insula Cuba (Lindon).

51. **H. Campbellii Gray.**

T. imperforata, orbiculata, utrinque convexa, superne confertim rugosa, striis spiralibus leviter decussata, pallide brunnea, fascia unica lata, pallida supra peripheriam ornata; spira conoidea, obtusa; anfr. 4½ planiusculi, ultimus medio angulatus, basi sub-

laevigatus; columella brevis, obliqua, subincrassata; apertura angulato-lunaris; perist. tenue, acutum. — Diam. maj. 19, min. 17, alt. 12 mill. (Spec. Mus. Britt.)

Helix Campbellii Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 65.
— — *Müller* synops. p. 7.

β. Testa superne fusca, basi castanea: diam. maj. 20, min. 18, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Phillip oceani pacifici.

52. **H. strigillata Jan.** †

T. imperforata, depressa, carinata, oblique striata; apertura lunaris carinae angulosa; perist. simplex, subcontinuum, gilvum. — Diam. 1 poll., alt. 5⅔ lin. Apert. diam. long. 5, transv. 6½ lin. (Jan.)

Helix strigillata Jan Mantissa p. 1.

Habitat in America meridionali.

53. **H. Stoddarti Gray.**

T. imperforata, depresso-turbinata, solida, leviter rugosa, nitidula, brunnea, pallide fasciata vel flavescens, fasciis saturatioribus; spira depresso-conica; anfr. 5 planiusculi, ultimus convexior, medio angulatus, basi convexiusculus; columella brevissima, subincrassata, intrans; apertura lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 15, min. 14, alt. 10 mill. (Spec. Mus. Britt.)

Helix Stoddarti Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 65.
— — *Müller* synops. p. 8.

Habitat in insula Phillip oceani pacifici (Cunningham).

54. **H. Boholensis Pfr.**

T. imperforata, depressa, lenticularis, acute carinata, tenuis, corneo-albida; spira convexiuscula; anfr. 7 planulati, regulariter confertim striati, juxta carinam lineis 2 acute elevatis, approximatis cincti, ultimus basi convexiusculus, striatulus, medio vix impressus, antice non descendens; apertura verticalis, depressissima, angulato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine supero brevissimo. — Diam. maj. 14, min. 13, alt. 6 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Boholensis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 123.
— — *Phil.* Icon. II. 11 p. 86. t. 7. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 218. t. 30. f. 5—7.

β. Minor, anfr. 6½: diam. maj. 10, min. 9, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 33.)

Habitat in insula Bohol, ubi prope Loboc legit H. Cuming.

55. **H. insculpta Pfr.**

T. imperforata, depressa, utrinque convexiuscula, lenticularis, acute carinata, solidula, castanea, superne costulis confertis

et linea spirali carinae parallela insculpta; anfr. 5 planulati, ultimus basi laevigatus, juxta carinam linea impressa notatus; columella dente unico brevi, acuto, albo munita; apertura depressa, securiformis; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 8, min. 7½, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 34.)

Helix insculpta Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 129.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 219. t. 30. f. 15—18.

Habitat . . . . ?

55ª. H. cultrata Gould. †

T. parva, orbicularis, depressa, glaberrima, lucida, fusco-viridis, infra rotundata, in foveam umbilicalem devexa, imperforata: spirae anfr. 5 convexi, ultimus superne carinatus; apex obtusus; sutura marginata; apertura angusta, lunata; labrum simplex; columella obliqua, callosa, alba, planulata, inflexa, inferne dentem simulans. — Lat. 9/10, alt. 1/10 poll. (G.)

Helix cultrata Gould 1846. Exped. shells p. 20.

Habitat in insulis Taheiti et Eimeo.

Obs. «Haud dissimilis H. internae Say, labio columellari lato, albo, inflexo distincta.»

56. H. spirulata Pfr.

T. imperforata, depressa, lenticularis, subtilissime striata, lineis elevatis concentricis utrinque notata, tenuis, fulva, carinata: carina compressa, subexserta; spira parum elevata; anfr. 5 lente crescentes, supra carinam convexiusculi, ultimus basi vix convexus, medio impressus; apertura depressa, subrhomboidea; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 9, min. 8½, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 35.)

Helix spirulata Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 129.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 220. t. 30. f. 11—14.

Habitat in America centrali: Real Llejos (Cuming).

57. H. fastigiata Hutton. †

T. parvula, albido-cornea, minutissime granulata, pyramidata, subtus plano-convexa; anfr. 7 convexiusculi, ultimus acute angulatus; sutura leviter impressa; umbilicus evanescens; apertura latior quam longa; apex obtusus. — Axis 0,16 poll. (Hutt.)

Helix fastigiata Hutt. in Journ. As. Soc. VII. P. I. p. 217.
— — *Wiegm.* Arch. 1839. II. p. 222.

Habitat in Himalayah, prope Simla.

58. H. succinulata Le Guillou. †

T. orbicularis, convexo-depressa, dilute succinea, nitidissima, pellucida; anfr. 5 depressi, ultimus vix carinatus, subtus con-

vexus, medio depressus; spira obtusa; apertura obliqua, semirotunda, acuta, anterius superne vix angulata. — Diam. 8, alt. 5½ mill. (Guill.)

Helix succinulata Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 138.

β. Minor, tenuior, pallidior.

Habitat in insula Gouaham, var. *β* in Noukahiwa etc.

59. H. tongana Quoy.

T. imperforata, orbiculato-conica, striatula, fragilis, pellucida, carinata, corneo-albicans; anfr. 6 convexiusculi, ultimus basi subimpressus; apertura angulato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari brevissime reflexo. — Diam. maj. 7, min. 6⅔, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 36.)

Helix tongana Quoy et Gaim. Astrol. II. p. 130. t. 11. f. 19—23.
— — *Lam.* ed. Dh. 190. p. 119.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 643. t. 99. f. 28—30.

Habitat in insula Tonga Tabou (Quoy), in insula Negros Philippinarum (Cuming).

59*. H. pertenuis Gould. †

T. minuta, subglobosa, pellucida, nitidissima, viridi-aurea, imperforata; spira depressa; anfr. 4½ convexi, ultimus amplus, ad peripheriam angulatus, infra sulcis remotis radiatus; apertura ampla, lunata; labrum simplex. — Lat. ⅛, alt. ⅒ poll. (G.)

Helix pertenuis Gould 1846. Exped. shells p. 20.

Habitat in insula Aurora.

Obs. «Aliquantulum similis H. electrinae et lucidae, sed magis globulosa.»

60. H. gradata Pfr.

T. imperforata, globoso-turbinata, striatula, tenuis, hyalina, spira turbinata, apice acuta; anfr. 6 convexiusculi, gradati, ultimus medio acute carinatus, basi convexus, sub lente minutissime concentrice striatus; apertura subtetragono-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari breviter et verticaliter descendente. — Diam. maj. 5, min. 4⅔, alt. 5 mill. (Mus. Cuming.)

Helix gradata Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 110.

Habitat in insula Leyte Philippinarum.

Obs. Differt ab H. tongana praecipue spira elevata.

61. H. misella Férussac.

T. imperforata, orbiculato-convexiuscula, tenuis, obsoletissime striatula, nitida, pellucida, pallide cornea; anfr. 5½ planiusculi, ultimus carinatus, basi convexiusculus, medio impressus;

apertura subverticalis, angulato-lunaris; perist. simplex, tenue, margine columellari oblique arcuato, subincrassato. — Diam. maj. 8, min. 7, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 37.)

Helix misella (Helicostyla) *Fér.* pr. 306.
— — *Fér.* in Voy. de Freycinet. Zool. p. 473.
— — *Quoy et Gaim.* Astrol. II. p. 122. t. 10. f. 5—9.
— — *Lam.* ed. Dh. 195. p. 121.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 210. t. 29. f. 14—16.

Habitat in insulis Moluccis, Guam (Quoy), in insulis Sandwich. (Griffith.)

61ª. H. cicercula Gould. †

T. depresso-globosa, tenuis, subopaca, imperforata, albido-virescens, striis incrementi conspicuis et striis volventibus sparsis insculpta, infra rotundata, fovea centrali modica; spirae anfr. 5 convexi, ultimus angulatus; apertura lunata; labrum simplex; columella superne vix reflexa. — Lat. ¼, alt. 3/20 poll. (G.)

Helix cicercula Gould 1846. Exped. shells p. 20.

Habitat in montibus insulae Hawaii.

62. H. subrutila Mighels. †

T. imperforata, orbicularis, depressa, pellucida, glabra, nitida, lutescens, subcarinata; anfr. 5 convexiusculi; apertura semilunaris, leviter gibbosa; labrum simplex, tenue. — Diam. 0,3 — 0,4″. (M.)

Helix subrutila Mighels in Bost. Proc. 1845. p. 19.

Habitat in insula Oahu.

62ª. H. cryptoportica Gould. †

T. parva, orbiculari-depressa, ad apicem acuta, tenuis, pellucida, nitida, luteo-virescens, leviter striata, infra rotundata, imperforata, fovea parva centrali; spirae anfr. 5½ convexiusculi, ultimus carinatus; sutura impressa, marginata; apertura lunata; labrum simplex; columella superne valde intorta, sinum angustum, centralem formans. (G.) — Dimens.?

Helix cryptoportica Gould 1846. Exped. shells p. 20.

Habitat . . . .?

Obs. «Persimilis H. subrutilae Migh.; differt striarum spiralium defectu et columellae formatione.»

63. H. sardiniensis Porro. †

T. orbiculata, rubiginosa, pellucida, argute striata, carinata, subtus valde convexa; anfr. 5, sutura evidente distincti, maculis

obscurioribus nubeculati; carina albida; labrum simplex, rectum; apertura subtetragona. — Diam. 3—5, alt. 2 mill. (Porro)

Helix sardiniensis Porro in Revue zool. 1838. p. 225.
— — *Villa* disp. syst. p. 54.

Habitat in Sardinia.

Obs. Descriptio incompleta An huc referenda? An forma adulta?

§. 9.

64. H. caffra Férussac.

T. perforata, inflata, subdepresso-globosa, tenuis, fragilis, costulato-striata, viridula, fusco-viridi irregulariter strigata; spira brevis, obtusa; anfr. 4 convexiusculi, ultimus subdepressus; apertura magna, lunato-ovalis, intus margaritacea; perist. tenue, acutum, simplex, marginibus callo tenui junctis, columellari reflexo, perforationem semioccultante. — Diam. maj. 51, min. 40, alt. 30 mill. (Mus. Cuming.)

Helix caffra (Helicophanta) *Fér.* pr. 3. Hist. t. 9 A. f. 8.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 36.
— — *Lam.* ed. Dh. 168. p. 107.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 444. t. 74. f. 1—3.
Helicophanta cafra Beck ind. p. 46.

Habitat in Promontorio bonae spei.

65. H. nicobarica Chemnitz.

T. perforata, sinistrorsa, solida, globulosa, oblique striata, castaneo-rufa, ad peripheriam, suturam et basin albo-zonata; spira brevis, obtusa; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice descendens, basi inflatus; apertura rotundato-lunaris, intus concolor; perist. simplex, obtusum, album, margine columellari reflexiusculo, perforationem fere tegente. — Diam. maj. 37, min. 30, alt. 27 mill. (Mus. Gray.)

Helix (pomatia contraria) *nicobarica Chemn.* IX. P. 1. p. 79. t. 108. f. 911. 12.
— *nicobarica Desh.* in Guér. mag. 1839. t. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 22. p. 49. t. 6. f. 6. 7.

Habitat in insulis Nicobaricis.

66. H. semirugata Beck.

T. perforata, globosa, tenuiuscula, pallide fulvescens, striis incrementi lineisque impressis concentricis superne usque ad peripheriam anfractus ultimi subdecussata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus magnus, inflatus; apertura lunato-subovalis; perist. sim-

plex, obtusum, margine columellari dilatato, perforationem fere tegente. — Diam. maj. 31, min. 25, alt. 21 mill. (Coll. Nr. 38.)

Galaxias semirugata Beck ind. p. 42. (ex synon.)
Helix globulus Chemn. IX. P. 2. p. 126. t. 130. f. 1159. 60. Nec Müller.
— — *Lam.* 20. p. 71. ed. Dh. p. 38.
— — *Fér.* hist. t. 26. f. 10—12.
— — *Küst.* Helix p. 33.
— *semirugata Chemn.* ed. II. Helix p. X. t. 3. f. 11. 12.

Habitat in Bengalia.

Obs. 1. Lineae concentricae in aliis speciminibus ultra peripheriam descendunt, in aliis obsoletissimae sunt.

Obs. 2. H. globulus Müll. peristomate incrassato, undique reflexo valde differt. (Conf. Nr. 833.)

67. **H. tranquebarica Fabricius.**

T. anguste umbilicata, globosa, crassa, distincte striata, lineis obsoletis superne decussata, albida; spira elevata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice descendens; apertura lunato-ovalis, intus lactea; perist. subincrassatum, marginibus convergentibus, columellari calloso, reflexo, umbilicum non tegente. — Diam. maj. 21, min. 17, alt. 15 mill. (Mus. Cuming.)

Helix tranquebarica Fabr. et Mus. Paris.
Galaxias tranquebarica Beck ind. p. 42.

Habitat in Tranquebar.

Obs. Differt ab H. semirugata testa crassa, spira elata, umbilico majore, aperto, margine peristomatis columellari crassiore, magis reflexo. An nihilominus ejus varietas?

68. **H. Bombayana Grateloup.** †

T. subglobosa, paululum depressa, subdiaphana, nitida, pallide rosea, longitudinaliter subtilissime striata; anfr. 5 convexi; umbilicus parvulus; apertura semirotundata; labrum acutum, extus album. — Diam. 26, alt. 20 mill. (Grat.)

Helix bombayana Grat. in Act. Bord. XI. p. 406. t. 1. f. 1.

Habitat in India orientali: Bombay.

Obs. An var. H. Belangeri? — An potius var. H. semirugatae?

68ª. **H. calva Gould.** (†)

T. tenuis, depresso-globosa, nitida, pallide stramineo-virescens, arcte umbilicata; spirae anfr. 5 haud turgidi, striis incrementi obsoletis; sutura haud impressa, marginata; apertura semi-

lunaris; labrum simplex, acutum, ad umbilicum paulum reflexum. — Lat. ⅗, alt. ½ poll. (G.)

Helix calva Gould 1846. Exped. shells p. 25.

Habitat in insulis Feejee.

Obs. 1. «Similis H. luridae Gould (Nr. 83[a]), sed minor, colore laetiore, omnino distincta spira glabra, nitida, rotundata, simili apici Helicis Moricandi vel lychnuchi. Ad Naninam pertinere videtur.»

Obs. 2. Nomen mutandum ob H. calvam Lowe.

69. H. ravida Benson.

T. perforata, globosa, tenuis, cornea, pellucida, striis longitudinalibus et transversis obsolete decussata; spira breviter conoidea, acutiuscula; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus ventrosus; apertura lunato-circularis; perist. simplex, acutum, margine columellari arcuato, dilatato, fornicato-reflexo, perforationem occultante. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. 12 mill. (Spec. authent. Mus. Britt. et Coll. Nr. 39.)

Helix ravida Benson in Ann. and mag. nat. hist. IX. 1842. p. 486. *)

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 167. t. 31. f. 1. 2.

Habitat in insula Chusan Chinae.

70. H. rosea Jan. †

T. ventricoso-globosa, subperforata, tenuis, subcarinata, rosea; apertura lunato-ovata; perist. simplex. — Alt. 4, lat. 6 lin. Apert. diam. long. 3½, transv. 3 lin. (Jan.)

Helix rosea Jan Mantissa p. 2.

Habitat in Italia boreali.

71. H. dioscoricola Adams.

T. minima, subperforata, turbinato-globosa, tenuis, subtilissime striata, cornea; spira elevata, obtusa; anfr. 3—3½ convexi, ultimus medio subimpressus; apertura lunato-rotundata; perist. simplex, acutum, margine columellari subverticaliter descendente, brevissime reflexo. — Diam. maj. 1¾, min. 1⅔, alt. 1½ mill. (Coll. Nr. 40.)

Helix dioscoricola Adams in Bost. Proc. 1845. p. 16. **)

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 214. t. 30. f. 29—32.

Habitat in insula Jamaica.

---

*) T. subglobosa, umbilicata, epidermide olivacea; anfr. 6 transverse subplicatis, ultimo ventricoso; suturis impressis; umbilico mediocri; apertura suborbiculari, elongatiuscula, labio reflexo, tenui, explanato, labro acuto. — Axis 1.3, diam. 1.33. (Bens. l. c.) Descriptio ad H. helvaceam potius referenda videtur. Conf. Nr. 198.

**) T. minima, tenui, subglobosa, imperforata; anfr. 3 perconvexis, ultimo rotundato, subtus anguste indentato; labro tenui. — Div. 70°. Alt. 0,05, lat. max. 0,06, min. 0,05 poll. (Ad l. c.)

§. 10.

72. H. Humphreysiana Lea.

T. aperte perforata, orbiculato-conoidea, subtus convexa, ruguloso-granulata, luteo-fulva, ad peripheriam castaneo-fasciata; spira elata, acutiuscula; anfr. 6—7 convexiusculi, ultimus circa perforationem compressus; apertura obliqua, lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari vix reflexo. — Diam. maj. 53, min. 47, alt. 33 mill. (Coll. Nr. 41.)

Helix Humphreysiana Lea in Transact. Am. phil. Soc. VII. p. 463. t. 12. f. 16.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 168. t. 31. f. 3. 4.
— . . . . . *Fér.* hist. Livr. 34. t. 2. f. 7.

β. Pallide lutea, absque fascia, basi fulvescens. (Mus. Cuming.)

Habitat in India orientali: Pondichery, Sincapore.

73. H. gemina v. d. Busch.

T. angustissime umbilicata, depresso-turbinata, obsolete angulata, striis concentricis et obliquis irregulariter subgranulosa, brunnea, basi pallida, lutescens, medio fascia alba, rufae angustiori adnata, circumdata; anfr. 6 celeriter crescentes, vix convexiusculi; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, superne inflexum. — Diam. maj. 49, min. 41, alt. 28 mill. (Coll. Nr. 42.)

Helix gemina v. d. Busch in Phil. Icon. I. 1. p. 9. t. 1. f. 1.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 18.

Habitat in insula Java (Winter)!

Obs. An varietas praecedentis?

74. H. Clairvillia Férussac. †

T. perforata, subturbinata, laevis, lutescens, superne fusca, anfr. 6 convexi, ultimus tumidus; apertura rotundato-lunaris; perist. album, obtusum, margine columellari declivi, subarcuato, reflexiusculo. — Diam. maj. 43, min. 36, alt. 32 mill. (Descript. et mensura ex ic.)

Helix Clairvillia (Helicella) *Fér.* pr. 243. Hist. t. 91. f. 1.
Nanina Clairvillia Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 59.
— — *Beck* ind. p. 3.
Geve t. 26. f. 277. (teste Beck.)

β. Albida, anfractu ultimo in fundo castaneo late albo-zonato:
Helix Clairvillia α Fer. hist. t. 91. f. 2. 3.

Habitat in insula Amboina. (Beck.)

Obs. Haec species varietatibus nonnullis H. Humphreysianae persimilis videtur.

75. H. Foullioyi Le Guillou. †.

T. orbiculato-conoidea, umbilicata, sub epidermide olivacea fulvo-olivacea, subtus depresso-concava, alba; anfr. 5½ ad suturam depressiusculi, tenuiter cancellato-granulati, infimus medio fascia alba inferne late violaceo-nigricante marginata cinctus; umbilicus profundus, ad peripheriam angustatus; apertura obliqua, semioblonga, postice et basi sinuata ac angustata; labrum acutum, ad umbilicum reflexum. — Diam. 46, alt. 29 mill. (Guill.)

Helix Foullioyi Le Guillou in Revue zool. 1845. p. 187.

Habitat ad Triton-Bay Novae Guineae.

76. H. Stuartiae Sowerby.

T. obsolete perforata, depresso-turbinata, striata, alba, fasciis fuscis et nigricantibus varie ornata; spira late conoidea; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus basi subplanulatus; apertura perobliqua, lunaris; perist. simplex, margine supero antrorsum arcuato, columellari breviter reflexo, perforationem fere tegente. — Diam. maj. 40, min. 36, alt. 26 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix Stuartiae Sow. in Mus. Britt.!

— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 154.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 311. t. 54. f. 9—11.

— . . . . . *Fér.* hist. t. 87. f. 5.

Habitat in insula Celebes.

77. H. castanea Müller.

T. perforata, subglobosa, obscura, castanea, fascia rufa albae adnata, anfractibus striatis. — Diam. 17 lin. (Müll.)

Helix castanea Müll. verm. II. p. 67. N. 262.

— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 135. t. 131. f. 1177. 78.

Nanina castanea Beck ind. p. 4.

Habitat in insula Sumatra. (Beck.)

Obs. Cl. Müller speciem accuratius sic describit: «testa pellucida, supra et subtus convexa, dura, crassa, luteo-castanea, absque nitore, striis confertis argutis insignita; nullas lineas concentricas, nec puncta elevata in hac oculus armatus detegit. Anfractus 7, fascia angusta rubra in medio majoris carinam mentitur, supra adjacente alia albida. Centrum ad apicem usque perforatum, patulum, anfractus ullus in eo aegre conspicuus. Area centri maculata, seu saturatius castanea. Apertura lunata absque labio.» Conf. Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1844. p. 180.

78. H. Juliana (Nanina) Gray.

T. aperte perforata, depresso-turbinata, apice obtusa, solida, ponderosa, laevigata, ad suturam striata, alba; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice roseus, ad suturam linea rufa cinctus, ad peripheriam fascia castanea deorsum diluta ornatus, basi planiusculus,

medio impressus, area umbilicari fusca; apertura oblique lunaris; perist. simplex, obtusum, margine basali subincrassato. — Rat. anfr. = 11 : 16. — Diam. maj. 43, min. 36, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 43.)

Nanina Juliana Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 58.
— — *Müller* synops. p. 5.
Helix rosacea Sow. in Beech. voy. p. 143. t. 38. f. 2.
— *Dufourii Grat.* in Act. Bord. XI. p. 407. t. 1. f. 2.
— *citrinoides Grat.* ibid. p. 161.
— *commendabilis Fér.* pr. 235. (teste Grat.)
— *Juliana Chemn.* ed. II. Helix N. 180. t. 33. f. 15—17.

Habitat in insula Ceylon.

Obs. Hanc speciem cum vera H. castanea Mülleri identicam esse, ex descriptione Mülleriana et icone Chemnitziana plane persuasus sum. — Variat spira omnino castanea, ultimo anfractu saturate roseo, fascia suturali lata, castanea.

79. H. cidaris Lamarck. †

T. orbiculato-conoidea, subumbilicata, oblique striata, alba, linea rubra cincta; spira turgida, apice obtuso; anfr. 6 vix convexiusculi; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari dilatato, reflexo, umbilicum angustum non occultante. — Diam. maj. 34, min. 30, alt. 26 mill. (ex ic. Deless.)

Helix cidaris Lam. 43. p. 77. ed. Dh. p. 45.
— — *Delessert* recueil t. 26. f. 11.
Nanina rapa Beck ind. p. 3.

Habitat in insula Timor. (Lam.)

Obs. Ex icone patet, hanc cum H. rapa Müll. conjungi non posse.

80. H. fulvida Pfr.

T. subperforata, globoso-turbinata, tenuis, pellucida, pallide fulvescens, superne sub lente confertissime granulosa, basi glabra, nitida; spira elata, apice obtusa; anfr. 5½, supremi plani, 1½ ultimi rotundati; apertura lunaris; perist. simplex, margine columellari subincrassato, ad perforationem obsoletam reflexo. — R. a. = 9 : 10. — Diam. maj. 31, min. 27½, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 44.)

Helix fulvida Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 87.
— — *Phil.* Icon. I. 2. p. 21. t. 2. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 171. t. 31. f. 11. 12.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 18.

Habitat in insula Mindanao (Cuming).

Obs. Forma H. cidari Lam. (Deless.) simillima; differt colore, granulis et perforatione obsoleta. Affinis potius H. Cuvierianae carinatae!

81. H. nemorensis Müller.

T. subperforata, orbiculato-conica, solida, nitida, alba, fasciis fuscescentibus circumdata; anfr. 6 vix convexiusculi; apertura lunato-rotundata; perist. simplex, acutum, margine basali introrsum incrassato, ad columellam reflexiusculo. — R. a. = 7 : 12. — Diam. maj. 33, min. 30, alt. 25 mill. (Coll. Nr. 45.)

Helix nemorensis Müll. verm. II. in ind.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 232.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 183. t. 35. f. 9—11.
— *nemoralis Müll.* verm. II. p. 62. N. 257.
— *cretacea Born* Mus. p. 376. t. 16. f. 1. 2.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 119. t. 129. f. 1146. 47.
— *Newardii De Haan.* (Mke synops.)
Nanina nemorensis Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 59.
— — *Beck* ind. p. 4.

Habitat in insulis Moluccis et Nova Hibernia (Hinds).

Obs. Differt ab H. cidari Lam. anfractibus planioribus, rapidius accrescentibus, apertura minore, magis transversa.

82. H. trochus Müller. †

T. imperforata, trochiformis, conica, alba, fascia lata rufa, vertice obtuso. — Diam. 10 lin. (Müll.)

Helix trochus Müll. verm. II. p. 79. N. 275.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 127. t. 21. f. 13. 14.
Trochus hortensis Chemn. IX. P. 2. p. 52. t. 122. f. 1055. 56.
Nanina trochus Beck ind. p. 4.

Habitat in India orientali?

Obs. 1. «Testa subtus planiuscula, apice obtusa alba, absque nitore. Anfr. 6 convexi. Apertura lunata absque labro, intus alba, absque fasciae vestigio. Foramen in perfectis claudi, labrumque enasci suspicor.» (Müll.) — «Testa tenuis, 1 poll. alta, 10 lin. diam. Apertura ampla; perist. simplex.» (Chemn.)

Obs. 2. Cl. Deshayes speciem Müllerianam dubitanter ad H. viridem refert. Conf. Nr. 592.

83. H. inquinata v. d. Busch.

T. subperforata, conico-semiglobosa, tenuis, nitidula, minutim granulata, cervina; anfr. 5½ planiusculi, ultimus flammulis et maculis brunneis aspersus, obsolete carinatus, antice rotundatus; apertura subrhombeo-lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 28, min. 25, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 46.)

Helix inquinata v. d. Busch in Phil. Icon. I. 1. p. 10. t. 1. f. 4.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 19.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 169. t. 31. f. 5. 6.

Habitat in insula Java (Winter).

83ª. H. lurida Gould. †

T. globoso-conica, depressa, glaberrima, nitida, livido-castanea, infra pallescens, ad umbilicum minutum declivis; spirae anfr. 6 convexi, radiatim et obtuse striati, ultimus prope aperturam subangulatus; sutura impressa, marginata; apertura lunata, fauce livida; labrum acutum, ad umbilicum reflexum, album. — Lat. 1. alt. ½ poll. (G.)

Helix lurida Gould 1846. Exped. shells p. 25.

Habitat in insulis Feejee.

Obs. Num forsan H. Pfeifferi potius affinis? Num eadem species?

84. H. rubicunda Pfr.

T. perforata, depresse turbinata, rugoso-striata, obsolete et minutissime granulata, sub epidermide cornea, decidua rubicunda; anfr. 5½ subplanulati, ultimus medio obsolete angulatus, basi convexior; apertura oblique lunaris, perist. simplex, rectum, margine dextro antrorsum dilatato, columellari dilatato, reflexo, perforationem semioccultante. — Diam. maj. 27, min. 24, alt. 15 mill. (Coll. Walton.)

Helix rubicunda Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 72.

Habitat . . . . ?

84ª. H. Gardeneri Pfr.

T. subperforata, turbinata, solida, striis longitudinalibus et spiralibus distantioribus decussata, nitida, castanea; spira elevata, acutiuscula; anfr. 6½ convexiusculi, ultimus major, sublaevigatus, ad peripheriam cingulo albo ornatus; apertura oblique lunaris, intus alba; perist. simplex, rectum, margine columellari subincrassato, superne subdilatato, perforationem fere claudente. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 15 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Gardeneri Pfr. in Chemn. ed. II. Helix N. 703. t. 112. f. 12. 13.

Habitat in sylvis insulae Ceylon, 8000′ supra mare. (Dr. Gardener.)

85. H. Salomonis Le Guillou. †

T. orbiculata, depresso-subconica, umbilicata, cancellata; anfr. 6 depresso-convexi, ultimus rotundatus, subtus depressus, planus; apertura obliqua; labrum acutum; labium obliquissimum superne reflexum, umbilicum minimum suboccultans. — Diam., 18, alt. 13 mill. (Guill.)

Helix Salomonis Le Guillou in Revue zool. 1842. p. 137.

Habitat in insulis Salomonis.

86. H. spectabilis Pfr.

T. subperforata, turbinato-depressa, solida, nitidissima, corneo-lutea, fascia 1 rufa vel nigricante percurrente ornata; spira

magis minusve elevata, apice saepe rubicunda; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus infra fasciam angulatus; apertura late lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari subreflexo, perforationem tegente. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 47.)

Helix spectabilis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 41.
— — *Phil.* Icon. I. 7. p. 155. t. 4. f. 13.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 165. t. 32. f. 3. 4.

β. Unicolor virescenti-flavida:

Helix spectabilis var. Chemn. ed. II. Helix t. 32. f. 5. 6.

Habitat in insula Samar, var. in insula Leyte Philippinarum (Cuming).

87. H. glauca (Nanina) Benson.

T. subperforata, orbiculato-conoidea, glaberrima, nitida, glaucescenti-hyalina; spira elevata, acutiuscula; anfr. 6½ convexiusculi, ultimus multo latior, rotundatus; apertura subverticalis, lunaris; perist. simplex, rectum, margine columellari vix dilatato, perforationem fere claudente. — Diam. maj. 12½, min. 11, alt. 7¾ mill. (Coll. Nr. 48.)

Nanina glauca Benson. (teste v. d. Busch.)
Helix glauca Bens. Pfr. Symb. III. p. 65.
— — *Phil.* Icon. III. 17. Helix t. 10. f. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 539. t. 87. f. 1—3.

Habitat in Bengalia: Almorah (v. d. Busch).

88. H. vesicula (Nanina) Benson. †

T. tenuis, depressiuscula, pallide cornea, translucens, polita, supra conoidea, apice acuminata, infra tumidiuscula; anfr. 6; aperturae longitudo latitudinem aequans; labrum subrectum ad axin spectans. — Diam. 0,6 poll. (B.)

Nanina vesicula Bens. in Journ. As. Soc. VII. p. 216.

Habitat in montibus Himalayae.

89. H. fragilis (Nanina) Hutton. †

T. tenuis, fragilis, vitrea, olivacea, conico-discoidea; spira subexserta, apice obtusa; anfr. 5 supra convexi, subtus subplanulati; apertura obliqua, rotundato-ovata; perist. acutum — Diam. 0,35 poll. (H.)

Nanina fragilis Hutton in Journ. As. Soc. VII. p. 216.

Habitat in Himalaya, prope Kirmalliah.

90. H. ligera Say.

T. perforata, orbiculato-convexa, nitida, pallide lutea, superne arcuatim costulato-striata, basi laevigata; anfr. 7½ vix convexius-

culi, ultimus basi planior; apertura lunaris; perist. simplex, acutum, rectum, margine columellari vix reflexiusculo, intus subincrassato. — Diam. maj. 15, min. 13½, alt. 10—11 mill. (Coll. Nr. 49.)

Helix ligera Say in Philad. journ. II. p. 157.
— — *Binney* in Bost. journ. III. p. 412. t. 20. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 176. t. 33. f. 5—7.
— *Wardiana Lea* obs. II. p. 67. t. 23. f. 82.
— *Rafinesquea Fér.* pr. 311? Hist. t. 51 A. f. 5.
Lister t. 81. f. 82. (Say.)

Habitat in America boreali: Missouri, Kentucky, Cincinnati.

Obs. H. Wardiana colore animalis solum diversa dicitur.

91. H. intertexta Binney.

T. perforata, orbiculato-convexa, luteo-fulva, oblique argute striata, lineis confertis concentricis granulato-decussata; spira elevata, obtusa; anfr. 6½ convexiusculi, ultimus obsolete angulatus, fasciis obsoletis saturatioribus cinctus; apertura lunaris; perist. simplex, rectum, acutum, margine columellari superne reflexiusculo, intus calloso-incrassato. — Diam. maj. 15, min. 13½, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 50.)

Helix intertexta Binn. in Bost. journ. III. p. 413. t. 20. f. 2.
— — *Phil.* Icon. II. 9. p. 5. t. 6. f. 16.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 177. t. 33. f. 8—10.

Habitat in Pennsylvania (Griffith), Ohio, Carolina septentr. (Binney.)

Obs. Differt ab H. ligera sculptura decussata, utrinque aequali.

92. H. portoricensis Pfr.

T. perforata, subturbinato-depressa, tenuis, diaphana, cornea, confertim striata; spira elevata, acutiuscula; anfr. 5 convexiusculi, sutura profunda disjuncti, ultimus striis nonnullis spiralibus notatus; apertura subverticalis, lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari ad umbilicum angustissimum dilatato-reflexo. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 7 mill. (Coll. Gruner.)

Helix Portoricensis Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1847. p. 13.

Habitat in insula Portorico.

93. H. turbiniformis Pfr.

T. perforata, trochiformis, oblique striatula, corneo-albida; spira elevata, apice acuta; anfr. 5 convexi, parum exserti; apertura lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 7, min. 6½, alt. 4½ mill. (Coll. Nr. 51.)

Helix turbiniformis Pfr. in Wiegm. Arch. 1839. I. p. 350.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 644. t. 99. f. 31—33.

Helix pyramidatoides Orb. cub. I. p. 156. t. 8. f. 5—8.
— *subpyramidalis Adams* in Bost. Proc. 1845. p. 15.
β? Perdepressa, apice obtuso, umbilico latiore. — Div. 155°. Alt. 0,1, lat. max. 0,25, lat. min. 0,22 poll. (Ad.)
Helix depressa Adams in Bost. Proc. 1845. p. 16.

Habitat in insulae Cubae provincia Canimarensi rara! Etiam in Jamaica, sicut var. *β*. (Adams.)

94. H. doliolum Pfr.

T. perforata, turbinata, confertissime et minute costulato-striata, pellucida, non nitens, cornea; spira turbinata, apice obtusiuscula; anfr. 5 convexiusculi, ultimus basi subplanatus; apertura depressa, late lunaris; perist. simplicissimum, rectum. — Diam. maj. 3½, min. 3¼, alt. 2½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix doliolum Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 41.

Habitat prope Sibonga insulae Zebu (Cuming).

95. H. Gundlachi Pfr.

T. subperforata, turbinato-depressa, nitida, fulva; anfr. 5 convexiusculi, lente accrescentes, ultimus basi subplanulatus, sub lente lineis concentricis sculptus, circa perforationem excavatus; apertura depressa, lunaris; perist. simplex, rectum, acutum. — Diam. maj. 2½, min. 2¼, alt. 1⅔ mill. (Coll. Nr. 52.)

Helix Gundlachi Pfr. in Wiegm. Arch. 1840. I. p. 250.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 213. t. 30. f. 25—28.
— *pusilla Pfr.* in Wiegm. Arch. 1839. I. p. 351. Nec Lowe.

Habitat in insulae Cubae provincia Canimarensi!

Obs. Similis speciminibus junioribus H. fulvae.

96. H. aculeata Müller.

T. perforata, pusilla, globoso-turbinata, corneo-lutescens, lamellicostis: costis in cilias elongatis; anfr. 4 convexi; apertura rotundata; perist. membranaceum, subexpansum, marginibus approximatis. — Diam. 2½, alt. 2¾ mill. (Coll. Nr. 53.)

Helix aculeata Müll. verm. II. p. 81. N. 279.
— — *Drap.* p. 82. t. 7. f. 10. 11.
— — *C. Pfr.* III. p. 24. t. 4. f. 24. 25.
— — *Rossm.* VIII. p. 38. f. 536.
— — *Lam.* ed. Dh. 112. p. 79.
— — *Gray* Manual p. 149. t. 4. f. 33.
— — *Dupuy* moll. du Gers p. 15. N. 3.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 72.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 178. t. 33. f. 11. 12.
— *nucleata Turt.* (teste Mont.)

Helix spinulosa Lightf. Phil. transact. 1786. p. 166. t. 2. f. 1. 5.
— — *Mont.* test. brit. p. 429. t. 11. f. 10.
— — *Wood* t. 33. f. 69.
— *delectabilis Soland.* mss. (teste Mont.)
— *Granatelli Bivon.* fil. in Occhio 1839. N. 9. f. 2.
Teba spinulosa Leach moll. p. 100.
Trochus terrestris Penn. p. 292. t. 83. f. 5.
Trochilus terrestris Da Costa p. 36.
Fruticicola aculeata Held in Isis 1837. p. 914.

Habitat in Germania, Gallia, Britannia, Italia, Lusitania etc.

97. H. lamellata Jeffreys.

T. perforata, conoideo-globosa, membranaceo-costulata, sericina, cornea; anfr. 5 subaequales; apertura depressa, lunaris; perist. simplex, rectum, acutum. — Diam. 2⅓, alt. 2 mill. (Coll. Nr. 54.)

Helix lamellata Jeffr. Linn. transact. XVI. p. 333.
— — *Gray* Manual p. 150. t. 5. f. 48.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 179. t. 33. f. 13. 14.
— *scarburgensis Turton* Man. p. 62.
— — *A. Müll.* in Wiegm. Arch. 1838. I. p. 208. t. 4. f. 4.
— — *Rossm.* VIII. p. 37.
— *seminulum Rossm.* VIII. f. 533.

Habitat in Anglia et Hibernia (Thompson). Prope Kiloniam Holsatiae detexit A. Müller.

§. 11.

98. H. Ibuensis Pfr.

T. subperforata, trochiformis, tenuis, oblique costulato-striata, pellucida, pallide cornea; spira conica, acuta; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus acute carinatus, basi vix convexior, sublaevigatus; apertura depressa, late angulato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari subreflexo, perforationem fere claudente. — Diam. maj. 13, min. 12, alt. 10 mill. (Mus. Cuming. spec. max.)

Helix Ibuensis Pfr. Symb. III. p. 66.

Habitat ad Ibu Africae (Frazer).

99. H. concentrica Le Guillou. †

T. trochiformis, subfulva, pellucida, subumbilicata; anfr. 5 transversim obsolete striati (striis 3 remotis), ultimus carinatus, subtus depresso-convexus; spira conico-depressa; apertura sub-

ovata, anterius subangulata, margine acuta; umbilicus minutissimus, obsoletus. — Diam. 7, alt. 6 mill. (Guill.)

Helix concentrica Le Guillou in Revue zool. 1842. p. 139.

Habitat in insula Tongana: Vavao.

100. H. pacifica Pfr.

T. perforata, subtrochiformis, tenuis, pellucida, striatula, cornea; spira conoidea, acutiuscula; anfr. 6 — 6½ convexiusculi, ultimus acute carinatus, basi paulo convexior, laevigatus, nitidus; apertura depressa, angulato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari vix dilatato, in perforationem punctiformem inserto. — Diam. maj. 5⅔, min. 5, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 55.)

Helix pacifica Pfr. Symb. III. p. 66.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 549. t. 88. f. 3—5.

Habitat in insula: Cocos island oceani pacifici.

Obs. Similis sequenti, basi multo minus convexa et apertura lunari diversa.

101. H. livida (Stenopus) Guilding.

T. perforata, conica, tenuis, striatula, fusco-cornea, diaphana; spira conica, obtusiuscula; anfr. 6 convexiusculi, ultimus basi ventrosus, supra medium carinatus; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum, rectum. — Diam. maj. 4⅓, min. 4, alt. 3½ mill. (Coll. Metcalf.)

Stenopus lividus Guild. in Zool. Journ. III. p. 528. t. suppl. 27. f. 1—3.

— — *Sow.* Conch. Man. f. 516.

Habitat in insula St. Vincentii.

§. 12.

102. H. stolephora Valenciennes.

T. subobtecte perforata, subdiscoidea, sublaevigata, oblique striata, obtuse angulata, superne depressa, pallidissime carneo-fulvescens, basi convexa, infra angulum fascia rufa, deorsum pallescente, reticulato-striata circumdata; anfr. 4 planiusculi; apertura perobliqua, valde depressa; perist. vix incrassatum, marginibus callo perforationem fere tegente junctis. — R. a. = 4 : 9. — Diam. maj. 52, min. 40, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 56.)

Helix stolephora Valenc. in Humb. voy. Zool. II. p. 242. t. 56. f. 4.

— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1844. p. 179.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 162. t. 32. f. 1. 2.

— *buphthalmus* (Helicella) *Fér.* pr. 238. Bull. zool. 1835. p. 33.

— *Lamarckiana β Pfr.* Symb. II. p. 19.

Nanina bicolor Pfr. Symb. I. p. 36.
Eurycratera stolephora Beck ind. p. 46.

Habitat in Nova Hispania (Valenc.), potius in Archipelago asiatico. (Fér.)

Obs. Affinis H. Lamarckianae Lea; differt spira depressiore, laevigata, peristomate subincrassato, etc.

103. H. citrina Linn.

T. perforata, orbiculato-convexa, striata, nitida, diaphana, pallide lutea, fasciis opacis albis 1 vel pluribus ornata; spira obtusa; anfr. 5 vix convexi, ad suturam linea impressa notati, ultimus basi convexus; apertura magna, lunaris; perist. simplicissimum, acutum, rectum, margine columellari vix reflexiusculo. — R. a. = 4 : 7. — Diam. maj. 44, min. 36, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 57.)

Helix citrina Linn. syst. ed. X. p. 771. ed. XII. N. 679. p. 1245.
— — *Born* Mus. p. 377. t. 13. f. 14. 15. t. 15. f. 1—10.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 130. t. 131. f. 1167—75.
— — *Lam.* 44. p. 77. ed. Dh. p. 45.
— — *Fér.* pr. 240. Hist. t. 71—73.
— — *Fér.* in Voy. de Freyc. Zool. p. 471. t. 67. f. 2. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 181. t. 24. f. 1. 2? t. 35. f. 1—5.
— *variegata Humphr.* Mus. Calonn. (teste Fér.)
Nanina citrina Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 59.
— — et *luctuosa Beck* ind. p. 3.
Vitrina citrina Quoy et Gaim. Astrol. II. p. 140. t. 11. f. 1—4. (c. anim.)
Zonites citrina Swains. Malac. p. 331.
Seba Mus. III. t. 39. f. 1—10.

β. Anfractu ultimo superne medio obsolete impresso-sulcato.

Habitat in insulis Moluccis, Amboina, Waigiou, etc.

Obs. Variat colore albido, fuscescente, lateritio et violacescente (Nanina luctuosa Beck), cingulis cinnamomeis et nigricantibus. — Animal Naninae ex icone Quoyi, nec Vitrinae.

104. H. spiralis Le Guillou. †

T. orbiculata, subconoidea, umbilicata, lutea, striis radiantibus crebris, interdum obsoletis sculpta; spira obtusa; anfr. 5 depresso-convexiusculi, superne infimus medio fascia purpureo-nigra decurrente ornatus; umbilicus angustissimus, profundus; apertura semiovata; labrum acutum, ad umbilicum vix reflexum. — Diam. 34, alt. 20 mill. (Guill.)

Helix spiralis Le Guillou in Revue zool. 1845. p. 188.

β. Infimi anfractus fascia purpureo-nigra, albo bilateraliter marginata.

Habitat in insulis Arrow.

Obs. Differt ab H. citrina forma depressa, spira minus elevata, et regione umbilicali non colorata. (Guill.)

105. H. cinnamomea Valenciennes.

T. subperforata, depressa, tenuis, nitida, diaphana, minutissime et irregulariter striata, cinnamomea; sutura mediocris; anfr. 7 angusti, vix convexiusculi; umbilicus parvus, semitectus; apertura subobliqua, semilunaris; perist. simplex, tenue, acutum. — Diam. 10 lin. (Eyd.) — Diam. maj. 22, min. 20, alt. 11 mill. ex ic. (Coll. Nr. 58?)

Helix cinnamomea Val. in Mus. Paris.
— — *Eydoux* in Guérin mag. 1838. t. 116. f. 1.

Habitat in Archipelago Natunas maris chinensis.

106. H. Pfeifferi Philippi.

T. subperforata, orbiculato-convexa, solida, laevis, nitida, ad suturam submarginatam tenuissime plicatula, rufo-castanea, apice fulvida; spira subelevata; anfr. 6—6½ planiusculi, ultimus rotundatus, subdepressus; apertura lunaris, intus concolor; perist. simplex, margine dextro sinuato, acuto, basali subincrassato, calloso, columellari breviter reflexo. — R. a. = 11 : 16. — Diam. maj. 28, min. 25, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 59.)

Helix Pfeifferi (Nanina?) *Phil.* in Arch. f. Nat. 1845. I. p. 62.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 172. t. 31. f. 9. 10.
Lister t. 60. f. 57?

Habitat in China.

Obs. Differre videtur ab H. cinnamomea (specie mihi dubia) testa solida, majore et anfractuum latiorum numero. An nihilominus eadem?

107. H. cincta Lea. †

T. superne depressa, inferne inflata, longitudinaliter striata, umbilicata, rufo-fusca, fascia fusca aut nigra super medios anfractus ornata; anfr. 4; spira planulata; apertura subrotundata; labrum simplex; columella laevis. — Diam. 0,9, long. 0,6 poll. (Lea.) Diam. 23, alt. 15 mill. (ex ic.)

Helix cincta Lea obs. I. p. 168. t. 19. f. 68.

Habitat in insula Java? (Lea.)

Obs. Margo columellaris peristomatis in icone incrassatus et dilatatus apparet.

108. H. semifusca Deshayes. †

T. orbiculata, depressa, tenuis, fragilis, cornea, laevigata, ad peripheriam subangulata, subtus perforata; apertura ovato-semilunaris, marginibus tenuissimis, acutis; anfr. angusti, convexius-

culi. — Diam. 18—20 mill. (Dh.) Diam. maj. 18, min. 15, alt. 9 mill. (ex ic.)

Helix semifusca Desh. in Bélanger voy. Zool. p. 414. t. 1. f. 8—10.

Habitat prope Pondichery (Bélanger).

Obs. An = H. pallida Gray? Fér. in Bull. zool. 1835. p. 32.

109. H. Baudini Deshayes. †

T. orbiculato-convexa, substriata, pallide fulva; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus basi albo-subcarinatus; sutura levis; umbilicus minimus; apertura fere perpendicularis, minima, oblique semilunata; perist. simplex, basi subincrassatum. — Diam. 22 mill. (Dh.)

Helix Baudini Desh. in Encycl. méth. II. p. 256. N. 127.

Nanina Baudini Beck ind. p. 4.

Habitat in Nova Guinea.

110. H. striata (Nanina) Gray. †

T. solidiuscula, subpellucida, albida, periostraca tenui, olivacea; spira convexiuscula, confertim transverse striata; anfractus ultimus antice sublaevis. — Axis 9, diam. 15 lin. (Gr.)

Nanina striata Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 59.

— — *Müll.* synops. p. 5.

Habitat . . . ?

111. H. fusco-lutea Grateloup. †

T. orbiculato-conoidea, vix perforata, tenuis, nitida, pellucida, subtilissime striata, supra corneo-fusca, infra flavescens; spira obtusa; anfr. 5—6, ultimus fasciis 2 pallide luteolis cinctus; labrum simplex, acutum. — Alt. 10, diam. 16 mill. (Gr.)

Helix fusco-lutea Grat. in Act. Bord. XI. p. 410. t. 1. f. 9.

Habitat in insula Madagascar (Duisabo, Grateloup).

112. H. Menkeana Pfr.

T. perforata, depressa, subtus convexior, tenuiuscula, laevis, alba, fasciis 1—5 fuscis, suprema latissima, ornata, epidermide pallide cornea, diaphana induta; spira depressa; sutura mediocris; anfr. 4 vix convexiusculi, celeriter accrescentes; apertura subverticalis, lunato-ovalis; perist. simplex, acutum, margine columellari superne perdilatato, reflexo. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 60.)

Helix Menkeana Pfr. Symb. II. p. 33.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 691. t. 111. f. 1—5.

— *capensis Menke* in litt. olim.

Habitat in promontorio bonae spei, Zwellendam (Krauss).

Obs. Conf. H. bistrialis Nr. 160.

113. H. lineolata Chemnitz.

T. perforata, depresso-globosa, alba, fasciis lutescentibus et lineolis numerosis, interruptis, fuscis cincta; anfr. 4—5 convexiusculi; apertura lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. 24, alt. 18 mill. (ex ic.)

Helix lineolata Chemn. IX. P. 2. p. 121. t. 129. f. 1148 c.

Habitat in India occidentali. (Ch.)

Obs Species hucusque praeter iconem prorsus ignota.

114. H. petrosa Hutton. †

T. perforata, tenuis, fragilis, pellucida, pallide fusca, vitrea, polita; spira depressa; anfr. 6—7; apertura lunata, marginibus acutis, disjunctis. — Diam. 1 poll. (H.)

Helix petrosa Hutt. in Journ. As. Soc. III. p. 83.

Habitat in provincia gangetica: Mirzapoor.

115. H. resplendens Philippi.

T. subperforata, depressa, glaberrima, lucida, tenuis, pellucida, lutescenti-cornea; spira vix prominula; anfr. 6½ convexiusculi, lente accrescentes, ultimus regulariter auctus, basi convexiusculus, medio profunde impressus; apertura fere verticalis, depressa, lata, lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari peroblique descendente, in centro baseos brevissime reflexo. — Diam. maj. 19, min. 16½, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 61.)

Helix resplendens Phil. in Zeitschr. f. Malak. 1846. p. 192.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 688. t. 110. f. 7—9.

Habitat prope Mergui imperii birmani (Th. Philippi).

Obs. An forte = Hel. petrosa Hutt., ex descriptione brevi vix cognoscenda? — Ab H. vitrinoide Dh. satis differt anfractibus convexiusculis, ultimo vix latiore.

116. H. vitrinoides Deshayes.

T. subperforata, depressa, tenuis, laevigata, fragilis, pallide cornea; spira vix elevata; sutura marginata; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus latus, basi convexior; apertura late lunaris; perist. simplex, rectum, acutum, margine columellari vix reflexiusculo. — Diam. maj. 23, min. 21, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 62.)

Helix vitrinoides Desh. in Guér. mag. 1831. t. 26.

— — *Desh.* in Encycl. méth. II. 51.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 689. t. 110. f. 10—15.

Nanina vitrinoides Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 58.

Helicella vitrinoides Beck ind. p. 6.

Habitat in Bengalia, Bombay! Nec non in insulis Philippinis.

Obs. Perforatio in adultis aperta, in junioribus saepe obsoleta.

117. H. ceratodes Pfr.

T. subperforata, globoso-depressa, tenuis, minute striatula, nitidula, pellucida, cornea; spira parum elevata; anfr. 5 subplanulati, celeriter accrescentes, ultimus subdepressus; apertura ampla, oblique lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari breviter reflexiusculo, perforationem fere occultante. — Diam. maj. 16½, min. 14, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 63.)

Helix ceratodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 128.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 690. t. 110. f. 16. 17.

Habitat in insulis Luzon et Mindoro Philippinarum (Cuming).

118. H. calamechroa Jonas.

T. perforata, globoso-depressa, tenuis, nitida, pellucida, straminea, transversim regulariter striata, lineis spiralibus, tenuissimis, oculo nudo vix conspicuis decussata; anfr. 5½ sensim accrescentes; apertura lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 17, min. 15½, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 64.)

Helix calamechroa Jonas in Phil. Icon. I. 3. p. 47. t. 3. f. 2.
— *tenera Jonas* olim in litt.

Habitat in Guinea.

119. H. honesta Gould.

T. subperforata, orbiculata, laevigata, nitida, pellucida, corneo-albida; spira depresse conoidea, subpapillata; anfr. 5 vix convexiusculi, sensim accrescentes, ultimus ad peripheriam obsolete angulatus, basi convexus; apertura late lunaris; perist. simplex, rectum, margine basali leviter arcuato, columellari superne brevissime reflexo. — Diam. maj. 13, min. 11½, alt. 7½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix honesta Gould in sched. Cum.

Habitat in imperio birmano.

120. H. glaphyra Say?

T. perforata, depressa, superne planiuscula, tenuis, saturate olivaceo-fusca, obscurius strigata; sutura linearis; anfr. 5 planiusculi, sensim accrescentes; umbilicus angustissimus; apertura lata, lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 65?)

Helix glaphyra Say in Nichols. Am. Enc. t. 1. f. 3?
— — (Helicella) *Fér.* pr. 210?
— — *Pfr.* Symb. II. p. 29.

Habitat in Pennsylvania.

Obs. Specimina descripta primum sub nomine laudato ex America accepi, serius sub eodem nomine H. fuliginosam Griff. (a Cl. Jay ad glaphyram citatam licet a mea diversissimam); Cl. Gould (report p. 181.) H. glaphyram Say ab H. cellaria nullo modo diversam esse asserit.

121. H. demissa Binney. †

T. depresso-convexa, perforata, luteolo-cornea, nitens; anfr. 6 minute striati; apertura transversa; labrum simplex, acutum; basis planiuscula, medio subimpressa, glabra; umbilicus parvus. — Diam. 3/8 poll. (Binn.)

Helix demissa Binn. in Bost. journ. IV. p. 361. t. 16. f. 16.

Habitat in Pennsylvania.

Obs. Differt ab H. ligera spira depressa. (Binn.) — An ejus varietas? An forte eadem ac Nr. 120?

122. H. succinea Pfr.

T. depressa, obsolete subperforata, tenuis, pellucida, nitida, succinea; sutura mediocris, submarginata; anfr. 5 celeriter accrescentes, vix convexiusculi; apertura lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari subreflexo, perforationem obsoletam tegente. — Diam. maj. 10, min. 8½, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 66.)

Helix succinea Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 39.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 541. t. 87. f. 6—8.

β. Fascia obsoleta rubra ad peripheriam.

Habitat in provincia Albay insulae Luzon, var. in insula Mindoro (Cuming).

123. H. insignis Orbigny. †

T. perforata, orbiculata, subconvexa, apice obtusa, tenuis, diaphana, laevigata, brunneo-flavicans; anfr. 4; apertura rotunda; labrum tenue. — Alt. 4, diam. 8 mill. (O.)

Helix insignis (Helicella) *Orb.* synops. p. 5.
— — *Orb.* voy. p. 247. t. 26. f. 14—17.

Habitat in provincia Guayaquil Columbiae.

124. H. hydatina Rossmässler.

T. perforata, depressa, albida, pellucida, striatula; sutura marginata; anfr. 5 planiusculi, ultimus non descendens, basi subplanulatus; apertura depressa, oblique lunaris; perist. rectum, acutum, simplex, margine dextro antrorsum subarcuato, columellari vix reflexiusculo. — Diam. maj. 6¼, min. 5½, alt. 3 mill. (Coll. Nr. 67.)

Helix hydatina Rossm. VIII. p. 36. f. 529.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 224. t. 65. f. 18—21.
— *diaphana Mühlf.* Mus. (teste Rossm.)
Helicella diaphana Beck ind. p. 7.

Habitat in insula Corfu (Ziegl.), Neap. (Philippi), prope Smyrnam (Roth diss. p. 15).

125. H. indentata Say.

T. subperforata, depressa, pellucida, pallide cornea, nitidissima, lineis radiantibus impressis, regulariter distantibus (in anfractu ultimo circa 28) notata; spira planiuscula; anfr. 4½ celeriter accrescentes, ultimus circa foramen punctiforme excavatus; apertura depressa, ampla, lunaris; perist. simplex, acutum, margine supero antrorsum arcuato. — Diam. maj. 5, min. 4½, alt. 2½ mill. (Coll. Nr. 68.)

Helix indentata Say in Philad. journ. II. p. 372.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 415. t. 22. f. 3.
— — *Gould* report p. 181. f. 109.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 190. t. 34. f. 12—15.

Habitat in America boreali, New Jersey (Say), Massachusetts (Gould), Philadelphia (Griffith).

126. H. hyalina Férussac.

T. vix subperforata, suborbiculata, arctispira, vitrea, diaphana, glabra, nitidissima; anfr. 6 planulati; apertura angustissime lunaris; perist. rectum, simplex. — Diam. maj. 4⅔, min. 4, alt. 2 mill. (Coll. Nr. 69.)

Helix hyalina (Helicella) *Fér.* pr. 224 et Mus.!
— — *Rossm.* VIII. p. 36. f. 530.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 554. t. 88. f. 20—23.
— *contorta Held* in Isis 1837. p. 304?
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 168?*)
Vitrea diaphana Fitzing. syst. Verz. p. 99.
Polita contorta Held in Isis 1837. p. 916?

Habitat in Germania, Gallia etc. rarior.

127. H. crystallina Müller.

T. perforata, depressa, vitrea, diaphana, glabra, nitidissima; anfr. 4—4½ planiusculi; apertura lunaris; perist. rectum, simplex. Diam. maj. 4, min. 3½, alt. 1¾ mill. (Coll. Nr. 70.)

Helix crystallina Müll. verm. II. p. 23. N. 223.
— — *Drap.* p. 118. t. 8. f. 13—20.
— — *C. Pfr.* I. p. 46. t. 2. f. 36.

---

*) T. orbiculato-depressa, subtus convexiuscula, tenuissima, pellucida, glaberrima, nitida, lactea (colore efflato); anfr. 6 planulatis, fere aequalibus; spira vix exserta; suturis tenuibus, loco umbilici impressio infundibuliformis; apertura compresso-lunata ad umbilicum angustiore; perist. simplici. — Diam. 1½, alt. ⅞‴. — Forma et constructione sua superna Planorbem contortum bene commemorat, attamen spira ejus paululum exserta. Subtus sicuti H. fulva condita, praeter aperturam ad umbilicum angustatam et fere acutam. — Habitat in regionibus caucasicis. (Kryn. l. c.)

Helix crystallina Rossm. VIII p. 37. f. 531.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 55.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 555. t. 88. f. 27—30.
— *cristallina* (Helicella) *Fér.* pr. 223.
— — *Lam.* ed. Dh. 128. p. 87.
— *pellucida Penn.* Brit. Zool. IV. 138.
— *eburnea Hartm.* Neue Alpina I. p. 234.
— *vitrea Brown* in Edinb. journ. of nat. and geogr. sc. I. — Isis 1832. p. 11.
Helicella crystallina Beck ind. p. 7.
Discus crystallinus Fitzing. syst. Verz. p. 99.
Polita crystallina Held in Isis 1837. p. 916.
Zonites crystallinus Gray Manual p. 176. t. 4. f. 42.

Habitat in Germania, Gallia, Helvetia, Anglia, Suecia etc.

128. **H. lucidella Pfr.**

T. minuta, perforata, depressa, striatula, nitidissima, brunnea; spira subplanulata; sutura albo-marginata; anfr. 4 plani, ultimus basi vix convexior, medio impressus, angustissime perforatus; apertura oblique lunaris; perist. simplex, obtusum, margine columellari declivi, vix incrassato. — Diam. maj. 3⅔, min. 3, alt. 2 mill. (Mus. Cuming.)

Helix lucidella Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 41.

Habitat in provincia Cagayan insulae Luzon (Cuming).

Obs. Ex omnibus characteribus testa adulta videtur.

129. **H. planiuscula Hutton.** †

T. parvula, depressa, fusca, polita; anfr. 5, ultimi peripheria rotundata; apertura transversa. — Diam. 0,1 poll. (H.)

Helix planiuscula Hutt. in Journ. As. Soc. VII. P. 1. p. 218.

Habitat in Himalaya, prope Simla.

Obs. «Affinis H. crystallinae, obscurior et apice minus depresso.»

* * *

130. **H. capensis Pfr.**

T. perforata, globoso-depressa, tenuis, opaca, nitidula, alba, punctis nigricantibus conspersa, obsolete fusco-radiata; anfr. 4½ vix convexiusculi; umbilicus angustissimus, non pervius; apertura magna, lunaris, intus fulva; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 9, min. 7½, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 71.)

Helix capensis Pfr. Symb. I. p. 40.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 189. t. 34. f. 9—11.
— *irrorata Ziegl.* ined.

Habitat in promontorio bonae spei.

131. H. Uitenhagensis Krauss.

T. perforata, depresso-turbinata, striatula, alba, punctis fuscis conspersa; spira elevata, apice papillata; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus inflatus; apertura rotundato-lunaris, intus fuscidula; perist. simplex, acutum, margine columellari dilatato, reflexo. — Diam. maj. 11, min. 9½, alt. 7⅔ mill. (Coll. Krauss.)

Helix Uitenhagensis Krauss mss.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 66.

Habitat in promontorio bonae spei, ad radicem montis Winterhoeck, prope Uitenhagen.

Obs. Differt ab H. capensi magnitudine, spira papillata, anfractibus minus convexis, basi magis inflata.

132. H. australis Mcnke.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, glabra, obsolete striata, albida, maculis radiantibus fasciisque interruptis obsoletis cinereis picta; anfr. 5 rapido aumento crescentes; umbilicus angustus, apertus; aperturae patulae faux ferruginea. — Diam. 4, alt. 2, 3 lin. (Mke.)

Helix australis Mke moll. Nov. Holl. p. 6.

Habitat in Nova Hollandia prope fluvium Cygnorum.

Obs. «Affinis proxime H. irroratae Zgl., prom. bon. spei incolae, minori tamen et convexiori.»

133. H. Kotschyi Pfr.

T. angustissime umbilicata, orbiculato-convexa, tenuiuscula, oblique confertim striata, albida, corneo-marmorata vel fuscidula, fusco punctato-fasciata; spira elevatiuscula, apice corneo; anfr. 4 — 4½ convexi, ultimus carinatus: carina antice evanescente; apertura obliqua, lunato-rotundata; perist. simplex, acutum, margine columellari subdilatato. — Diam. maj. 8½, min. 7½, alt. 5 mill. (Coll. v. d. Busch.)

Helix Kotschyi Pfr. Symb. III. p. 96.

Habitat in Persia. (Kotschy teste Parreyss.)

* * *

134. H. flammulata (Vitrina) Quoy. †

T. depresso-globosa, perforata, pellucida, fragilis, levis, fulva, flammulis rufis cincta; apertura semilunata, margine sinistro non inflexo; anfr. 3½ convexiusculi. — Diam. maj. 6, min. 5, alt. 3½ lin. (Q.)

Vitrina flammulata Quoy et Gaim. Astrol. Zool. II. p. 136. t. 11. f. 5—7.

Vitrina flammulata Lam. ed. Dh. VII. p. 730. N. 6.
Nanina flammulata Pfr. Symb. II. p. 63.

Habitat in insula Celebes.

Obs. Animal Naninae, nec Vitrinae ex icone Quoyi.

§. 13.

135. **H. rapa Müller.**

T. perforata (imperforata) subglobosa, punctis pertusa, fascia sanguinea, anfractu superne introrsum deflexo. — Diam. 18 lin. (Müll.)

Helix rapa Müll. verm. II. p. 67. N. 261.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 134. t. 131. f. 1176.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1844. p. 178.

Habitat in insula Amboina (Beck).

Obs. Cl. Müller speciem sic descripsit: «testa tota alba, superne passim in luteum vergit, subtus perforata; apertura lunaris absque labio. Fascia in medio anfractus majoris sanguinea dimidiam peripheriam tantum occupat. Margo superior anfractuum in aperturam deflectitur, seu fimbriam unius lineae latitudinis argutissimam proximo anfractui agglutinatam format; alium characterem suppetunt puncta innumera, aequalia, quibus testa ubique pertusa est, nudo oculo difficulter conspicua.» — Ex hac descriptione, juncta cum icone Chemnitziana, in collectione mea testam adesse arbitror, quae H. rapae Müll. omnino convenit, et quae specimen decoloratum varietatis minoris H. sagittiferae esse videtur. Quare forsan haec species pro H. rapa Müll. agnoscenda? An potius nomen Müllerianum tamquam dubium ob descriptionem incompletam speciminis evidenter morbosi relinquendum sit?

136. **H. sagittifera Pfr.**

T. subperforata, depressa, tenuis, pellucida, oblique striata et obsolete rugosa, fulva, maculis sagittiformibus et ad carinam obsoletam fascia unica, rufa ornata; sutura impressa, ad anfractum ultimum subcanaliculata; anfr. $4^1/_2$ planiusculi, ultimus inflatus; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus lactea; perist. simplex, ad columellam subincrassatum, vix reflexum, margine supero deflexo. — R. a. = 5 : 6. — Diam. maj. 47, min. 38, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 72.)

Helix sagittifera Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 86.
— — *Phil.* Icon. I. 4. p. 77. t. 4. f. 1.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 20.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 163. t. 32. f. 10. 11.

β. Distinctius carinata, superne intense rufa, infra carinam fascia nigricante diluta, basi olivaceo-fulva, maculis sagittiformibus obsoletioribus.
γ. Major, solidior: diam. maj. 67, min. 54, alt. 35 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Luzon, *α* prope Sinait, *β* prope Bolinao, *γ* S. Juan, prov. Cagayan (Cuming).

137. H. Maderaspatana Gray.

T. angustissime umbilicata, depresso-globosa, striato-rugosa, pallide rufa, albido-cincta et nebulosa; anfr. 5—6 vix convexiusculi, ultimus subinflatus; apertura obliqua, lunato-ovalis; perist. simplex, ad umbilicum subincrassatum, reflexum. — Diam. maj. 32, min. 26½, alt. 19 mill. (Spec. coll. Gray.) Mea (Coll. Nr. 73.) paulo minora.

Helix Maderaspatana Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 67.
— — *Müll.* synops. p. 9.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 170. t. 31. f. 7. 8.
— *Korékoukė* (Helicella) *Fér.* pr. 237 et Mus.!
— *pondicheriensis Pfr.* Symb. I. p. 38.
Nanina Korékoukė Beck ind. p. 4.

Habitat in India orientali, circa Pondichery, Maderaspatam, Mangalore.

138. H. Himalayana Lea.

T. anguste umbilicata, sinistrorsa, depressa, tenuis, pellucida, superne costulata, pallide fulva; spira parum elevata; anfr. 4½—5 planiusculi, ultimus subcarinatus, infra carinam fusco-fasciatus, basi tumidus; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari breviter descendente, reflexo. — Diam. maj. 30, min. 25, alt. 15 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 74 spec. juv.)

Helix Himalana Lea obs. I. p. 167. t. 19. f. 66.
— *Himalayana Benson* in Zool. Journ. V. (1835.) p. 461.

Habitat in montibus Himalayae.

Obs. Affinis H. laevipedi (Nr. 162); differt testa tenui, pellucida, superne costata, apertura magna, etc.

139. H. interrupta Benson. †

T. sinistrorsa, orbiculato-convexa, infra tumida, umbilicata, ad peripheriam obtuse angulata, longitudinaliter confertissime striata, supra striis interruptis fasciis transversalibus dispositis; spira apice obtusa; perist. tenue, acutum. (B.) — Diam.?

Helix interrupta Bens. in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 90.
— — *Müll.* synops. p. 10.
— — *Bens.* in Zool. Journ. V. p. 461.

Habitat in rupibus umbrosis Sicrigali et prope Gangis ostiorum fluvium Jellinghy dictum.

Obs. Differt ab H. Himalayana spira minus elevata et sculptura peculiari. (Bens.)

140. H. umbilicaria Le Guillou.

T. perforata, orbiculato-convexa, solida, opaca, nitida, irregulariter striata, alba, fasciis 3 inaequalibus, 1 ad suturam, 2 ad peripheriam, areaque basali castanea ornata; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus obsolete angulatus; apertura obliqua, lata, lunaris; perist. simplex, obtusum, margine basali subincrassato, columellari dilatato, reflexo, perforationem non tegente. — Diam. maj. 33, min. 28, alt. 17 mill. (Coll. com. de Seckendorff.)

Helix umbilicaria Le Guillou in Revue zool. 1842. p. 137.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 63. t. 11. f. 14. 15.
β. Minor: diam. maj. 23, min. 20, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 75.)

Habitat in insula Sumatra.

Obs. Differt a sequente testa solida, laeviore, opaca etc.

141. H. javanica Lamarck.

T. perforata, orbiculato-convexa, superne confertim costulato-striata, basi sublaevigata, lutescenti-cornea, fasciis 3 angustis rufis zonata: 2 ad peripheriam approximatis, tertia ad suturam; spira brevis; anfr. 6 planiusculi, ultimus subcarinatus: carina antice evanescente; area umbilicalis rufa; apertura subangulato-lunaris; perist. simplex, rectum, margine columellari ad perforationem apertam breviter dilatato, reflexiusculo. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 15—16 mill. (Coll. Nr. 76.)

Helix javanica Lam. 40. p. 76. ed. Dh. p. 45.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 62. t. 11. f. 12. 13.
— *javacensis* (Helicella) *Fér.* pr. 234. Hist. t. 92. f. 2.
Nanina javanensis Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 59.
— *javana Beck* ind. p. 4.

Habitat in insula Java.

Obs. Conf. H. naninoides Nr. 157.

142. H. laevigata (Mesomphix) Rafinesque.

T. perforata, depressa, tenuis, luteo-cornea, superne minute costulato-striata, basi convexiuscula, sublaevigata; spira vix elevata; anfr. 5 planiusculi, ultimus latus, antice non descendens; apertura ampla, late lunaris, intus coerulescens; perist. acutum, rectum, marginibus conniventibus, columellari vix dilatato, reflexiusculo. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 77.)

Helix laevigata (Helicella) *Fér.* pr. 221. Hist. t. 82. f. 6!
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 522. t. 84. f. 17—19.
— *inornata Binn.* in Bost. journ. III. p. 419. t. 21. f. 3?

Helix inornata Griffith in sched.!
Mesomphix laevigata Rafin. et *Beck* ind. p. 7.

Habitat in Pennsylvania, Kentucky.

Obs. Etsi auctores americani nonnulli hanc speciem cum H. inornata Sayi identicam credant, tamen descriptio Sayana nullo modo quadrat. (Conf. Nr. 201.)

143. H. georgiana Quoy. †

T. perforata, orbicularis, translucida et fragilis, desuper valde striata, flava; spira parum elevata; anfr. 4, ultimus cylindraceus, antice deflexus; apertura lunari-rotundata; perist. simplex, acutum, margine columellari reflexiusculo. (Q.) — Diam. maj. 10½, min. 8 mill. (ex ic.)

Helix georgiana Quoy et Gaim. Astrol. II. p. 129. t. 10. f. 26—30.
— — *Lam.* ed. Dh. 166. p. 107.

Habitat ad portum regis Georgii Novae Hollandiae.

144. H. cruentata (Stenopus) Guilding.

T. aperte perforata, depressa, transverse plicatula, corneo-succinea; spira planiuscula; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus multo latior, circa perforationem impressus; sutura marginata; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari intrante. — Diam. maj. 8½, min. 7¾, alt. 4½ mill. (Coll. Metcalf.)

Stenopus cruentatus Guild. in Zool. Journ. III. p. 527. t. 15. f. 1—5.
— — *Swains.* Malac. p. 190. f. 33.
— — *Sow.* Conch. Man. f. 515.

Habitat in insula St. Vincentii.

145. H. revelata Férussac.

T. perforata, depresso-globosa, tenuis, diaphana, nitida, virenti-cornea, subtilissime striata et corrugatula, hispida: pilis sparsis, brevibus, rigidulis; anfr. 4 convexi, rapide accrescentes, ultimus inflatus; apertura lunato-circularis; perist. simplex, acutum, margine columellari subdilatato, patente. — Diam. maj. 7, min. 6, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 78.)

Helix revelata (Helicella) *Fér.* pr. 273.
— — *Mich.* compl. p. 27. t. 15. f. 6—8.
— — *Lam.* ed. Dh. 118. p. 83.
— — *Gray* Manual p. 152. t. 11. f. 133.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 188. t. 34. f. 5—8.
— *badiella Ziegl.* (teste Anton.)

Habitat in alpium vallibus (Mich.), in Gallia passim (Fér.), in insulis Guernsey et Jersey.

146. **H. marmorella Pfr.**

T. perforata, depressa, tenuissima, distanter costulata, pellucida, straminea, strigis obliquis et maculis rufis marmorata; spira plana; anfr. 3 vix convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus basi paulo convexior; apertura perobliqua, ampla, lunato-ovalis; perist. simplex, acutum, marginibus callo tenui junctis, supero antrorsum subarcuato. — Diam. maj. 7, min. $5\frac{1}{2}$, alt. 3 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 79.)

Helix marmorella Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 125.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 556. t. 88. f. 17—19.

Habitat in insula Juan Fernandez.

147. **H. helicophantoides Pfr.**

T. perforata, depressa, tenuis, oblique et confertim costulato-striata, straminea, rufo tessellata et strigata; spira planiuscula; anfr. $3\frac{1}{2}$ vix convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus depressus; apertura perobliqua, ampla, subovalis; perist. simplex, acutum, marginibus approximatis, callo tenuissimo junctis. — Diam. maj. $4\frac{2}{3}$, min. 4, alt. 2 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 80.)

Helix helicophantoides Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 125.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 557. t. 88. f. 11—13.

Habitat in insula Juan Fernandez.

Obs. Similis praecedenti, nec non Daudebardiae rufae. Num forsan hujus generis?

§. 14.

148. **H. ovum Valenciennes.**

T. subperforata, globoso-depressa, oblique striata et irregulariter rugosa, lineis impressis, apice confertissimis, in anfractibus ultimis remotis et irregularibus subdecussata, obtuse carinata, unicolor saturate fulva vel fascia supra carinam pallida, infra carinam purpureo-nigricante ornata; sutura canaliculata; anfr. 5 superne tumidi, ultimus ad columellam excavatus; apertura lunato-elliptica, intus nitide lactea; perist. simplex, crassum, margine dextro arcuatim dilatato. — R. a. = 7 : 13. — Diam. maj. 115, min. 80, alt. 70 mill. (Mus. Cuming.) — Diam. maj. 92, min. 73, alt. 55 mill. (Coll. Nr. 81.)

Helix ovum Val. in Humb. Voy. Zool. II. p. 240. t. 57. f. 1.
— — *Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 32.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 19. (excl. var. γ.)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 155. t. 25. f. 1. 2.
— *meridionalis Wood* suppl. t. 7. f. 42. Nec Risso.
— *otaheitana* (Helicogena) *Fér.* pr. 49. Hist. t. 29. f. 4. 5.

Eurycratera otaheitana Beck ind. p. 46.
Chromocochlea tahitana Hartm. Erd- u. Süssw. Gast. I. p. 186. t. 65. 66.

β. Testa nigricante, ad peripheriam fascia lata epidermidis cinereae cincta. (Mus. Cuming.)

γ. Minor, magis rugosa, quasi malleata: diam. maj. 68, min. 54, alt. 42 mill. (Spec.)

Habitat in insula Luzon, β in ins. Panay Philippinarum (Cuming).

149. H. Zeus Jonas.

T. oblique perforata, subdepresso-convexa, solida, rugis obliquis striisque spiralibus elevatis sculpta, rufa, strigis albis fulminatis superne ornata; anfr. 4½ convexi, ultimus basi convexus, medio angulatus, infra carinam sulcis profundis, concentricis exaratus; apertura perobliqua, subtrapeziformis, intus margaritacea; perist. acutum, rectum, margine columellari brevi, supra perforationem reflexo. — Diam. maj. 60, min. 47, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 82.)

Helix Zeus Jonas in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 188.
— — *Phil.* Icon. I. 3. p. 47. t. 3. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 160. t. 26. f. 4—6.
— . . . *Fér.* hist. t. 64 A. f. 9.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum.

Obs. Similis sequenti, differt angulo acutiore, anfractibus convexioribus, ultimo grosse sculpto, concentrice profunde exarato.

150. H. Lamarckiana Lea.

T. oblique perforata, depressa, subcarinata, tenuis, irregulariter striata et rugulosa, olivacco-rufa, infra carinam fascia nigro-rufa, deorsum diluta, ornata; sutura impressa; spira parum elevata; anfr. 4½, supremi planiusculi, minutissime decussati; apertura late elliptica, intus lactea vel opalina; perist. simplex, tenue, ad columellam dilatatum, reflexum, umbilicum obliquum semitegens. — R. a. = 5 : 12. — Diam. maj. 60, min. 48, alt. 32 mill. (Coll. Nr. 83.)

Helix Lamarckiana Lea in Transact. Am. phil. Soc. VII. p. 461. t. 12. f. 11.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 19. (excl. var. β.)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 159. t. 26. f. 1—3.

Habitat in insula Masbate Philippinarum (Cuming).

Obs. Differt ab H. ovo testa tenui, depressa, perforatione aperta etc.

151. H. Mülleri Pfr.

T. obtecte perforata, convexo-orbiculata, subcarinata, solida, fulva, basi saturatior, infra carinam fascia lata, rufa notata; sutura

linearis; anfr. 4½ rapide crescentes, supremi plani, minutim rugoso-reticulati, ultimus versus aperturam convexus, irregulariter malleato-rugosus; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, margine supero subinflexo, columellari breviter expanso, perforationem tegente. — R. a. = 13 : 24. — Diam. maj. 39, min. 33, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 84.)

Helix Mülleri Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1844. p. 178.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 156. t. 25. f. 3. 4.
— *ovum γ Pfr.* Symb. II. p. 20.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

Obs. Differt ab H. ovo praeter magnitudinem sutura lineari, anfractibus planis, etc.

152. H. bulla Pfr.

T. subperforata, globoso-depressa, tenuissima, pellucida, striis confertis spiralibus et obliquis minutissime decussata, subcarinata, pallide fulva, ad carinam rufo-cingulata; sutura vix impressa; spira parum exserta; anfr. 4 planiusculi; apertura lunato-rotundata, intus margaritacea, unifasciata; perist. simplex, margine supero introrsum flexo, columellari vix expanso. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 40, min. 31, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 85.)

Helix bulla Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 151.
— — *Phil.* Icon. I. 4. p. 77. t. 4. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 175. t. 33. f. 3. 4.
— *vesica* (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 21. Nec Lea.

Habitat in provincia Albay insulae Luzon (Cuming).

153. H. Sowerbyana Pfr.

T. subperforata, depressa, solida, nitidiuscula, striis concentricis confertis et striis incrementi distinctis subdecussata, olivaceo-lutescens; spira depressa; anfr. 4½ planiusculi, rapide accrescentes, ultimus depressus, antice dilatatus, basi circa perforationem obsoletam profunde excavatus; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus lactea; perist. subincrassatum, marginibus callo tenuissimo junctis, supero antrorsum arcuato, columellari reflexiusculo, subdentato. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 52, min. 44, alt. 25 mill. (Mus. Cuming. spec. max.) — Diam. maj. 37, min. 30, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 86.)

Helix Sowerbyana Pfr. Symb. I. p. 36.
— — *Phil.* Icon. I. 2. p. 21. t. 2. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 157. t. 25. f. 5. 6.

β. Fusco-castanea, spira paulo elatiore: diam. maj. 34, min. 29, alt. 19 mill. (Spec.)

Habitat in insulis Carolinis.

154. H. Belangeri Deshayes. †

T. orbiculato-globosa, subdepressa, translucida, rosea, subtus albicans, umbilicata, superne striis tenuibus decussata; apertura magna, obliqua; labrum simplex. — Diam. 21 — 22 lin. (Dh.) — Diam. maj. 46, min. 37, alt. 28 mill. (ex ic.)

Helix Belangeri Desh. in Bélang. voy. Zool. p. 43. t. 1. f. 1—3.
— — *Lam.* ed. Dh. 157. p. 101.
Nanina Belangeri Beck ind. p. 4.

Habitat ad Pondichery (Bél.), Malabar (Beck).

155. H. Nouleti Le Guillou. †

T. rotundata, conico-depressa, umbilicata, castanea, lucida, longitudinaliter et oblique pulchre striata, subtus depressa, nitidior, sublaevigata; anfr. 5—6 depresso-convexi, transversim laevissime superneque striolati; spira spadicea, exertiuscula, obtusa; apertura obliqua, labio acuto, basi subincrassato, albido, umbilicum minimum occultante aut suboccultante. — Diam. 30, alt. 19 mill. (G.)

Helix Nouleti Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 137.

Habitat in insulis Viti.

~~155a. H. rubricata Gould. †~~

T. globoso-conica, solida, vix perforata, supra nitida, rufo-castanea, striis radiantibus gregatim dispositis et striis volventibus decussata, infra glaberrima, livido-castanea, ad centrum declivis; spirae anfr. 6 convexi, ampli; sutura submarginata; apertura semilunaris, fauce livida; labrum simplex, ad columellam reflexum, album. — Lat. 1, alt. 3/5 poll. (G.)

Helix (Nanina) *rubricata Gould* 1846. Exped. shells p. 25.

Habitat in insulis Feejee, Lebouka.

Obs. «Num forte H. Nouleti Le Guill.?»

156. H. Grateloupi Pfr.

T. subperforata, semiglobosa, nitidiuscula, superne regulariter et confertim striata, lineis spiralibus irregulariter decussata, livido-castanea, subtus laevigata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus basi subplanulatus; sutura submarginata; apertura lunaris, intus concolor; perist. simplex, acutum, margine dextro sinuoso, columellari calloso, subreflexo. — Diam. maj. 26½, min. 24, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 87.)

Helix Grateloupi Pfr. Symb. II. p. 99.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 173. t. 31. f. 13. 14.

Helix rufescens Grat. Act. Bord. XI. p. 408. t. 1. f. 3?*) Nec Penn.
Habitat in insula Madagascar? (Grat.)

Obs. Persimilis H. Pfeifferi Phil. (Nr. 106.), at sculptura satis distincta.

157. **H. naninoides Benson.**

T. perforata, orbiculato-convexa, solidiuscula, pallide fulva, superne distincte et confertim striata, lineis concentricis, saepe obsoletis subdecussata, basi sublaevigata, distanter striatula; spira depresso-conoidea, apice obtusa; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus subangulatus, medio impressus; apertura transverse lunaris; perist. rectum, obtusum, subincrassatum, ad perforationem apertam brevissime reflexum. — Diam. maj. 25, min. 22, alt. 13 mill. (Spec. authent. Mus. Britt. et Coll. Nr. 88.)

Helix naninoides Bens. in Ann. and mag. nat. hist. IX. p. 486.
— — *Phil.* Icon. II. 9. p. 2. t. 6. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 158. t. 25. f. 7. 8.
β. Major: diam. maj. 33, min. 29, alt. 20 mill. (Coll. Walton.)
Habitat circa Singapore, rarius in insula Chusan.

Obs. Variat striis concentricis distinctis vel omnino obsoletis, colore fulvido vel fere albo, carina magis minusve distincta.

158. **H. decussata (Nanina) Benson.** †

T. cornea, discoidea, subdepressa, umbilicata; spira exsertiuscula, obtusa; anfr. 7 supra plani, ultimus obsolete angulatus; epidermis supra argute decussata, infra radiatim striata; apertura transversa, lunata. — Diam. 1 poll., axis 0,35. (B.)

Nanina decussata Bens. in Journ. As. Soc. V. p. 350.
Habitat in Bengalia.

Obs. «Differt ab H. vitrinoide sculptura, spira elatiore et peripheria magis angulata.» (Bens.)

159. **H. Theodori Philippi.**

T. perforata, depressa, tenuis, subdiaphana, corneo-lutescens, superne confertissime costulata, lineis concentricis impressis decussata, basi laevior, excentrice striatula, lineis concentricis versus perforationem sensim evanescentibus; spira parum elevata, obtusiuscula; sutura impressa, rufo obsolete marginata; anfr. 6½ vix convexiusculi, lente accrescentes, ultimus obsolete angulatus; apertura depressa, lunaris; perist. simplex, rectum, margine colu-

*) T. orbiculato-conica, subumbilicata, tenui, subdiaphana, rufescente, subtilissime striata, striis granulosis; spira turgida, apice obtusa; anfractu ultimo aliquando fascia albescente cincto; labro simplice, acuto. — Alt. 16, diam. 27 mill. (Grat. l. c.)

mellari peroblique descendente, superne brevissime reflexo. — Diam. maj. 26, min. 23, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 89.)

Helix Theodori Phil. in Zeitschr. f. Malak. 1846. p. 191.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 687. t. 110. f. 1—3.

Habitat prope Mergui Indiae orientalis. Legit Th. Philippi.

Obs. An forte praecedenti nimis affinis?

160. H. bistrialis (Nanina) Beck.

T. subperforata, globoso-depressa, tenuis, fragilis, subtilissime striata, striis confertis obsoletis sub lente decussata, straminea-cornea, lineis 2 rufis approximatis medio cincta; spira vix convexa; anfr. 4 planiusculi, rapide crescentes; apertura ampla, lunari-ovalis; perist. simplex, margine columellari recurvato. — Diam. maj. 31, min. 25, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 90.)

Nanina bistrialis Beck ind. p. 2. (ex synon.)
— — *Pfr.* Symb. II. p. 17.
Helix bistrialis Chemn. ed. II. Helix N. 61. t. 11. f. 10. 11.
— *exilis Chemn.* IX. P. 2. p. 121. t. 129. f. 1149. Nec Müll.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 236. Hist. t. 92. f. 1.
— *diaphana Lea* obs. I. p. 166. t. 19. f. 65. Nec Lam.
β. Testa solidiore, superne distinctius decussata.

Habitat prope Pondichery, Tranquebar.

161. H. ligulata Férussac.

T. perforata, depresso-globosa, superne longitudinaliter striata, minute decussata, subtus glabra, alba, fascia unica, latiuscula, lutea supra peripheriam cingulata; anfr. 5 planuli, ultimus basi convexus; apertura irregulariter lunato-elliptica; perist. simplex, margine dextro recto, columellari reflexiusculo, cum basali angulum obsoletum formante. — Diam. maj. 26, min. 23, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 91.) — Spec. Féruss. paulo majora.

Helix ligulata (Helicogena) *Fér.* pr. 47. Hist. t. 31. f. 2.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 38.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 174. t. 33. f. 1. 2.
— *semisculpta* Mus. Reg. Berol. olim.
Nanina ligulata Beck ind. p. 4.
β. Magis conica: Fér. hist. t. 31. f. 3.

Habitat in Bengalia.

162. H. laevipes Müller.

T. perforata, sinistrorsa, suborbiculata, depressiuscula, tenuiuscula, subcarinata, striis incrementi distinctis lineisque spiralibus nonnullis sub lente decussata, pallida, fascia rufa albae

adnata; anfr. 4½ subplanulati; apertura parvula, subobliqua, lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari reflexiusculo. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 14½ mill. (Coll. Nr. 92.)

Helix laevipes Müll. verm. II. p. 22. N. 222.
— — *Chemn.* IX. P. 1. p. 83.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 229. Hist. t. 92. f. 3—6.
— — *Lam.* ed. Dh. 133. p. 90.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 523. t. 84. f. 22. 23.
— *candida Gmel.* 15? (Beck.)
Ariophanta laevipes Des Moulins Bull. Bord. III. p. 227. t. 1 f. 1—5. (c. anim.)
— — *Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 108.
— — *Beck* ind. p. 5.
Favanne t. 63. f. L. 3.

β. Unicolor, pallida:
Helix laevipes Chemn. IX. t. 108. f. 915. 16.
— — *var. Fér.* t. 92. f. 6.

γ. Unicolor, rufa:
Helix spadicea Gmel. 16.
Kämmerer p. 172. t. 11. f. 2.

δ. Rufo-trifasciata, anfractu ultimo subdescendente: diam. maj. 26, min. 23, alt. 13½ mill. (Spec.)
Helix trifasciata Chemn. XI. p. 308. t. 213. f. 3018. 19.
— *laevipes var. Fér.* hist. t. 92. f. 4.
— — *var. Chemn.* ed. II. Helix t. 84. f. 20. 21.
Ariophanta trifasciata Beck ind. p. 5.

Habitat in India orientali, Malabar, Tranquebar.

* * *

163. **H. monozonalis Lamarck.**

T. perforata, orbiculato-convexa, ventricosa, nitida, superne lineis confertis longitudinalibus et transversis subtilissime decussata, castanea, supra medium albo-unizonata; spira vix elevata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus inflatus, circa perforationem apertam albescens; apertura magna, rotundato-lunaris; perist. acutum, margine columellari breviter reflexo. — Diam. maj. 50, min. 42, alt. 26 mill. (Mus. Cuming.)

Helix monozonalis Lam. 4. p. 66. ed. Dh. p. 29.
— *unizonalis* Encycl. méth. t. 462. f. 6!
— — (Helicella) *Fér.* pr. 241. Hist. t. 91. f. 4!!
Nanina monozonalis Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 59.
Zonites unizonalis Swains. Malac. p. 331.

Habitat in insula Amboina. (Hinds in Mus. Cuming.)

164. **H. labiata Pfr.**

T. aperte perforata, depressa, tenuis, striatula, superne lineis concentricis obsolete decussata, basi laevigata, nitida, fulva; spira planiuscula; anfr. 6 subplanulati, ultimus dilatatus, depressus; apertura lata, lunaris; perist. acutum, plerumque rufescens, intus calloso-labiatum, margine supero antrorsum rotundato, basali plane subarcuato, columellari vix reflexiusculo. — Diam. maj. 40, min. 35, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 93.)

Helix labiata Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 65.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 182. t. 35. f. 6—8.
Nanina Bensonis Hutt. in sched. Cuming.

Habitat prope Landour Indiae orientalis (Hutton).

Obs. 1. Similis H. citrinae, differt sculptura, anfractuum arctiorum numero, perforatione aperta, in adultis membrana tenui clausa, et labio.

Obs. 2. Huic affinis videtur H. monticola Hutton (Nr. 338.) forsan hic collocanda.

165. **H. splendens (Nanina) Hutton.** †

T. discoidea, purpureo-brunnea, polita, leviter concentrice et radiatim striata, striis radiatis remotis, illis confertissime dispositis; spira vix elevata; anfr. 7 (apice omisso) arcte convoluti; apertura lunata; labrum striga incrassata interna distante munitum. — Diam. 0,65 poll. (H.)

Nanina splendens Hutt. in Journ. As. Soc. VII. P. 1. p. 215.

Habitat in Himalaya, prope Mahassu.

166. **H. rufa Lesson.**

T. perforata, depressiuscula, tenuis, confertim striata, lineis concentricis obsoletis subdecussata, corneo-rufa; spira parum elevata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus dilatatus, basi convexior, supra medium angulatus: angulo antice evanescente; apertura subverticalis, lunaris; perist. simplex, obtusum, margine columellari brevissime reflexo. — Diam. maj. 19, min. 17, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 94.)

Helix rufa Less. voy. de la Coq. p. 305. t. 13. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 540. t. 87. f. 4. 5.
Nanina exilis var. Beck ind. p. 4.

Habitat in Nova Hibernia (Lesson), in insula Mauritii (Guérin).

§. 15.

167. **H. gummata Sowerby.**

T. subperforata, conico-subdepressa, superne striis longitudinalibus et transversis minutim decussata, fusca, absque nitore, epidermide gummacea induta, basi laevis, nitidissima, fusco-

lutescens, fascia lata lutea ad peripheriam, latiori rufae subtus adnata circumdata; anfr. 6½ convexi, angusti; apertura lata, lunaris; perist. simplex, margine columellari incrassato, reflexo, perforationem fere obtegente. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 36, min. 32, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 95.)

Helix gummata Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 25.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 18.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 184. t. 34. f. 1. 2.
— *luteofasciata Lea* in Philad. transact. 1841. p. 462. t. 12. f. 13

Habitat in insula Luzon (Cuming).

168. H. semigranosa Sowerby.

T. subperforata, depressa, suborbicularis, pallide olivaceo-fuscescens, apice rufescens, superne granulata, basi glabra, nitida; spira conoideo-depressa; anfr. 6, supremi subplanulati, 2 ultimi teretes, ultimus medio obtuse angulatus, rufo-unifasciatus; apertura lata, lunaris; perist. simplex, basi subincrassatum. — R. a. = 4 : 5. — Diam. maj. 36, min. 32, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 96.)

Helix semigranosa Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 26.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 21.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 185. t. 34. f. 3. 4.
— *Blainvilliana Lea* in Philad. transact. VII. p. 463. t. 12. f. 15.

Habitat in insula Luban Philippinarum (Cuming).

169. H. xanthotricha Pfr.

T. obtecte subperforata, subdepressa, cinnamomea, superne et ultra peripheriam regulariter et minute granulata, epidermide velutina induta: pilis confertis, brevibus, aureis; sutura profunda; anfr. 6 rotundati, ultimus basi glaber, nitidus; apertura lata, lunaris, intus lactea, fusco-marginata; perist. simplex, acutum, margine columellari valde incrassato. — R. a. = 11 : 15. — Diam. maj. 31, min. 28, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 97.)

Helix xanthotricha Pfr. Symb. II. p. 21.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 186. t. 34. f. 16. 17.
— *velutina Sow.* in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 25. Nec Lam.

β. Minor, pallida, fasciis nonnullis rufis: diam. maj. 20, min. 18, alt 12½ mill. (Spec.) (An distincta species?)

Helix xanthotricha var. Chemn. ed. II. Helix t. 34. f. 18. 19.

Habitat in insula Guimaras, var. in ins. Negros Philippinarum (Cuming).

170. H. setigera Sowerby.

T. obtecte subperforata, subsemiglobosa, tenuis, brunnea, superne et baseos extima parte subgranulata, epidermide seriatim setigera induta, basi glabra, nitida, fascia lata infra peripheriam

et periomphalo luteis; spira depresso-conoidea; anfr. 6 convexi; apertura subrotundo-lunaris; perist. simplex, margine columellari incrassato. — R. a. = 7 : 10. — Diam. maj. 30, min. 27, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 98.)

Helix setigera Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 25.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 21.
— — *Delessert* recueil t. 38. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 187. t. 34. f. 20. 21.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

Obs. Affinis H. gummatae, epidermide setigera, peripheriam deorsum superante, facile distinguenda.

§. 16.

171. H. Panayensis (Carocolla) Broderip.

T. obtecte perforata, depressa, orbicularis, carinata, crassiuscula, superne griseo-fusca, minutissime granulata, basi radiatim striata, nitidissima, olivacea; spira depresso-conoidea; anfr. 6 planulati, ultimus non deflexus; apertura angulato-lunaris, intus albida; perist. simplex, basi incrassatum, ad columellam expansiusculum. — R. a. = 5 : 6. — Diam. maj. 44, min. 40, alt. 21 mill. (Coll. Nr. 99.)

Carocolla Panayensis Brod. in sched. Cuming.
Helix Panayensis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 86.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 36.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 215. t. 30. f. 1—3.

β. Spira elatiore, anfractibus ultimis tumidis, superne saturate rufa, basi nigricante, deorsum pallescente.

Helix Panayensis var. Chemn. ed. II. Helix t. 30. f. 4.

Habitat in insula Panay Philippinarum, var. *β* ad Cagayan insulae Luzon (Cuming).

172. H. semiglobosa Pfr.

T. subperforata, semiglobosa, tenuis, lutescenti-cornea, supra minutissime granulata; sutura vix impressa; anfr. 6 plani, ultimus carinatus, infra carinam laevigatus, nitidus, fascia diluta, brunnea notatus; apertura lunato-elliptica, intus fasciata; perist. simplex, acutum, margine columellari late reflexo, umbilicum angustissimum semitegente. — R. a. = 11 : 16. — Diam. maj. 44, min. 39, alt. 26 mill. (Mus. Cuming.)

Helix semiglobosa Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 38.

β. Anfractu ultimo magis inflato, saturatius brunnescente. (Mus. Cum.)

Habitat in insula Leyte, var. *β* prope Catbalonga insulae Samar Philippinarum (Cuming).

Obs. Affinis H. Panayensi. Differt testa tenui, spira semiglobosa, carina obtusa, perist. acuto, umbilico non clauso. Ab H. semigranosa differt testa

tenui, anfract. planis, celeriter crescentibus, granulis minutissimis, — ab H. gummata (cui forma simillima) carina, spira obtusa etc.

173. H. porphyria Pfr.

T. perforata, depressa, solida, oblique rugoso-striata, rufa, maculis et strigis creberrimis, flavido-albidis, subprominulis marmorata, carinata, infra carinam fusco-fasciata, basi olivaceo-fulva, nitidior; anfr. 4½ planulati, regulariter accrescentes, ultimus circa perforationem apertam excavatus; apertura subrhombea; perist. simplex, tenue, margine columellari arcuatim reflexo. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 43, min. 38, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 100.)

Helix porphyria Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 87.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 20.
— — *Phil.* Icon. I. 2. p. 22. t. 2. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 164. t. 32. f. 12. 13.

Habitat in insula Bureas Philippinarum (Cuming).

174. H. Darondeaui Souleyet. †

T. orbicularis, umbilicata, carinata, supra depresso-convexa, dilute fusco-olivacea, subtus convexa, castanea; anfr. 5 oblique rugosiusculi, transversim tenue et crebre striati; apertura ovato-rotundata, ad umbilicum anguste concava, intus fusca, albo-fasciata; perist. acutum; columella supra umbilicum late reflexa, alba; umbilicus mediocris, profundus, ad peripheriam depressus. — Diam. 41, alt. 19 mill. (Soul.)

Helix Darondeaui Soul. in Revue zool. 1842. p. 101.

Habitat in insula Luzon (Soul.).

175. H. Rumphii v. d. Busch.

T. perforata, sinistrorsa, orbiculata, carinata, saturate cinnamomea, ad carinam albido-fasciata, superne planiuscula, irregulariter ruguloso-striata, basi convexa, striata; anfr. 5½ plani; apertura subrhombea, intus fusca; perist. simplex, margine columellari superne in laminam triangularem, patentem abeunte. — R. a. = 4 : 7. — Diam. maj. 44, min. 36, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 101.)

Helix Rumphii v. d. Busch in Phil. Icon. I. 1. p. 9. t. 1. f. 2.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 20.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 60. t. 11. f. 7—9.

Habitat in insula Java (Winter).

176. H. retrorsa (Caracolla) Gould.

T. perforata, sinistrorsa, sublenticularis, tenuiuscula, striata lineisque impressis subspiralibus, undulatis et confluentibus subtilissime rugulosa, pallide castanea vel luteo-fusca; spira parum elevata, apice acutiuscula; anfr. 5½ rapide accrescentes, vix con-

vexiusculi, ultimus acute carinatus, basi gibbus; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, margine columellari non reflexo. — Diam. maj. 44, min. 35, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 102.)

Helix (Caracolla) *retrorsa Gould* in Bost. journ. IV. 4. p. 455. t. 24. f. 4.
— *retrorsa Chemn.* ed. II. Helix N. 686. t. 110. f. 4—6.

Habitat in imperio birmano Indiae orientalis, prope Tavoy (Gould). prope Mergui (Th. Philippi).

Obs. Differt ab H. Rumphii spira elata, sculptura etc.

177. H. Janus Chemnitz.

T. perforata, sinistrorsa, orbicularis, tenuis, diaphana, oblique regulariter et confertim costulato-striata, superne fusca, basi convexa rufo-castanea, nitidiuscula; spira late conoideo-depressa; anfr. 7 planulati, ultimus carinatus; apertura lunaris; perist. tenue, acutum, margine columellari reflexiusculo. — R. a. = 4 : 5. — Diam. maj. 36, min. 31, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 103.)

Helix Janus bifrons Chemn. XI. p. 307. t. 213. f. 3016. 17.
— — — (Helicella) *Fér.* pr. 233.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 87.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 19.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 59. t. 11. f. 4—6.
— *Mackensiana Soul.* in Revue zool. 1841. p. 347.
— *Balesteriana Lea* in Transact. Am. phil. Soc. VII. p. 460. t. 12. f. 10.
Ariophanta Janus Beck ind. p. 5.

Habitat in monte Ophir peninsulae Malaccanae (Cuming).

178. H. bataviana v. d. Busch.

T. perforata, depresso-globosa, tenuis, obtuse carinata, superne cinnamomea, oblique confertim costulata, subtus castanea, striata, versus umbilicum pallida, area umbilicali castanea; anfr. 6½ vix convexiusculi; apertura angulato-lunaris; perist. subsimplex, ad perforationem arcuatim reflexum. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 33⅔, min. 29, alt. 17½ mill. (Coll. Nr. 104.)

Helix bataviana v. d. Busch in Phil. Icon. I. 1. p. 9. t. 1. f. 3.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 17.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 58. t. 11. f. 1—3.

Habitat in insula Java (Winter).

179. H. Cuvieriana Lea.

T. aperte perforata, orbiculata, tenuis, pellucida, oblique striata, carinata, olivaceo-lutescens, infra carinam fascia lata rufa, deorsum diluta, ornata; spira vix elata; anfr. 5 planulati, ultimus basi convexus; apertura lata, lunaris; perist. simplex, acutum.

margine columellari breviter reflexiusculo. — R. a. = 4 : 5. — Diam. maj. 32, min. 28, alt. 14—15 mill. (Coll. Nr. 105.)

Helix Cuvieriana Lea in Transact. Am. phil. Soc. VII. p. 461. t. 12. f. 12.
— — (Nanina?) *Pfr.* Symb. II. p. 18.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 161. t. 26. f. 7—9.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

180. **H. Chastellii Férussac.**

T. perforata, depressa, lenticularis, carinata, oblique striata, albida, maculis variis fuscis variegata, medio albo-cingulata; anfr. 6—6½ planulati; apertura subangulato-lunaris, intus fusca; perist. simplex, acutum, margine columellari dilatato, reflexo, perforationem non occultante. — Diam. maj. 23, min. 20½, alt. 12 mill. (Coll. Gray. et Walton.) – Diam. maj. 27, min. 24, alt. 14 mill. (ex ic. Féruss.)

Helix Chastellii (Helicella) *Fér.* hist. (1832.) t. 80. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 445. t. 74. f. 8—10.
— *Cracherodii Gray* in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 67.
— — *Müller* synops. p. 9.

Habitat in India orientali? (Gray.)

181. **H. exilis Müller.**

T. perforata, subdiscoidea, carinata, pellucida, tenera, pallide fulvida, superne depressa, argute striata, subtus convexior, striis minus distinctis; anfr. 6 planiusculi, ultimus non descendens, fascia angusta, rufa infra carinam ornatus; area umbilicalis interdum rufo-fusca; apertura lata, elliptica; perist. simplex, acutum, margine columellari brevissime reflexo. — Diam. maj. 35, min. 30, alt. 15 mill. (Mus. Cuming.)

Helix exilis Müll. verm. II. p. 22. N. 221.
— *explanata Quoy et Gaim.* Astrol. Zool. II. p. 123. t. 10. f. 10—13!
— — *Lam.* ed. Dh. 194. p. 121.
— ..... *Fér.* hist. t. 64 A. f. 1?
Nanina exilis Beck ind. p. 4.

Habitat ad portum Dorey Novae Guineae (Quoy), in insula Ticao Philippinarum (Cuming).

Obs. Cl. Beck H. rufam Less. huc refert, et Cl. Cantraine H. aciem Partsch (late umbilicatam) eandem esse putat!

182. **H. Novae Hollandiae (Carocolla) Gray.** †

T. orbicularis, conica, subdepressa, subperforata, tenuis, laevis, tenuissime elevato-punctata, pallide fulva; spira conica, convexa; anfr. 6 distincti, fascia brunnea submediana, ultimus

pallide angulariter carinatus, antice convexus, circum axin saturate brunneus; apertura subangulata; perist. pone carinam subinflexum, subincrassatum, reflexum, nigrum; labium internum tenue, brunneum; faux albida, fascia pellucida. — Diam. 14, axis 9 lin. (Gr.)

Carocolla Novae Hollandiae Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 67.
— — — *Müller* synops. p. 14.

Habitat in Nova Hollandia ad flumen Macquarrie.

183. **H. induta Pfr.**

T. perforata, lenticularis, acute carinata, solida, superne confertim plicato-striata, lineis concentricis confertis decussata, subtus striata, spadicea, basi pallescens, circa perforationem castaneo-areolata, epidermide tenuissima corneo-grisea undique induta: anfr. 5 plani, sensim accrescentes; apertura subrhombea; perist. simplex, margine columellari vix reflexiusculo. — Diam. maj. 21. min. 18, alt. 11 mill. (Mus. Cuming.)

Helix induta Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 128.

Habitat . . . . ?

184. **H. jervisensis Quoy.** †

T. globosa, subfragilis, perforata, valde et oblique striata, carinata, fulva, suturis et rima umbilicari rubentibus; anfr. 5—6, ultimus ventricosus; apertura lata, semilunata; perist. simplex, margine columellari reflexiusculo. (Q.) — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 15 mill. (ex ic.)

Helix jervisensis Quoy et Gaim. Astrol. II. p. 126. t. 10. f. 18—21.
— — *Lam.* ed. Dh. 192. p. 120.
— *sutilosa* (Helicella) *Fér.* pr. 263?
Bradybaena sutilosa Beck ind. p. 18?

Habitat ad sinum Jervis Novae Hollandiae.

185. **H. Novae Hiberniae Quoy.**

T. perforata, globoso-depressa, carinata, oblique ruguloso-striata, tenuis, fulvescens, ad carinam linea rufa cincta; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus basi convexior, sublaevigatus, lineis concentricis obsolete decussatus; apertura lunaris, intus nitida, concolor; perist. rectum, obtusum, margine columellari subincrassato. — R. a. = 3 : 4. — Diam. maj. 19, min. 17, alt. 10 mill (Coll. Nr. 106.)

Helix Novae Hiberniae Quoy et Gaim. Astrol. II. p. 124. t. 10. f. 14—17.
— — — *Lam.* ed. Dh. 193. p. 120.
— — — *Chemn.* ed. II. Helix N. 548. t. 88. f. 1. 2.

Nanina Novae Hiberniae Beck ind. p. 4.

β. Basi fulvo-lutescens, superne rufescens: diam. maj. 21, min. 18½, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat ad portum Carteret Novae Hiberniae.

186. H. anceps (Caracolla) Gould.

T. vix perforata, lenticularis, pallide cornea, acute carinata, supra striata, subtus nitida; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus basi convexior, laevigatus, infra carinam compressam, breviter prominentem lineis nonnullis impressis, concentricis notatus: apertura angulato-lunaris; perist. simplex, tenue, margine columellari vix reflexiusculo. — Diam. maj. 17, min. 16, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 107.)

Caracolla anceps Gould in Bost. journ. IV. 4. p. 454. t. 24. f. 4.

Helix anceps Chemn. ed. II. Helix N. 551. t. 88. f. 8—10.

Habitat prope Tavoy imperii birmani.

187. H. indica Pfr.

T. perforata, orbiculato-convexa, solidiuscula, superne confertim costulato-striata, lineis impressis confertis granulato-decussata, unicolor fulva; anfr. 5½ planiusculi, ultimus basi convexior, laevigatus, infra carinam lineis nonnullis impressis, concentricis notatus; apertura angulato-lunaris; perist. rectum, album, margine columellari subincrassato, superne breviter reflexo. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 11 mill. (Mus. Cuming.)

Helix indica Pfr. Symb. III. p. 66.

Habitat in montibus Nilagiricis Indiae orientalis (Perrottet).

188. H. biangulata Pfr.

T. subperforata, scalaeformis, tenuis, corneo-rubella, leviter striata, nitidiuscula; anfr. 7 lente accrescentes, ultimus bicarinatus: carina inferiore filari ad peripheriam, superiore per omnes anfractus ascendente; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, acutum, perforationem angustissimam fere occultans. — Diam. maj. 15, min. 13½, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 108.)

Helix biangulata Pfr. in Phil. Icon. I. 7. p. 155. t. 5. f. 12.

— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 40.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 550. t. 88. f. 6. 7.

Habitat in provincia Cagayan insulae Luzon (Cuming).

189. H. ochroleuca Férussac.

T. subperforata, globuloso-depressa, leviter striata, albida, superne ochraceo variegata et cingulis aurantiis varie ornata; spira brevis, obtusa; sutura linearis; anfr. 7 plani, ultimus medio

carinatus; columella brevissima, verticalis; apertura lata, lunaris; perist. simplex, margine columellari reflexiusculo, perforationem fere tegente. — Diam. maj. 17, min. 15½, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 109.)

Helix ochroleuca (Helicostyla) *Fér.* pr. 308.
— — *Blainv.* in Dict. sc. nat. XX. p. 437.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 66.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 166. t. 32. f. 7—9.
— *ochracea Fér.* hist. t. 30. f. 1.
— *albella Chemn.* IX. P. 2. p. 87. t. 126. f. 1106.

Habitat in insula Bermuda (Menke).

190. H. Jenynsi Pfr.

T. subperforata, turbiniformis, striatula, tenuis, nitida, carinata, lactea, supra carinam fusco-unifasciata; spira brevis, conica, acuta; anfr. 5½ vix convexiusculi, ultimus basi convexior; apertura angulato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari superne reflexiusculo, perforationem fere claudente. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 7½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix Jenynsi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 131.
— — *Phil.* Icon. II. 11. p. 86. t. 7. f. 8.

Habitat . . . . ?

Obs. Specimina 2 vidi prorsus aequalia, an adulta?

191. H. Zelandiae (Carocolla) Gray.

T. perforata, depressa, turbiniformis, pallide cornea, pellucida, maculis rufis variegata, minute striatula; spira convexa; anfr. 5 planulati, ultimus carinatus, convexus; umbilicus profundus; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 9½, min. 9, alt. 5½ mill. (Spec. Mus. Britt.)

Helix Zelandiae (Carocolla) *Gray* in Dieffenb. trav. I. p. 247.
— — *Gray* in Revue zool. 1844. p. 375.

Habitat in Nova Seelandia.

192. H. Mariae (Nanina) Gray.

T. subperforata, depressa, trochiformis, oblique confertim plicata, cornea, oblique et confertim strigato-flammulata; spira brevis, apice acutiuscula; anfr. 6 planiusculi, acute carinati, ultimus basi convexus; apertura lata, angulato-lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari brevissimo, subincrassato. — Diam. maj. 6½, min. 6, alt. 3½ mill. (Mus. Britt.)

Nanina Mariae Gray in Dieffenb. trav. I. p. 262.

Habitat in Nova Seelandia.

193. H. filocincta Pfr.

T. perforata, depressa, tenuis, pellucida, cornea, striatula, nitida; spira parum elevata, obtusa; anfr. 5½ convexiusculi, carinati, ultimus basi convexus: carina filiformi, in anfractibus superioribus conspicua, sed non exserta; apertura verticalis, lunato-subauriformis; perist. simplex, rectum, margine columellari perobliquo, elongato, descendente, ad dextram subito ascendente. — Diam. maj. 11, min. 10, alt. 5½ mill. (Coll. Nr. 110.)

Helix filocincta Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 124.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 553. t. 88. f. 24—26.

Habitat prope Cagayan prov. Misamis ins. Mindanao (Cuming).

194. H. atomata (Carocolla) Mcnke.

T. orbiculato-convexiuscula, subtus convexa, perforata, striata, albida, fusco inquinata; anfractus infimus carinatus, supra ad carinam, reliqui ad suturam maculis inaequalibus, nigro-fuscis; apertura semiovato-subtetragona. — Alt. 1⅓, lat. 2½ lin. (Mke.)

Carocolla atomata Mke synops. p. 76. ed. 2. p. 128.
Helix cheiranthicola Lowe? (Beck.)

Habitat . . . .?

Obs. Hoc loco forsan inserenda H. cristula Fér. voy. de Freycinet, imperfecte descripta, nec figurata. (Conf. Nr. 1104.)

* * *

195. H. viridis (Vitrina) Quoy. †

T. solida, discoidea, valde carinata, desuper convexa, infra globosa, viridis, fascia lutea cincta; anfr. 4½ planiusculi; apertura ampla, triangularis; perist. simplex, acutum; rima umbilicalis vix distincta. — Diam. 9, alt. 6 lin. (Quoy.)

Vitrina viridis Quoy et Gaim. Astrol. II. p. 138. t. 11. f. 16—18. (c. anim.)
— — *Lam.* ed. Dh. VII. p. 730. N. 7.
Nanina viridis Beck ind. p. 4.

Habitat in montibus Manado insulae Celebes.

Obs. 1. Animal Naninae, nec Vitrinae!

Obs. 2. Nomen in systemate retineri potest (aeque ac H. viridis Dh.) cum generi Naninae species ascribenda sit. — Dubium tamen remanet, nonne specimina a Cl. Quoy descripta referenda sint ad H. reginae varietatem vel individua minus adulta, cui opinioni obstat «testa solida» et anfractuum numerus (in H. reginae adulta 4).

196. H. excentrica Pfr.

T. subperforata, superne planiuscula, basi inflata, tenuis, cerea, nitida, striis excentricis subcostulata, acute carinata; anfr.

4 supra plani, rapide accrescentes; apertura securiformis; perist. simplex, acutum, ad perforationem angustissimam dilatato-reflexum. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 8½ mill. (Coll. Nr. 111.)

Helix excentrica Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 552. t. 88. f. 14—16.

Habitat in insula Siquijor Philippinarum (Cuming).

Obs. Specimina permulta vidi omnino conformia, quare dubitare non possum, descripta esse adulta et perfecta.

197. **H. variolosa Pfr.**

T. perforata, depressa, acute carinata, solidula, opaca, lutescens, superne confertissime plicata, lineisque concentricis regulariter decussata, pustulis albis subfasciatim obsita; spira planiuscula; anfr. 3½ vix convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus basi convexus, infra carinam impressus; columella brevis, verticalis; apertura late securiformis; perist. simplex, acutum, margine columellari breviter reflexo, perforationem fere occultante. — Diam. maj. 23, min. 20, alt. 10 mill. (Mus. Cuming.)

Helix variolosa Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 128.

Habitat . . . . ?

Obs. Specimina plura vidi plane conformia. An adulta?

§. 17.

198. **H. helvacea Philippi.**

T. umbilicata, globosa, tenuis, rugoso-plicata, lineis concentricis obsolete decussata, epidermide olivaceo-fusca induta; spira concidea; anfr. 6 convexi, ultimus ventrosus, antice non descendens; apertura lunato-subcircularis; perist. simplex, acutum, rectum, margine columellari dilatato, fornicatim reflexo, umbilicum angustum, pervium semioccultante. — Diam. maj. 29, min. 24, alt. 21 mill. (Coll. Nr. 112.)

Helix helvacea Phil. Icon. II. 9. p. 1. Helix t. 6. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 547. t. 87. f. 25. 26.
β. Fascia 1 alba, latiuscula ad suturam.

Habitat in China (Largilliert).

Obs. Conf. H. ravida (Nr. 69) et tranquebarica (Nr. 67).

199. **H. subgranosa Le Guillou.** †

T. subglobosa, umbilicata, tenuis, pellucida, dilute rufo-spadicea, subtus albido-fuscescens, longitudinaliter et transversim tenuiter striata, fere granulata; anfr. 4 convexo-depressi; labrum

acutum, prope umbilicum angulatum; labium rectum, super umbilicum latum, profundum reflexum. — Diam. 28, alt. 23 mill. (G.)

Helix subgranosa Le Guillou in Revue zool. 1842. p. 137.

Habitat in Australia septentrionali.

200. H. Knysnaensis Pfr.

T. umbilicata, globosa, solidiuscula, costulato-striata, sericina, corneo-olivacea; spira brevis, obtusa; anfr. 4 convexiusculi, ultimus inflatus, basi sublaevigatus, nitidissimus; umbilicus angustus, pervius; apertura rotundato-lunaris, intus margaritacea; perist. simplex, acutum, margine columellari superne dilatato, patente. — Diam. maj. 24, min. 20, alt. 16 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Knysnaensis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 131.
— — *Phil.* Icon. II. 11. p. 85. t. 7. f. 5.

Habitat prope Knysna in promontorio bonae spei.

201. H. inornata Say. †

T. anguste et profunde umbilicata, subglobosa, pallide luteo-cornea, glabra; anfr. 5 convexi; sutura mediocris; apertura ampla; labrum simplex, marginibus approximatis. — Diam. vix $^7/_{10}$ poll. (Say.)

Helix inornata Say in Philad. journ. II. p. 371.

Habitat in Pennsylvania.

Obs. Specimina hoc nomine ex America missa descriptioni non congruunt, sed ad H. laevigatam Fér. (Nr. 142) referenda sunt. Cl. Beck H. inornatam dubitanter sub H. fuliginosa Griff. laudat.

202. H. Orbignyi Webb et Berthelot. †

T. globulosa, tenuis, alba, umbilicata, irregulariter striata; spira elevata, conica, apice obtusa; anfr. 4 convexi; apertura rotunda; labrum tenue, acutum. — Diam. 7, alt. 6 mill. (W. et B.)

Helix Orbignyi Webb et Berth. canar. p. 59. t. 2. f. 31—33.

Habitat prope Santa Cruz de Teneriffa.

202ª. H. saxatilis Couthouy. †

T. parva, subglobosa, lucida, viridis, infra convexa, umbilico modico perforata, leviter striata; spirae anfr. 4 cylindrici, cito crescentes; sutura canaliculata; apertura suborbicularis, ampla; labrum simplex, fere continuum. — Alt. $^1/_{10}$, lat. $^1/_4$ poll. (G.)

Helix saxatilis Couth. mss. Gould 1846. Exped. shells p. 19.

Habitat in Terra Ignea (Tierra del Fuego).

Obs. «In universum similis H. lucidae, forma globulosa et colore laete viridi insignis.»

§. 18 *).

203. H. Monrovia Rang.

T. umbilicata, turbinata, tenuiuscula, albida, strigis virentibus irregulariter ornata, superne regulariter et confertim striata; spira elevata, obtusiuscula; anfr. $5^1/_2$ convexiusculi, ultimus subtus laevigatus, nitidus, subplanulatus; columella subverticalis, strictiuscula; apertura subtetragona, intus alba; perist. simplex, acutum, margine columellari dilatato, reflexo, umbilicum mediocrem, pervium partim occultante. — Diam. maj. 20, min. 18, alt. 14—15 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Monrovia Rang in Ann. d. sc. nat. XXIV. p. 16. t. 3. f. 3.
— — *Pfr.* in Phil. Icon. II. 11. p. 85. t. 7. f. 9.

Habitat in Africa: Liberia.

204. H. tiara Mighels. †

T. depresse turbinata, flavida, strigis fulguratis, saturate brunneis ornata; umbilicus latus et profundus; striae incrementi rudiusculae; anfr. 5—6 convexi; apertura lunato-circularis; labrum simplex, tenue. — Diam. circa $^1/_2$''. (M.)

Helix tiara Mighels in Bost. Proc. 1845. p. 19.

Habitat in insula Sandwich. Kauai.

204a. H. tumulus Gould. †

T. parva, solida, flavida, orbiculato-pyramidata, basi subplanulata, umbilico modico perforata; spira elevata, conico-rotundata; anfr. 6—7 convexiusculi, striis perobliquis exarati, ultimus obtuse ad peripheriam angulatus, prope aperturam compressus; apertura parva, transversa, lunata; perist. simplex. — Long. $^2/_5$, alt. $^7/_{20}$ poll. (G.)

Helix tumulus Gould 1846. Exped. shells p. 22.

Habitat in insulis Feejee.

Obs. «Persimilis H. pyramidatae, sed minus elevata et apice magis rotundata.»

205. H. Paraguayana Pfr. †

T. orbiculata, umbilicata, laevigata, tenuis, diaphana, succinea; spira elevata, apice obtusa; anfr. 6; apertura rotunda, semilunaris; labrum tenue, acutum. — Diam. 5, alt. 3 mill. (O.)

Helix Paraguayana Pfr. Symb. II. p. 93.
— *elevata Orb.* synops. p. 6. Nec Say.
— — *Orb.* voy. p. 254. t. 28. f. 5—8.

Habitat in Paraguay, Montevideo.

*) Num forsan H. Foullioyi (Nr. 75.) huic sectioni ascribenda?

206. **H. Boothiana Pfr.**

T. anguste umbilicata, conoideo-globosa, hyalina, minutissime striata; anfr. 5 convexi; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, acutum, subpatulum, ad umbilicum subreflexum. — Diam. maj. 5⅔, min. 5, alt. 3½ mill. (Coll. Nr. 113. Spec. max.)

Helix Boothiana Pfr. in Wiegm. Arch. 1839. I. p. 351.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 528. t. 85. f. 13—15.
— *Lavalleana Orb.* cub. I. p. 161. t. 8. f. 16—19.
β. Major: diam. maj. 8, min. 7½, alt. 5 mill. (Spec.)
Helix vitrina Adams in sched.

Habitat in insula Cuba, ubi frequentem legi circa Matanzas, var. in Jamaica.

207. **H. pleurophora Moricand.** †

T. parvula, globoso-conica, umbilicata, perforata; anfr. 5 rotundi transverse et eleganter striis elevatis costulati, grisei, concolores vel fulvo maculati; apertura subrotunda vel oblonga; perist. acutum. — Diam. 3, alt. 3 mill. (M.)

Helix pleurophora Moric. Mém. 3e suppl. p. 56. t. 5. f. 6—9.

Habitat in provincia Bahiensi Brasiliae.

208. **H. bullula Hutton.** †

T. parvula, glabra, translucens, subtrochiformis, conoidea; anfr. 5 convexi, ultimus rotundatus; sutura impressa; umbilicus angustatus; apertura latior; labrum simplex. — Diam. 0,15 poll. (Bens.)

Helix bullula Hutt. in Journ. As. Soc. VII. P. I. p. 218.

Habitat in Himalaya, prope Simla.

209. **H. umbilicata Montagu.**

T. umbilicata, depresso-turbinata, minute striata, sericina, fusco-cornea; anfr. 5 convexi, ultimus antice non descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura rotundata; perist. simplex, acutum, rectum. — Diam. maj. 3¼, min. 3, alt. 2⅓ mill. (Coll. Nr. 114.)

Helix umbilicata Montagu test. britt. p. 434. t. 13. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 566. t. 89. f. 32—35.
— *rupestris* (Helicella) *Fér.* pr. 201. Hist. t. 80. f. 2.
— — *Lam.* ed. Dh. 111. p. 79.
— — *Hartm.* in Sturm Fauna VI. 8. N. 2.
— — *Rossm.* VIII. p. 38. f. 534.
— *aliena Zgl.* Mus. Pfr. Symb. I. p. 39.
— *spirula Villa* dispos. syst. p. 56.
Pyramidula rupestris Fitzing. syst. Verz. p. 95.

Euryomphala umbilicata Beck ind. p. 9.
Patula rupestris Held in Isis 1837. p. 916.
Zonites umbilicatus Gray Man. p. 166. t. 5. f. 45.
Delomphalus saxatilis Hartm. Gast. I. p. 122. t. 37. f. 4—6
Turbo Myrmecidis Scacchi osserv. zool. I. 11. (teste Phil.)

β. Trochoides, saturate rufa, angustius umbilicata.

Helix rupestris Drap. p. 82. t. 7. f. 7—9.
— — *C. Pfr.* III. p. 22. t. 4. f. 22. 23.
— — *var. Fér.* t. 80. f. 3.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 72.
— *umbilicata var. Chemn.* ed. II. Helix t. 89. f. 40—43
Euryomphala rupestris Beck ind. p. 9.
Delomphalus rupestris Hartm. Gast. I. p. 120. t. 37. f. 1—3.

Habitat in rupibus calcareis Bavariae, Salisburgiae, Illyriae, Helvetiae, Italiae, Angliae, var. *β* in Gallia, Illyria, Helvetiae parte occidentali, Lusitania.

210. **H. Assarinensis Calcara.** †

T. orbiculato-subconoidea, umbilicata, fulvo-castanea, albo maculata; anfr. 5 plane convexi, longitudinaliter oblique striati, 2 supremi glabri; apertura rotundato-depressa; labrum simplex. — Diam. 3 lin. (C.)

Helix Assarinensis Calc. in Revue zool. 1845. p. 281.

Habitat in Sicilia, ubi unicum specimen vivum repertum est prope Asaro.

Obs. «Affinis H. rupestri Drap.»

211. **H. saxicola Pfr.**

T. anguste umbilicata, orbiculato-convexa, tenuis, diaphana, nitida, minutissime striata, corneo-fusca; anfr. 4½ convexiusculi, sensim accrescentes; apertura subcircularis; perist. simplex, acutum, marginibus conniventibus. — Diam. maj. 3½, min. 3, alt. 2¼ mill. (Coll. Nr. 115.)

Helix saxicola Pfr. in Wiegm. Arch. 1840. I. p. 251.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 567. t. 89. f. 36—39.
— *Mauriniana Orb.* cub. I. p. 162. t. 8. f. 20—23.

Habitat in insula Cuba, ubi raram legi circa Matanzas! La Carolina (Gould in Bost. journ. IV. p. 488).

212. **H. minutissima Lea.** †

T. subglobosa, supra obtuso-conoidea, subtus convexa, fusco cornea, minutissime striata, umbilicata; spira brevis: sutura im-

pressa; anfr. 4 rotundi; apertura subrotunda; labrum acutum. — Diam. . . . . ? (Lea.)

Helix minutissima Lea in Proc. Am. phil. Soc. 1841. II. p. 82.

Habitat in America boreali, prope Cincinnati.

Obs. Cl. Bronn in cat. conch. Heidelb. 1845 hanc speciem cum H. minuscula Binn. identicam declarat, sed utriusque descriptio non congruit. (Conf. Nr. 294.)

§. 19.

213. **H. olivetorum Gmelin.**

T. aperte umbilicata, globoso-depressa, nitida, glabriuscula, supra corneo-rufa, subtus virenti-albida; anfr. 5½ planiusculi, ultimus antice non descendens; apertura lunato-rotundata; perist. simplex, acutum, rectum, margine columellari vix reflexiusculo. — Diam. maj. 21, min. 17½, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 116.)

Helix olivetorum Gmel. p. 3639. N. 170. (Gualt. t. 3. f. 9.)
— — (Helicella) *Fér.* pr. 205. Hist. t. 82. f. 7—9.
— — *Lam.* 47. p. 78. ed. Dh. p. 47.
— — *Rossm.* VIII. p. 34. f. 522.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 520. t. 84. f. 4. 5.
— *incerta Drap.* p. 109. t. 13. f. 8. 9.
— *algira Dillw.* cat. II. p. 892. (ex parte.)
— *cespitum var. Cantr.* Malac. p. 120.
Mesomphix olivetorum Beck ind. p. 8.

β. Major, anfr. 6, apertura lunato-ovali: diam. maj. 31, min. 26, alt. 17 mill. (Spec. coll. Philippian.)

Helix Leopoldina Charp. (teste Sturm).
— *olivetorum Rossm.* VIII. t. 39 superne in med. (detrit.)

γ? Umbilico angustiore, anfr. 7:
Helix filicum Kryn. Bull. Mosc. IX. p. 201.*)

Habitat in Gallia meridionali et Italia, var. β in Liguria, var. γ? in Georgia et Tauria.

214. **H. fuliginosa Griffith.**

T. anguste umbilicata, depressa, tenuis, striatula, nitida, olivaceo-cornea; spira vix elevata; anfr. 4½ planiusculi, rapide accrescentes, ultimus magnus, subdepressus; apertura perobli-

*) T. orbiculato-convexiuscula, depressa, inferne planulata, tenui, pellucida, nitida, transversim irregulariter striolata, supra fuscescenti-cornea, subtus albida; anfr. 7 oblique planulatis, ultimo ad aperturam dilatato; spira parum exserta; sutura impressa, subduplicata; umbilico mediocri, in fundo dilatato: apertura elevato-lunata, subobliqua; perist. simplici. — Diam. 10, alt. 4 mill. — A vera H. incerta Dr. umbilico minus dilatato cum anfractibus in eo occultis etc. plane videtur diversa. (Kryn. l. c.)

qua, ampla, lunato-ovalis; perist. simplex, acutum, margine umbilicari reflexiusculo. — Diam. maj. 26½, min. 22½, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 117. Spec. Griffithian.)

Helix fuliginosa Griff. mss. Binn. in Bost. journ. III. p. 417. t. 24.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 519. t. 84. f. 1—3.
— *capillacea Pfr.* Symb. II. p. 24. Nec Fér.

Habitat in Pennsylvania, Ohio.

215. H. caduca Pfr.

T. umbilicata, depressa, fragilis, leviter striatula, albida, epidermide fulvo-cornea induta; spira parum elevata, vertice subtili; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus multo latior, basi subplanulatus, circa umbilicum angustum, externe subinfundibuliformem excavatus; apertura majuscula, oblique truncato-ovalis; perist. simplex, tenue, marginibus subconniventibus, callo tenuissimo junctis, columellari vix expansiusculo. — Diam. maj. 27, min. 22, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 118.)

Helix caduca Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 158.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 513. t. 83. f. 26—28.

Habitat in republica mexicana (Liebmann).

216. H. Griffithi Pfr.

*) T. orbiculato-convexa, depressiuscula, subtus convexa, tenui, pellucida, nitida, transversim striolata, tota flavescenti-albida, aut fasciis lineisque subdentatis, subtus saepe interruptis, fuscis nigrisve longitudinalibus ornata; anfr. 6 planulatis, ultimo incrassato; sutura tenui; spira parum exserta, apice fusco; umbilico mediocri spiraliter coarctato, cum labio a se remoto; apertura lunato-rotundata; perist. simplici, intus vix marginato, concolore. — Alt. 4, diam. 8 lin. — Distinguenda videtur ab H. cespitum: perist. concolori, non violaceo, intus vix incrassato, et umbilico diverso modo constructo. (Kryn. l. c.)

420. H. ericetorum Müller.

T. late umbilicata, depressa, striata, albida vel pallide fuscescens, concolor vel fasciis variis fuscis et corneis ornata; spira vix elevata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus cylindricus, antice deflexus; apertura subcircularis; perist. rectum, intus leviter labiatum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 17, min. 14½, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 236. Spec. typ. Hass.)

Helix ericetorum Müll. verm. II. p. 33. N. 236.
— — *Chemn.* IX. f. 1193.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 281.
— — *Lam.* 69. p. 84. ed. Dh. p. 60.
— — *Mont.* p. 437. t. 24. f. 2.
— — *C. Pfr.* I. p. 38. t. 2. f. 23.
— — *Turt.* Man. p. 54. f. 37.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 190.
— — *Rossm.* I. p. 67. f. 17. VIII. p. 33. f. 517.
— — *Gray* Man. p. 163. t. 4. f. 37.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 131. t. 22. f. 21—26.
— *cespitum Drap.* t. 6. f. 16. 17.
— — *C. Pfr.* I. p. 39. t. 2. f. 24. 25.
— *media Gmel.* 177. p. 3640?
— *dubia Hartm.*
— *zonaria Schranck.*
— *trochlearis*, *obvia* et *derbentina Andrz.* (teste Kryn.)
— . . . . *Fér.* hist. t. 85. f. 1—4.
Zonites ericetorum Leach moll. p. 101.
Oxychilus ericetorum Fitzing. syst. Verz. p. 100.
Helicella ericetorum Risso IV. N. 155.
Theba ericetorum Beck ind. p. 13.
Xerophila ericetorum Held in Isis 1837. p. 913.

β. Minor: diam. maj. 11, min. 9, alt. 5½ mill. (Spec.)

γ. Alba, fasciis nonnullis castaneis, supremis interruptis aurantiacis.

δ. Depressa, cretacea:
Helix striata Müll. verm. II. p. 38. N. 238.*) Teste Beck.
— *nivea Gmel.* 176. p. 3639.
— *albella Pennant* } teste Gray.
— *obliterata Hartm.* }
— *erica Da Costa* p. 53. t. 4. f. 8. } teste Beck.
— *umbilicaris Olivi* }

Habitat in plerisque Europae terris vulgaris; var. γ in planitie Grownikensi prope Fiume legi.

*) T. umbilicata, subdepressa, striata, alba. — Diam. 6 lin. (Schröt. Tangelst. p. 183. t. 2. f. 20.) — Hab.? — T. alba, argute striata, unicolor, subtus convexa, supra convexiuscula. Umbilicus distinctissimus, pervius. Anfractus fere 6 rotundati absque carina. Apertura lunata. Labrum in mea non absolutum. (Müll. l. c.)

421. H. candicans Ziegler.

T. umbilicata, convexo-depressa, striatula, nitida, candida, interdum lineis pallide rufis circumdata; spira vix elata, apice fusca; anfr. 5 convexi, ultimus non descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura magna, lunato-rotundata; perist. simplex, intus subtiliter labiatum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 9—10 mill. (Coll. Nr. 237. Spec. hungar.)

Helix candicans Zgl. Pfr. in Wiegm. Arch. 1841. I. p. 220.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 241. t. 38. f. 10—12.
— *candida Porro* ined.

β. Concolor, alba, apertura subcirculari, minore:
Helix arenosa Zgl. Rossm. VIII. f. 519.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 197? *)
Theba arenosa Beck ind. p. 14.

γ. Alba, unifasciata, apertura superne angustiore:
Helix dejecta Jan, Rossm. VIII. f. 520.

Habitat in Hungaria (prope Szigleget ad lacum Balaton legi!) et prope Como (Porro); var. β et γ in Tauria.

422. H. neglecta Draparnaud.

T. mediocriter umbilicata, subturbinato-depressa, albida, fusco-fasciata; anfr. 5 convexi, ultimus non deflexus; apertura lunato-rotunda; perist. rectum, intus subrufo-labiatum, marginibus subapproximatis. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 238.)

Helix neglecta Drap. p. 108. t. 6. f. 12. 13.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 282.
— — *Lam.* 67. p. 84. ed. Dh. p. 59.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 193?
— — *Rossm.* VI. p. 30. f. 355.
— — *Terv.* cat. p. 24. t. 3. f. 1—4.
— *clivorum Hartm.*
— *varians Risso* IV. p. 70.
Theba neglecta Beck ind. p. 13.
Xerophila neglecta Held in Isis 1837. p. 913.

Habitat in Gallia, Italia boreali, Hispania, nec non frequens circa Oran (Terv.).

Obs. Species quasi intermedia inter H. virgatam et ericetorum. Variat spira magis minusve elata, nec non umbilici diametro.

*) Testa orbiculato-convexa, depressiuscula, solidula, pellucida, transversim dense et profunde regulariter (subcostulata) striata, albida aut fasciis tenuibus, evanescentibus cincta; sutura profundiuscula; spira parum exserta, apice fusco; umbilico mediocri, profundo cum labio a se parum remoto; apertura compresso-lunata; perist. patulo, intus fusco, valde incrassato. — Diam. 5, alt. 2½‴. — Ab H. costulata differt forma aperturae, peristomate et anfractuum numero. (Kryn. l. c.)

423. H. instabilis Ziegler.

T. late umbilicata, depressa, striato-rugosa, solida, albida; anfr. 5 convexi, lente accrescentes, ultimus teres, vix descendens; apertura fere circularis; perist. simplex, acutum, marginibus fere contiguis. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 8½ mill. (Coll. Nr. 239.)

Helix instabilis Zgl. Mus. *Pfr.* Symb. II. p. 31.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 242. t. 38. f. 4—6.
— *ericetorum var. Rossm.* VIII. f. 518.
— *Leopolitana Andrz.* (Beck.)
Theba instabilis Beck ind. p. 13.

β. Minor, fusco-radiata et obsolete fasciata; diam. maj. 10½, min. 9½, alt. 5 mill. (Spec.)

Helix instabilis var. Chemn. l. c. t. 38. f. 7—9.

Habitat in Gallicia.

424. H. candaharica Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, oblique striatula, nitidula, fuscescenti-albida, fasciis angustis, maculose interruptis, nigricantibus et rufis ornata; spira vix elevata, apice nitida, cornea; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice non descendens; umbilicus infundibuliformis, anfractum penultimum late monstrans, medio angustissimus; apertura obliqua, lunato-ovalis; perist. acutum, intus subremote labiatum, marginibus conniventibus, columellari vix dilatato. — Diam. maj. 16, min. 13, alt. 7½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix candaharica Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 37.

Habitat ad Candahar Indiae orientalis (Benson).

425. H. Berlanderiana Moricand.

T. umbilicata, depressa, striata, lucida, alba vel cinerea, interdum unifasciata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus basi inflatus; apertura lunato-subcircularis; perist. acutum, intus labiatum, margine columellari juxta umbilicum angustum vix reflexo. — Diam. maj. 8½, min. 7½, alt. 5⅔ mill. (Coll. Nr. 240.)

Helix Berlanderiana Mor. Mém. Gen. VI. p. 537. t. 1. f. 1.
— — *Lam.* ed. Dh. 222. p. 133.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 243. t. 38. f. 18. 19.
— *virginalis Jan* in sched.

Habitat in Texas.

426. H. nivea Ziegler.

T. perforata, depresso-conica, solidula, nitidula, nivea, anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus multo latior, descendens; umbilicus angustissimus, non pervius; apertura magna, oblique lunato-

ovalis; perist. subsimplex. — Diam. 11½, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 241.)

Helix nivea Zgl. Mus. Anton Verz. p. 37.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 34.
— *alexandrina Parr.* in sched.

Habitat in insula Corfu.

427. **H. protea Ziegler.**

T. anguste umbilicata, depresso-globosa, albida, maculose fasciata vel concolor; spira conoidea; anfr. 5—6 convexi, ultimus magnus; apertura lunato-rotunda; perist. rectum, acutum, intus leviter labiatum. — Diam. maj. 11, min. 10, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 242.)

Helix protea Zgl. Mus. *Rossm.* VIII. p. 34. f. 521.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 246. t. 38. f. 22. 23.
— *obvia Jan* in sched. (unicolor.)

β. Major, depressior, umbilico paulo latiore:
Helix campestris Zgl. Mus.
— *pustulata Mlf.* (Beck.)
Theba campestris Beck ind. p. 13.

Habitat in insulis jonicis: Corfu.

428. **H. dealbata Lowe.**

T. rimato-perforata, depressa, striatula et granulis minutis undique exasperata, solidiuscula, albida; spira parum elevata; anfr. 6 planiusculi, ultimus superne subangulatus, basi convexus, paulo devians, rimam formans, antice vix descendens; apertura subcircularis; perist. simplex, intus sublabiatum, marginibus callo junctis. — Diam. maj. 9, min. 7, alt. 4¾ mill. (Coll. Nr. 243. Spec. Lowean.)

Helix dealbata Lowe Faun. Mader. p. 48. t. 5. f. 21.
— — *Lam.* ed. Dh. 148. p. 97.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 245. t. 38. f. 20. 21.
Ochthephila dealbata Beck ind. p. 17.

β. Testa laevi, nitida.

Habitat in insula Portosancto, var. β in insula Ilheo de Baxo.

429. **H. depauperata Lowe.**

T. umbilicata, globoso-depressa, solidiuscula, rugoso-striata, obsoletissime granulata, sordide albida; spira subelevata, obtusa; anfr. 5 convexi, ultimus basi convexior, antice deflexus; umbilicus angustus, pervius; apertura lunato-circularis; perist. acutum, intus albo-labiatum, marginibus lamina callosa junctis. — Diam. maj. 9, min. 7½, alt. 5⅔ mill. (Coll. Nr. 244.)

Helix depauperata Lowe Faun. Mader. p. 51. t. 6. f. 4.

Helix depauperata Chemn. ed. II. Helix N. 244. t. 38. f. 16. 17.
Ochthephila depauperata Beck ind. p. 17.
Habitat in montibus insulae Portosancto.

430. H. caperata Montagu.

T. umbilicata, depresso-globosa, costulato-striata, albida vel lutescens, fasciis strigisque fuscis, plerumque interruptis ornata; spira acuto-convexa; anfr. 5 convexi, ultimus non deflexus; umbilicus mediocris, apertus; apertura lunato-rotunda; perist. rectum, acutum, intus fulvo- vel rufo-labiatum. — Diam. maj. 11, min. 9⅔, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 245. Spec. Tergest.)

Helix caperata Mont. p. 430. t. 11. f. 11.
— — *Wood* ind. t. 33. f. 21.
— — *Turt.* Man. p. 42. f. 32.
— — *Flem.* Britt. anim. p. 262.
— — *Gray* Man. p. 162. t. 4. f. 32.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 132. t. 22. f. 11—14.
— *striata Drap.* p. 106. t. 6. f. 18. 19.
— — *Lam.* 103. p. 93. ed. Dh. p. 75.
— — *C. Pfr.* Ill. p. 31. t. 6. f. 23.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 199?
— — (*Rossm.* VI. p. 28. f. 354.)
— *intersecta Poir.* prodr. p. 81?
— — *Lam.* 70. p. 85. ed. Dh. p. 61?
— — *Brard* p. 39. t. 2. f. 7.
— *crenulata* Dillw. p. 895. N. 21.
— *obsoleta Andrz.* (teste Kryn.)
Teba caperata Leach moll. p. 97.
Theba intersecta Beck ind. p. 12.
Xerophila striata Held in Isis 1837. p. 913.
β? Depressa, umbilico subinfundibuliformi, plerumque minor:
Helix Gigaxii Charp. in sched. Cuming.

Habitat in maritimis Europae meridionalis, Galliae, Illyriae, Italiae, Graeciae, nec non Britanniae et Hiberniae; in Iberia, Podolia? (Kryn.); var. *β* (forsan propria species?) prope Arles Galliae et prope Highbycombe Bueks Britanniae (Cuming).

Obs. Huc referendae: H. tergestina Mlf., H. obesa et pulluja Zgl., H. strigata Stud., variegata Friv., Porro etc.

431. H. lauta Lowe.

T. umbilicata, subglobosa, subtus convexa, tenuiuscula, alba, fasciis angustis, interruptis, fuscis, obsoletis ornata, nitidiuscula; sutura distincta; anfr. 5 convexi, confertissime transversim striati, ultimus rotundatus; umbilicus parvus, cylindricus, profundus,

apertus; apertura lunata, subrotunda; perist. acutum, intus annulo distincto, elevato, margini approximato. — Axis 3‴, diam. 7/16″ (L.) — Diam. 11, alt. 7½ mill. (ex ic.) — Coll. Nr. 246?

Helix lauta Lowe Faun. Mader. p. 53. t. 6. f. 9.
Theba lauta Beck ind. p. 12.

Habitat in insula Portosancto.

432. H. candidula Studer.

T. umbilicata, globoso-depressa, minute striata, albida, unicolor vel varie fusco-fasciata; anfr. 4½ — 5 convexiusculi, ultimus antice vix deflexus; apertura rotundato-lunaris; perist. rectum, acutum, intus valide labiatum, marginibus subapproximatis, columellari in umbilicum angustum, pervium subexpanso. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 247. Spec. hass.)

Helix candidula Stud. syst. Verz. p. 87.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 279.
— — *Rossm.* VI. p. 26. f. 350.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 63.
— *striata var. Drap.* t. 6. f. 21.
— — *var. Lam.* 103. ed. Dh. p. 75.
— — *Brard* t. 2. f. 5. 6. } (teste Fér.)
— *unifasciata Poir.* }
— *bidentata Drap.* tabl. d. moll. N. 25.
— *thymorum v. Alt.* p. 56. t. 5. f. 9.
— — *C. Pfr.* I. p. 37. t. 2. f. 21. 22.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 197.
— *striatula Hartm.* Syst. p. 51.
— *rugellosa Hartm.*
— *taeniata Mlf.* }
— *unizona Andrz.* } teste Kryn.
— *radiolata Andrz.* }

Theba candidula et *thymorum Beck* ind. p. 11.
Xerophila thymorum Held in Isis 1837. p. 913.

Habitat in Germania, Gallia, Croatia (!), Helvetia, Italia, Lusitania, Rossia, Tauria.

433. H. lunulata Krynicki. †

T. orbiculato-convexiuscula, subcarinata, subtus convexiuscula, solida, parum translucida, transversim striolata, alba aut lineis fuscis longitudinalibus fasciaque saepissime tenui carinae ornata; anfr. 6 rotundati; sutura impressa; spira exserta; umbilicus angustus, profundus; apertura compresso-lunata, subobliqua; perist. patulum, intus incrassatum. — Diam. 4, alt. 2 lin. (Kr.)

Helix lunulata Kryn. Bull. Mosc. VI. p. 433. IX. p. 201.

Helix striata var. i Drap. (Kr.)
— — *var.? Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 21.

Habitat prope Odessam.

Obs. «Ab H. thymorum distinguitur spira parum elevatiore, umbilico angustiore, apertura magis compressa, lunata, perist. intus semper calloso, callo in extremitatibus sinuato, superficieque minus striata».

434. H. costulata Ziegler.

T. umbilicata, globoso-depressa, nitidula, confertim costulata, unicolor albida vel fusco-fasciata et radiata, vel nigricans, basi albo-cincta; anfr. 5 convexiusculi, celeriter accrescentes, ultimus antice vix descendens; apertura dilatata, lunato-circularis; perist. tenue, intus vix labiatum. — Diam. maj. 9½, min. 8½, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 248.)

Helix costulata Zgl. Mus. *C. Pfr.* III. p. 32. t. 6. f. 21. 22.
— *candidula var. Rossm.* VI. p. 26. f. 353.
— *striatula Müll.* verm. II. p. 24. N. 225?*)
— *intersecta Mich.* compl. p. 30. t. 14. f. 33. 34.
— *narbonensis Requien.* (teste Beck.)
Helicopsis striata Fitzing. syst. Verz. p. 101?
Theba costulata et *Mühlfeldtii Beck* ind. p. 11.

Habitat passim in Germania (prope Vindobonam, Hildesiam, Schöppenstedt!), Gallia.

Obs. 1. Differt ab H. candidula umbilico majore, anfractibus latioribus, costulatis, et aperturae margine columellari arcuatim descendente. — Huc referendae: H compressula Stentz, Mühlfeldtiana Zgl.
Obs. 2. Conf. H. arenosa Kryn. (Nr. 421 β.)

435. H. Meda Porro. †

T. vix rimata, supra globosa, subtus planiuscula, anfractu ultimo subcarinato: strigis crebris ab infera perforatione irradiantibus; colore plerumque albido, aliquando subferrugineo, strigis semper albis; saepe monocroma quandoque maculis et fasciis brunneis picta; apertura depressa, subquadrata; perist. recto, intus rufo-circinnato. — Alt. 8, diam. 10—12 mill. (Porro.)

Helix Meda Porro in Revue zool. 1840. p. 126.
— — *Villa* dispos. syst. p. 54.

Habitat prope Sassari Sardiniae.

*) «T. perforata, subdepressa, striata, alba, fascia rufa. — Diam. 5 lin. — Hab. in Gallia. — T. alba, pellucida, supra depressa, vertice tantisper elevato, striis argutis exarata, subtus convexa, laeviuscula; fascia unica rufa ipsam carinam ambit. Anfractus fere 6. Labium crassiusculum, album; foramen apertum, claudi tamen in adultis suspicor. In altero exemplari fascia abrupta est». (Müll. l. c.) — Species a Cl. Draparnaud ad H. fasciolam (recentioribus auctoribus plane incognitam) relata, a Cl. Beck sub nomine Thebae strigosulae (Hel.) Gmelin enumerata.

436. H. Aradasii Mandralisca. †

T. globoso-conica, perforata, subtenuis, longitudinaliter striata; anfr. 6 rotundati, fascia unica brunnea, interrupta cincti; apertura rosea, rotundata; perist. intus marginatum, labro simplice. — Diam. 4¾, alt. 5½ lin. (M.)

Helix Aradasii Mandr. nota di taluni specie di Moll. p. 6.
— — *Arad.* et *Magg.* catal. p. 86.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 218.

Habitat in Sicilia, ubi ad «Pantano dell' argo» prope Messinam detexit Cl. de Schwerzenbach.

437. H. vestalis Parreyss.

T. umbilicata, depressiuscula, solida, nitida, nivea, apice nigricans; anfr. 5—5½ convexiusculi, ultimus multo latior; umbilicus angustus, pervius; apertura subcircularis; perist. simplex, marginibus approximatis. — Diam. 12, alt. 6—7½ mill. (Coll. Nr. 249?)

Helix vestalis Parr. in sched. *Pfr.* Symb. I. p. 40.
— *mirabilis Parr.?* (Anton.)

Habitat in Egypto.

438. H. apicina Lamarck.

T. aperte umbilicata, globoso-depressa, supra planiuscula, subtus turgida, albida, striata, vertice corneo-variegata; sutura profunda; anfr. 4—4½ convexi, ultimus antice dilatatus; apertura rotundato-lunaris; perist. rectum, subsimplex, acutum. — Diam. maj. 7, min. 6, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 250.)

Helix apicina Lam. 102. p. 93. ed. Dh. p. 74.
— — *Rossm.* VI. p. 27. f. 352.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 6.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 63.
— *cenisia Charp.* in Wiegm. Arch. 1838. II. p. 274.
— . . . . *Fér.* hist. t. 85. f. 19—22.
Xerophila apicina Held in Isis 1837. p. 913.

Habitat in Gallia, Dalmatia, Italia, Lusitania; in cacumine Montis Cenis (Charp.).

439. H. conspurcata Draparnaud.

T. umbilicata, depressa, subcarinata, corneo-cinerea, minutim variegata, capillaceo-costulata, hispidula; spira vix elevata; anfr. 4—5 depressi; umbilicus angustus; apertura rotundato-lunaris; perist. rectum, simplex, acutum, margine columellari

vix reflexiusculo. — Diam. maj. 6, min. 5, alt. 3⅓ mill. (Coll. Nr. 251.)

Helix conspurcata Drap. p. 105. t. 7. f. 23—25.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 277.
— — *Lam.* 104. p. 93. ed. Dh. p. 75.
— — *Rossm.* VI. p. 27. f. 351.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 63.
— *radiolata Jan* in sched.
— *hispida Jeffr.* Linn. transact. XVI. p. 2?
— . . . *Fér.* hist. t. 69 K. f. 13—16.
Theba conspurcata Risso IV. p. 74.

Habitat in Gallia, Lusitania et Sicilia (Philippi)!

Obs. Cl. Morelet varietatem refert minorem (3 mill. diam.), unicolorem corneam, secundam majorem (9 mill. diam.), tertiamque magis elevatam.

440. H. cyparissias Parreyss.

T. mediocriter umbilicata, depressiuscula, subtiliter et confertim costulata, alba, corneo-punctata vel fusco irregulariter maculata et subfasciata; spira plane elevata, vertice acutiusculo, corneo; anfr. 5 convexi, ultimus teres, antice non descendens; apertura subcircularis; perist. rectum, acutum, tenuiter fulvolabiatum, marginibus approximatis, columellari vix dilatato. — Diam. maj. 6, min. 5⅓, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 252.)

Helix cyparissias Parr. in sched.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Malak. 1847. p. 32.

Habitat in insula Cypro.

Obs. Similis H. apicinae, affinior varietatibus minoribus H. caperatae, apertura subcirculari statim distinguenda.

§. 31.

441. H. turcica (Trochus) Chemnitz. †

T. albida, depressa, umbilicata, carinata, scabra, punctis eminentibus; margine anfractuum acuto, muricato; umbilico pervio, amplo, marginato; apertura subtetragona. (Ch.) — Diam. maj. 24, min. 20 mill. (ex ic. Chemn.)

Trochus turcicus Chemn. XI. p. 280. t. 209. f. 2065. 66.
Solarium cratera Schumacher p. 195.
Helix turcica Dillw. cat. II. p. 905. N. 44.
— — (Helicigona) *Fér.* pr. 148. Hist. t. 65. f. 2. 3.
— — *Lam.* ed. Dh. 188. p. 118.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 126. t. 21. f. 15. 16.
Carocolla turcica Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Leucochroa turcica Beck ind. p. 16.
β. Jun.: Helix incisa Chemn. IX. f. 1166. (teste Beck. — Conf. Nr. 1108.)

Habitat prope Mogador et Marocco. (Chemn.)

442. H. filimargo Ziegler.

T. perspective umbilicata, depressa, supra planiuscula, calcarea (raro fasciata), filocincta, substriata; anfr. 5 convexiusculi; apertura rotundata; perist. rectum, acutum, intus remote sublabiatum, marginibus subapproximatis. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 253.)

Helix filimargo Zgl. Mus. *Rossm.* VI. p. 33. f. 358.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. VI. p. 435. IX. p. 188.
— *taurica Partsch* Mus. Caes. Vindob.
Carocolla filimargo Menke syn. ed. 2. p. 24.
Anomalia chersonesica Mühlf. (teste Rossm.)
Leucochroa filimargo Beck ind. p. 16.
Xerophila filimargo Held in Isis 1837. p. 913.

Habitat in Tauria.

443. H. depressula Parreyss.

T. umbilicata, lenticularis, rugoso-striata, lutescenti-albida, compresso-carinata; anfr. 6 prominuli, subplanulati, ultimus basi convexus, antice vix descendens; umbilicus latus, perspectivus; apertura securiformis; perist. rectum, angulatum, intus labiatum, marginibus conniventibus. — Diam. maj. 20½, min. 18½, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 254.)

Helix depressula Parr. in sched. *Rossm.* IX. p. 6. f. 562.
Carocolla depressula Villa disp. p. 19.

Habitat in Algeria, prope Oran.

444. H. explanata Müller.

T. umbilicata, depressa, planospira, albida, subtiliter striata; anfr. 5 sub carina compressa inflati, ultimus ad aperturam vix deflexus; apertura securiformis; perist. rectum, acutum, intus albo-labiatum. — Diam. maj. 17, min. 14½, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 255.)

Helix explanata Müll. verm. II. p. 26. N. 228.
— — *Rossm.* VIII. p. 40. f. 539.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 119. t. 20. f. 3. 4.
— *planorbis marginatus Chemn.* IX. P. 2. p. 84. t. 126. f. 1102.
— — *β Gmel.* 20.
— *albella Drap.* p. 113. t. 6. f. 25—27.
— — *Terv.* p. 27. t. 3. f. 10—16.
Carocolla albella Lam. 17. p. 100. ed. Dh. p. 149.
— *explanata Villa* disp. p. 19.
Leucochroa albella Beck ind. p. 16.

β. Minor, fulvescens, apice nigra, anfr. 4½: diam. maj. 12, min. 10½, alt. 4½ mill. (Spec.)

Habitat in Gallia meridionali et in Algeria.

445. H. illibata Parreyss.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, striatula, albida vel fulvida, seriatim fusco-variegata, carinata; spira parum elevata: anfr. 5 planiusculi, sensim accrescentes, ultimus basi convexus, antice vix descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-subcircularis; perist. rectum, acutum, intus rufescenti-labiatum. — Diam. maj. 14, min. 12½, alt. 7½ mill. (Coll. Nr. 256.)

Helix illibata Parr. Rossm. IX. p. 7. f. 567.
Carocolla illibata Villa disp. p. 19.

Habitat in Algeria.

446. H. amanda Rossmässler.

T. umbilicata, lenticularis, carinata, utrinque convexa, costulato-striata, sordide albida, maculose subbifasciata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice non descendens; umbilicus angustus, pervius; apertura securiformis; perist. rectum, albo-labiatum. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 257.)

Helix amanda Rossm. VII. p. 10. f. 449.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 109.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 239. t. 38. f. 13—15.
— *Boissyi Terv.* p. 21. t. 2. f. 13—15.
— *striatula Linn.?* (Mke in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 16.)
Carocolla limbata Phil. Sicil. I. p. 137. t. 8. f. 17.
— *amanda Villa* disp. p. 19.
Leucochroa limbata Beck ind. p. 16.

Habitat in Sicilia, prope Panormum (Phil.), in Palma, Tremecen rara (Terver).

447. H. rugosa Chemnitz.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, subtus convexa, costato-plicata, albida, subtus rufo-fasciolata; spira vix elevata; anfr. 4½—5 planulati, ultimus convexus, carina filiformi, crenulata cinctus, antice vix deflexus; umbilicus majusculus, pervius; apertura lunato-rotundata; perist. acutum, intus remote rufescenti-labiatum, marginibus subapproximatis. — Diam. maj. 13½, min. 11½, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 258.)

Helix (scabra et) *rugosa Chemn.* IX. P. 2. p. 152. t. 133. f. 1208.
— *rugosa Lam.* 91. p. 90. ed. Dh. p. 69.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix p. 51. t. 6. f. 12. 13.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 136. t. 23. f. 3. 4!
— *corrugata Gmel.* 246. p. 3623.
— — *Wood* ind. t. 33. f. 38.

Helix Gargottae Rossm. VI. p. 33. f. 357.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 110.
— *Groyana* (Helicella) *Fér.* pr. 276.
Carocolla Gargottae Phil. Sicil. I. p. 136. t. 8. f. 10.
Xerophila Gargottae Held in Isis 1837. p. 913.
Leucochroa rugosa et *Gargottae Beck* ind. p. 12.
Theba corrugata Beck ind. p. 12?

Habitat in Italia et Sicilia.

Obs. Conf. Pfr. in Zeitschr. f. Malak. 1845. p. 23.

448. **H. Spratti Pfr.**

T. umbilicata, depressa, confertim costulata, sordide alba vel fusca, saturatius fasciata, carinata: carina compressa, prominente, denticulata; spira vix elevata; anfr. 5 supra carinam valde turgidi, subangulatim elevati, ultimus basi convexus, antice non descendens; umbilicus latissimus, perspectivus; apertura parvula, angulato-subrotundata; perist. rectum, acutum, intus albo-labiatum. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 259.)

Helix Spratti Pfr. Symb. III. p. 69.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 137. t. 23. f. 9—11.

Habitat in insula Malta (Spratt).

Obs. Differt ab H. rugosa umbilico multo latiore, anfractibus turgide elevatis, sutura profunda, etc.

449. **H. crenimargo Krynicki.**

T. anguste umbilicata, depressa, utrinque confertim et argute costulata, crenulato-carinata, alba, fascia cornea 1 supra carinam, pluribusque angustioribus subtus ornata; spira vix elevata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus superne subtumidus, subtus convexus; apertura rotundato-lunaris; perist. rectum, acutum, intus sublabiatum. — Diam. maj. 8, min. 7⅓, alt. 4 mill. (Spec. coll. Rossmässl., a Cl. Siemaschko communicatum.)

Helix crenimargo Kryn. in Bull. Mosc. IX.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 225. t. 36. f. 8. 9.

Habitat in Caucaso.

450. **H. variegata Chemnitz.** †

T. alba, umbilicata, subdepressa, carinata, subtus 5 fasciis ventralibus fasciata, supra longitudinaliter maculata seu variegata. (Ch.) — Diam. maj. 17, min. 14 mill. (ex ic.)

Helix variegata Chemn. IX. P. 2. p. 152. t. 133. f. 1207.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 286.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 26. p. 52. t. 6. f. 10. 11.

Helix naevia Gmel. p. 3623. N. 245.
— *crenulata Dillw.* (ex synon.)
Gualt. t. 3. f. Q. (Chemn.)

Habitat in insula St. Crucis Indiae occidentalis.

Obs. «Testa superne depressa, planiuscula, basi convexa; anfr. 5; umbilicus latus et profundus; apertura lunato-subcircularis; perist. acutum, non labiatum». (Ch.)

451. H. Nyelii Mittre. †

T. orbicularis, carinata, superne depressa, subtus convexa, late umbilicata, subtilissime striata, grisea vel lutescens; supra maculis fuscis, infra 2 fasciis ornata; apertura angulata, labro albo, tenui, intus marginato, subreflexo. — Diam. 5 lin. (M.)

Helix Nyelii Mittre in Ann. d. sc. nat. XVIII. p. 188.
— — *Wiegm.* Arch. 1843. II. p. 123.

Habitat in insula Minorca.

452. H. callosa (Carocolla) Anton. †

T. umbilicata, acute carinata, longitudinaliter minute striata, lutescenti-alba, apice brunnea; spira convexiuscula; anfr. 3½ planissimi; apertura longa; perist. acutum, intus marginatum, callo dentiformi in pariete aperturali. — Diam. 3½, alt. 2 lin. (A.)

Carocolla callosa Anton Verz. p. 39. N. 1454.

Habitat . . . ?

Obs. 1. Specimen non adultum videtur.

Obs. 2. Ex characteribus incompletis Helici incisae Chemn., leuc. L. et maculat. Müll. locum hic ascribere possemus. Conf. Nr. 1113, 1115 et 1117.

§. 32.

453. H. planata Chemnitz. †

T. orbiculata, supra plano-convexiuscula, pallide fulva, subtus turgida, perforata, eleganter lineata: lineis alterne fuscis et roseis; labro simplice. — Diam. 9½ lin. (Lam.)

Helix planata Chemn. XI. p. 281. t. 209. f. 2067—69.
— — *Webb* et *Berth.* syn. p. 312.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 169? *)

*) «T. orbiculari, supra plano-convexiuscula, subtus turgida, solidula, transparenti, transversim rugoso-striata, alba punctis rubicundis superne aspersa; anfr. 5 planis; spira parum prominula; suturis tenuissimis; foramine umbilicali minimo; apertura ob marginem dextrum semicordata; labio reflexo a labro simplici superne disjuncto. — Diam. 8, alt. 3 lin. — Specimina taurica minora sunt siculis, gaudent quoque carina magis prominente et foramine umbilicali magis aperto. Sub lente tota superficies granulis minimis arcte quasi in lineas longitudinales dispositis exasperata. Margo dexter, qui omnino simplex esse videtur, sub carina finitur. — Hab. in Tauria». (Kryn. l. c.) — Vix huc referenda. Species ab auctore comparatur cum specie quadam sicula, sed vera H. planata Ch. in Sicilia nondum observata est.

Helix planata Chemn. ed. II. Helix N. 125. t. 21. f. 10—12.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 295. Hist. t. 30. f. 2?
— *helicella Wood* suppl. t. 7. f. 7?
Carocolla planata Lam. 13. p. 99. ed. Dh. p. 148.
— *leucas Menke.* (teste Beck.)
Theba? planata et *erythrostoma Beck* ind. p. 15.

Habitat in imperio Maroccano (Chemn.), in insulis Canaria, Lancerotta et Graciosa (W. et B.).

454. **H. arietina Rossmässler.**

T. perforata, depressa, solidula, oblique striata, lineis confertis, impressis, spiralibus subtiliter reticulata, vix nitidula, opaca, albida, fasciis luteis latis, lineisque fuscis nonnullis ornata, acute carinata: carina compressa; spira parum elevata; anfr. 5, superne subplanulati, exserti, ultimus antice descendens, basi convexus; apertura lunato-securiformis; perist. rectum, acutum, intus valide labiatum, margine columellari late reflexo, patente, carneo. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 260.)

Helix arietina Rossm. in Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 172.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 230. t. 36. f. 5—7.

Habitat in Hispania: Sierra de S. Cristoval (Dr. Willkomm).

Obs. Hanc cum H. planata Ch. ad unam eandemque speciem referendam censeo.

455. **H. pisanoides Orbigny.** †

T. orbiculato-depressa, tenuis, subumbilicata, carinata, exilissime striata, alba, lineis nigris cincta; spira complanata; anfr. 4 carinati; apertura subquadrilatera, intus incrassata. — Diam. 7½, alt. 4 mill. (O.)

Helix pisanoides Orb. moll. cub. I. p. 155. t. 10. f. 1—4.

Habitat in insulae Cubae regionibus interioribus.

§. 33.

456. **H. Caroni Deshayes.**

T. perforata, turrito-conica, basi planiuscula, plicata, lutescens, fusco-maculata; anfr. 10—11 plani, exserti, serrato-carinati, ultimus antice non descendens; apertura depressa, securiformis; perist. rectum, acutum, intus remote labiatum. — Diam. maj. 9, min. 8½, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 261.)

Helix Caroni Desh. in Enc. méth. II. p. 262. N. 142.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 143. t. 23. f. 30. 31.
— *turrita Rossm.* VI. p. 23. f. 343.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 111.
— *elata Cantr.* Malac. méd. t. 5. f. 4.

Helix . . . . Fér. hist. t. 63 B. f. 8. 9.
Carocolla turrita Phil. Sicil. I. p. 137. t. 8. f. 17.
Turricula Caronis Beck ind. p. 10.

Habitat in Sicilia, prope Panormum (Phil.).

Obs. H. turritam Phil., nec H. elatam Faure-Big., esse speciem nostram, ex verbis Cl. Deshayes elucet: anfr. 12, diam. bas. 9, alt. 11 mill.

457. H. trochlea Pfr.

T. perforata, conico-turrita, trochlearis, costulato-striata, albida, interdum fusco-maculata vel basi fusco-fasciata; anfr. 8 acute crenulato-carinati, late exserti, utrinque planulati, ultimus basi subtilius et confertius striatus, convexiusculus, antice non descendens; apertura securiformis; perist. acutum, margine basali arcuato, intus leviter labiato, columellari subdilatato, ad perforationem subreflexo. — Diam. maj. 7⅔, min. 7½, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 262.)

Helix trochlea Pfr. Symb. III. p. 69.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 142. t. 23. f. 28. 29.

Habitat . . . ?

Obs. Specimina plura vidi, structura anfractuum prorsus aequalia; variat spira paulo minus elevata.

458. H. cyclodon Webb et Berthelot.

T. vix perforata, trochiformis, rugoso-striata, fuscescenti-albida; spira turrita, sursum attenuata, acuta; anfr. 7 planiusculi, 2 ultimi exserti, dentato-carinati, supra carinam serie tuberculorum instructi, ultimus basi vix convexiusculus; apertura depressa, angulato-lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 7½, min. 6¾, alt. 6 mill. (Mus. Cuming.)

Helix cyclodon Webb et *Berth. Orb.* canar. p. 64. t. 2. f. 1—3.

Habitat in insulis Canariis, Azoris, Madera, promontorio viridi.

459. H. elata Faure-Biguet.

T. perforata, conica, basi planiuscula, costulata, albida; anfr. 9 plani, exserti, carinati; apertura securiformis; perist. rectum, acutum, intus sublabiatum. — Diam. maj. 7, min. 6, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 263.)

Helix elata Faure-Big. Fér. pr. 304.
— — *Rossm.* VI. p. 23. f. 344. (H. Caroni.)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 144. t. 23. f. 32. 33.
Carocolla elata Phil. Sicil. I. p. 137. t. 8. f. 16.
Turricula elata Beck ind. p. 10.

Habitat in Sicilia, prope Capri (Philippi).

460. H. pumilio (Trochus) Chemnitz. †

T. umbilicata, conica, anfr. 7 acute marginatis, duplicatis, muricatis; basi scabra convexiuscula; apertura subtetragona. (Ch.) — Diam. et alt. circa 10 mill. (ex ic.)

Trochus pumilio Chemn. XI. p. 164. t. 196. f. 1888. 89.
— *rugosus Mühlf.* Mag. Ges. nat. Fr. 1818. p. 7. t. 1. f. 10.*)
Turricula pumilio Beck ind. p. 10.

Habitat prope Mogador (Ch.).

461. H. syrensis Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-conica, confertim costulata, carinata, sordide albida, fusco vel spadiceo marmorata; spira depresso-conica, apice acutiuscula, cornea; anfr. 5 exserti, subplanulati, ultimus basi convexiusculus; umbilicus angustus, pervius; apertura rotundato-lunaris; perist. acutum, intus albido-labiatum. — Diam. maj. 8, min. 7, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 264.)

Helix syrensis Pfr. Symb. III. p. 69.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 140. t. 23. f. 22. 23.
— *serrula Morelet* moll. du Port. p. 61. t. 7. f. 2?**) Nec Bens.

Habitat in insula Syra (Forbes), et in Lusitania, prope Setubal?

462. H. pyramis Philippi. †

T. perforata, elevato-conica, subacuta; anfr. 8 convexi, sutura profunda divisi, striato-rugosi, ultimus subangulatus; apertura depressa, submarginata. — Diam. 2⅔, alt. 3½ lin. Apert. fere 1¼ lin. lata, nondum 1 lin. alta. (Ph.)

Helix pyramis Phil. Sicil. I. p. 135. t. 8. f. 20.
— — *Rossm.* VI. p. 23.
Ochthephila pyramis Beck ind. p. 17.

Habitat in Sicilia, ubi unicum specimen prope Panormum legit Cl. Philippi.

463. H. serrulata Beck.

T. angustissime perforata, trochiformis, corrugato-striata sordide alba, carinata: carina moniliformi-tuberculata, in anfractu ultimo obsoletiore; anfr. 6 convexiusculi, supremi subbicarinati; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum, intus sub-

*) T. conica, basi convexa, umbilicata; anfr. oblique rugosis, inferioribusque bifariam carinatis. — Alt. 3‴. — Marocco. (Mlf. l. c.)

**) T. lenticulari, carinata, umbilicata, lamelloso-striata, pallide fulva; apertura subrotundo-angulata; anfr. 5½. — Amplit. 8 mill. — An varietas Carocollae limbatae Phil.? (Mor.) — Umbilicus H. amandae multo angustior!

tiliter labiatum. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 265.)

Turricula serrulata Beck ind. p. 10. (ex synon.)
Helix serrulata Chemn. ed. II. Helix N. 139. t. 23. f. 5. 6.
— *crenulata Oliv.* voy. II. p. 40. t. 31. f. 5. Nec Müll.
— — *Lam.* 85. p. 88. ed. Dh. p. 67.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 300.
β. Minor, an juvenilis?
Helix serrulata Rossm. XI. p. 3. f. 692.
— — *var. Chemn.* l. c. t. 23. f. 7. 8.

Habitat in Egypto, prope Alexandriam.

Obs. Num forte H alexandrina Ehrenb. (Conf. Nr. 1094.) hujus speciei status juvenilis?

464. H. Despreauxii Orbigny.

T. perforata, conica, trochiformis, basi convexiuscula, rugoso-tuberculata, calcarea, alba, acute carinata; anfr. 5 exserti, bicarinati: carinis dentato-serratis, inferiore magis prominente; apertura perobliqua, depressa, elliptica, intus fuscidula; perist. simplex, rectum, marginibus fere contiguis, callo tenui junctis, columellari reflexo, perforationem angustam fere occultante. — Diam. maj. 8, min. 7, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 266.)

Helix Despreauxii Orb. canar. p. 65. t. 3. f. 21—23.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 141. t. 23. f. 20. 21.
Obelus Preauxii Hartm. Gast. I. p. 158. t. 52. f. 1—3.

Habitat in insula Canaria.

465. H. terrestris (Trochus) Chemnitz.

T. umbilicata, conico-tectiformis, albida, supra capillaceo-costulata, subunifasciata, infra plana; anfr. 6 plani, contabulati, vix aliquantulum exserti, compresse carinati; umbilicus angustissimus, pervius; apertura securiformis; perist. rectum, acutum, intus albo-labiatum. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 267.)

Trochus terrestris Chemn. IX. P. 2. p. 47. t. 122. f. 1045.
— — *Penn. Mont.* p. 287.
Helix terrestris Fleming Britt. anim. p. 260.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 138. t. 23. f. 26. 27.
— *elegans Gmel.* 229. p. 3642.
— — *Drap.* p. 79. t. 5. f. 1. 2.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 303.
— — *Rossm.* VI. p. 24. f. 345. 46.
— — *Dupuy* Moll. du Gers p. 14. N. 1.
— *crenulata Müll.*? (Drap.)
— *trochulus Hartm.* Neue Alpina I. p. 230.

Carocolla elegans Lam. 18. p. 100. ed. Dh. p. 150.
Turricula elegans Beck ind. p. 10.

β. Depressa: diam. maj. 9, min. 8⅓, alt. 5 mill. (Spec.)
Helix scitula Jan Mant. p. 2.
— *terrestris var. Chemn.* l. c. t. 23. f. 34. 35.

γ. Major, depressa, alba: diam. maj. 12⅔, min. 11½, alt. 5 mill. (Mus Cuming.)
Turricula depressa Beck ind. p. 10?

Habitat in Gallia meridionali, Italia, Sicilia. — In Britannia repertam esse (Mont., Flem.) negat Gray Man. p. 9. — Var. γ in Tunis (Spratt.).

466. H. trochoides Poiret.

T. perforata, globoso-conica, albida, unicolor vel fasciata, substriata; spira conica, apice obtusa, cornea; anfr. 5—6 convexi, carina filiformi cincti, ultimus basi convexiusculus; apertura depressa, late lunaris; perist. rectum, intus labiatum. — Diam. maj. 6⅔, min. 6, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 268.)

Helix trochoides Poir. It. barbad. II p. 29.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 134. t. 23. f. 18. 19. 24. 25.
— *conica Drap.* p. 79. t. 5. f. 3—5.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 305.
— — *Lam.* 105. p. 94. ed. Dh. p. 76.
— — *Rossm.* VI. p. 24. f. 347.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 110.
Helicella solarium Risso IV. p. 152?*)
Theba conica et *trochoides Beck* ind. p. 10.
Xerophila conica Held in Isis 1837. p. 913.

β. Obsolete carinata, costulato-striata, plerumque fusco-maculata.
Helix sulculata Crist. et *Jan* in sched.
— *conica var. Rossm.* VI. f. 348.
— *trochoides var. Chemn.* l. c. t. 23. f. 12. 13.
— *rugosiuscula Mich.* compl. p. 14. t. 15. f. 11—14.
— — *Lam.* ed. Dh. 109. p. 77.
— *rugosa Arad.* et *Mayg.* cat. p. 68. (Phil. Sicil. II. p. 217.)

γ. Costulato-striata, paulo latius umbilicata, carina crenulata.
Helix pumilio Pfr. Symb. II. p. 38. Nec Chemn.

Habitat in littoribus Maris Mediterranei, Galliae, Hispaniae, Italiae, Siciliae, Dalmatiae, Graeciae etc.

Obs. Huc referendae: H. catenata, remissa, turritella et verticillata Parr.

*) T. subtrochiformi, moderatim elevata; anfr. 8 (apicalibus 2 glaberrimis corneis) lineis obliquis elevatis inaequalibus sculptis; epidermide sordide flavo; carina eburnea. — Long. 0,009. (Risso l. c.)

467. H. pyramidella Jan. †

T. trochiformis, umbilicata, striata, obtuse carinata, alba, maculis corneis, diaphanis picta; apertura lunaris, subdepressa; perist. marginatum. — Alt. 2⅔, lat. 1½ lin. (J.)

Helix pyramidella Jan Mantissa p. 2.
Theba pyramidella Beck ind. p. 11.

Habitat in Italia boreali.

Obs. An praecedentis forte varietas?

§. 34.

468. H. epistylium Müller.

T. imperforata, solida, semigloboso-conoidea, regulariter costulato-striata, sub epidermide fulvescente, decidua alba; spira elevata, obtuse conica; anfr. 8 lente accrescentes, convexiusculi, ultimus dilatatus, basi subplanulatus, substriatus; columella brevis, obliqua, basi dilatata; apertura depressa, lunaris, intus lamella valida, acuta, columellae parallela munita; perist. simplex, acutum, marginibus callo tenui, in aream columellarem dilatato junctis. — Diam. maj. 29, min. 26, alt. 25 mill. (Coll. Nr. 269.)

Helix epistylium Müll. verm. II. p. 57. N. 250.
— — *Gmel.* p. 3630. N. 55.
— — (Helicostyla) *Fér.* pr. 309. Hist. t. 50 A. f. 4. 5.
— — *Phil.* Icon. II. 9. p. 6. t. 6. f. 12.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 82.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 38—40.
— *epistilum Sow.* Conch. Man. f. 281.
— *Jayana Adams* in Bost. Proc. 1845. p. 17.
Artemon epistylium Beck ind. p. 48?

Habitat in insula Jamaica.

Obs. In speciminibus junioribus (forma H. elevatae Say) lamella unica baseos margini parallela extus conspicua est.

469. H. epistylioides Férussac.

T. imperforata, solida, globoso-conica, oblique costata, sub epidermide corneo-lutescente alba; spira elata, semiglobosa; anfr. 9 convexiusculi, ultimus obsolete angulatus, reliquis vix latior, basi impressus; columella brevis, perobliqua, basi dilatata; apertura valde depressa, oblique lunaris, lamella concentrica, in fundo baseos evanescente munita; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 24, min. 23, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 270.)

Helix epistylioides (Helicostyla) *Fér.* pr. 310. Hist. t. (101.) 51 B. f. 2.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 82.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 41—43.

Sagda alveolata Beck ind. p. 9. (Troch. alveolatus Soland.)

Habitat in insula Jamaica.

Obs. 1. In speciminibus junioribus fere discoideis (forma H. Wagneri Pfr. similibus) 2 lamellae concentricae basi conspicuae sunt.

Obs. 2. Differt a praecedente praeter lamellam juniorum duplicem statura minore, anfractibus arctioribus, costatis, apice obtuso et basi medio excavata.

470. H. Cookiana Gmelin.

T. imperforata, conoidea, leviter striatula, laevigata, sub epidermide cornea alba; spira conoidea, obtusa; anfr. 9½ planiusculi, ultimus subangulatus, basi profunde excavatus; columella brevis, perobliqua; apertura depressa, lunaris, lamella basali in fundo evanescente instructa; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 25, min. 23, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 271.)

Helix Cookiana Gmel. 230. p. 3642.
— — *Lam.* 77. p. 86. ed. Dh. p. 64.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 82.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 21. f. 4. 5. t. 100. f. 35—37.
— *epistylium Fér.* hist. t. (101.) 51 B. f. 4.
— — *Blainv.* in Dict. sc. nat. XX. p. 438.
Trochus australis Chemn. IX. P. 2. p. 49. t. 122. f. 1049. 50.
Sagda australis Beck ind. p. 9.
Epistylia conica Swains. Malac. p. 165. f. 18 a.
List. t. 62. f. 60! (Jun.)

Habitat in insula Jamaica.

Obs. 1. Specimina juniora (forma H. ligerae Say) basi bilamellata.

Obs. 2. Ab ambabus speciebus praecedentibus differt spira elevata, conica, anfractibus arctis, laevigatis, ad suturam solummodo striatulis, et basi profunde excavata.

471. H. macrodon Menke. †

T. umbilicata, depresso-globosa, tenuis, pellucida, laevis, albida; anfr. 5 convexiusculi; umbilicus angustus (?) fere obtectus; apertura angusta, lunato-elliptica, intus callo lato protuberante coarctata; perist. simplex, acutum, margine columellari reflexo. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 10 mill. (ex ic. Fér.)

Helix macrodon Mke catal. Malsb. p. 4. *)
— *Duclosiana* (Helicodonta) *Fér.* hist. t. 51 A. f. 6.
Caracollina macrodon Beck ind. p. 28.

Habitat in Nova Hollandia (Beck).

472. H. bicostata Pfr.

T. subperforata, semiglobosa, superne subarcuatim rugoso-striata, nitidula, virenti-flavida; spira magis minusve elevata;

*) T. orbiculato-convexa, umbilicata, alba; labro interius dente crasso munito. (Mke l. c.)

anfr. 7 angusti, convexiusculi, ultimus basi subplanus, medio impressus, laevigatus, lineis concentricis obsoletis sub lente notatus; apertura late lunaris, basi costis 2 validis, marginem non attingentibus, munita; perist. simplex, acutum, margine columellari perobliquo, calloso. — Diam. maj. 9½, min. 9, alt. 5 — 6½ mill. (Coll. Nr. 272.)

Helix bicostata Pfr. Symb. III. p. 69.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 21—23.
— *Rafinesquea Fér.* pr. 311. Hist. t. 51 A. f. 5?

Habitat in Tennessee Americae borealis.

Obs. Variat sicut H. gularis Say spira magis minusve elevata et plica altera, rarius ambabus, obsoletis. — Differt ab H. interna Say spira convexa, sculptura etc., ab H. epistylioidis speciminibus junioribus anfractibus angustis, costis internis validis etc.

473. H. interna Say.

T. angustissime perforata, orbiculato-convexiuscula, superne regulariter et confertim costulata, subtus laeviuscula, nitida, pallide cornea; spira parum elevata; anfr. 7 angusti, superne planuli, ultimus basi convexior; umbilicus punctiformis; apertura late lunaris; perist. simplex, acutum, margine basali dentibus 2 pliciformibus, ad marginem non porrigentibus, munito. — Diam. 5½, alt. 3½ mill. (Coll. Nr. 273.)

Helix interna Say in Philad. journ. II. p. 155.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 405. t. 21. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 101. f. 1—4.
— *pomum Adami Green,* teste Bronn catal. 1845.

β. Major, semiglobosa, rufescens, anfr. 9: diam. maj. 7½, min. 7, alt. 4¾ mill. (Coll. Philipp.)

Habitat in America boreali: Missouri, Ohio, Pennsylvania, Virginia.

474. H. gularis Say.

T. subperforata, orbiculato-convexa, tenuis, striatula, nitida, luteo-cornea; anfr. 5½ — 6 angusti, planiusculi; apertura lunaris, intus dentibus 2 pliciformibus, margini basali adnatis, extus conspicuis, coarctata; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 6⅔, min. 6, alt. 3⅔ mill. (Coll. Nr. 274.)

Helix gularis Say in Philad. journ. II. p. 156.
— — (Helicodonta) *Fér.* hist. t. 51 A f. 4.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 408. t. 11. f. 1.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 29.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 101. f. 5—8.
Sagda? gularis Beck ind. p. 9.

β. Apertura uniplicata:
Helix suppressa Say descr. of new terr. shells p. 14.

Helix suppressa Binn. in Bost. journ. III. p. 410. t. 11. f. 3.

Habitat in America boreali: Ohio, Pennsylvania.

Obs. Plica columellae proxima vel distincta et valida, vel magis minusve obsoleta est. — In speciminibus junioribus neutra conspicua.

* * *

475. H. lineata Say.

T. late umbilicata, subdiscoidea, tenuis, pallide flavescens, striis concentricis confertis lineata; spira brevissima; anfr. 4—5, sutura impressa distincti, intus pluries remote bidentati; apertura lunaris; perist. simplex. — Diam. maj. 3½, min. 3, alt. 1½ mill. (Coll. Nr. 275.)

Helix lineata Say in Philad. journ. I. P. 1. p. 18. P. 2. p. 373.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 195. Hist. t. 79. f. 1.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 436. t. 22. f. 6.
— — *Gould* report p. 179. f. 103.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 31.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 101. f. 13—15.
— . . . . *Fér.* hist. t. 86. f. 5.
Euryomphala lineata Beck ind. p. 8.

Habitat in America boreali: Philadelphia, Harrigate, Massachusetts.

476. H. multidentata Gould.

T. umbilicata, orbiculata, depressa, nitidula, cornea, superne regulariter striata, basi laevigata; spira vix elevata, obtusa; anfr. 6 angusti, subplanulati, ultimus superne subangulatus, intus seriebus pluribus remotis dentium munitus: dentibus 5 in quavis serie basi pellucente; umbilicus angustissimus, pervius; apertura depressa, lunaris; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 3¼, min. 3, alt. 1½ mill. (Coll. Nr. 276.)

Helix multidentata Gould in Bost. journ. III. p. 425. t. 22. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 101. f. 9—12.

Habitat in America boreali: Vermont.

Obs. Huic sectioni prius adnumeraveram H. margaritam Pfr. (Conf. Odontostoma opalinum p. 12.).

§. 35.

477. H. lamellosa Férussac.

T. umbilicata, lenticularis, tenuis, nitida, glabra, acute carinata, flavescens, maculis et flammis rufis ornata; spira subelevata; anfr. 7 plani, ultimus basi inflatus, ad umbilicum mediocrem, cylindricum angulatus; apertura depressa, trapezia, ringens: lamellis 2 magnis in pariete aperturali, reliquis minoribus, 1 in

margine columellari brevi, 4 in basali, 1 in supero. — Diam. maj. 7½, min. 7, alt. 3¾ mill. (Coll. Nr. 277.)

Helix lamellosa (Helicodonta) *Fér.* pr. 110. Hist. t. 51 A. f. 3.
— — *Fér.* in Voy. de Freycinet. Zool. p. 469.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 85.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 6—9.

Habitat in insulis Sandwich.: Wahoo.

478. H. pentodon Menke.

T. umbilicata, conoidea, solida, irregulariter striata, nitidula, albo corneoque variegata; spira conoidea, obtusa; anfr. 6 plani, ultimus acute carinatus, basi convexiusculus, circa umbilicum mediocrem, cylindricum angulatus; columella verticalis; apertura tetragona, dentibus 5 profundis, breviter lamelliformibus coarctata: dentibus 2 in ventre anfractus penultimi, 2 in margine basali, 1 in columellari; perist. simplex, acutum, — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 7 mill. (Coll. Menke.)

Helix pentodon Mke in Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 128.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 32—34.

Habitat . . . ?

478ª. H. bursatella Gould. (†)

T. parva, pervariabilis, rotundata, conica vel planulata, supra maculis fuscis et albidis alternantibus, flexuosis tessellata, infra cinereo-albida vel flammulis fuscis flexuosis radiata, costis numerosissimis acutis radiantibus lyrata, subtus convexiuscula, interdum simplex, interdum concentrice striata, nunc radiatim costellata, nunc albida, nunc fusco-flammulata; spirae anfr. ad 8 externe excavati, ultimus carinatus; sutura impressa, plerumque marginata; apertura parva, transversa, fauce cum lamellis 7 volventibus, quarum 2 superiores, 1 columellaris, 4 remotae, (1 supra, 3 infra carinam) ad labium; labrum simplex; umbilicus cavernosus, in junioribus acetabuliformis, in majoribus ad januam parvus, constrictus, margine acuto, una cum labio continuo. (G.)

Helix bursatella Gould 1846. Exped. shells p. 22.

α. Major, elevata, conica, striis costaeformibus, lineisque spiralibus baseos nullis. — Lat. $^3/_{10}$, alt. $^2/_{10}$ poll.

β. Minor, depressa, magis minusve ruditer costata et utrinque striata. — Lat. $^1/_5$, alt. $^1/_{10}$ poll.

Habitat in insulis Taheiti et Eimeo.

479. H. contorta Férussac.

T. umbilicata, depressa, tenuis, fragilis, striata, tenuissime pilosa, luteo-flava, flammulis longitudinalibus rubris picta; spira

vix convexa; anfr. 4½ convexi; umbilicus latus, pervius; apertura subrotunda, 7 dentata, lamellis 2 parallelis, intrantibus parietis aperturalis coarctata; perist. simplex, acutum, margine dextro dentibus 5 acutis munito. — Diam. maj. 4, min. 3, alt. 1½ mill. (Coll. Nr. 278.)

Helix contorta (Helicodonta) *Fér.* hist. t. 51 A. f. 2.
— — *Fér.* in Voy. de Freycin. Zool. p. 469.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 1—5.
— *intercarinata Mighels* in Bost. Proc. 1845. p. 18.

Habitat in insula Sandwich.: Oahu.

479*. **H. daedalea Gould.** †

T. parva, discoidea, rubro-castanea, fusco tessellata, costellis radiantibus acutis confertis scabra, subtus acetabuliformis; spirae anfr. ad 6 arcte voluti, duplo altiores quam lati, ad peripheriam rotundati, infra haud planulati; sutura impressa; apertura angusta, verticalis, lunata, fauce lamellis 9 volventibus instructa, quarum 4 ad anfractum penultimum, 1 ad columellam, 2 ad basim, 3 ad labium dispositis. — Alt. 1/20, lat. 1/10 poll. (G.)

Helix daedalea Gould 1846. Exped. shells p. 21.

Habitat in ins. Taheiti, Matea.

480. **H. sexlamellata Pfr.**

T. angustissime perforata, subsemiglobosa, tenuis, regulariter costulata, lutescens, maculis castaneis tessellata; spira elevata, obtusa; anfr. 6 convexi, angusti, ultimus basi planulatus; apertura depressa, oblique lunaris, lamellis 6 acute elevatis coarctata: 3 parallelis in ventre anfractus penultimi, 3 in fundo aperturae, illis oppositis, interjectis pluribus minoribus, obsoletis; perist. simplex, acutum. — Diam. maj. 3¼, min. 3, alt. 2¼ mill. (Coll. Nr. 279.)

Helix sexlamellata Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 85.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 44—48.

Habitat in insulis Gambier.

481. **H. oparica Anton.**

T. subperforata, orbiculato-convexiuscula, tenera, costulato-striata, fuscescens, obsolete rubro-maculata; spira depressa; anfr. 4½—5 angusti, convexiusculi; apertura late lunaris; perist. acutum ad umbilicum usque productum; dentes 3 lamelliformes in pariete aperturali, 4 in margine basali. — Diam. maj. 3½, min. 3, alt. 2 mill. (Coll. Nr. 280.)

Helix opanica Anton Verz. p. 39. N. 1443.

Helix oparica Ant. in litt. Pfr. Symb. II. p. 92.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 16—20.
— . . . *Fér.* hist. Fasc. 34. t. 4. f. 12.

Habitat in insula Opara (Cuming).

Obs. Huic sectioni adnumerari possunt H. colina Ducl., et Proserpina Pfr. Conf. Odontostomâ colinum p. 11, et Odontost. nitidum p. 12.

§. 36.

482. **H. tichostoma Pfr.**

T. late umbilicata, discoidea, hyalina, nitida, tenuissime striata; spira plana; anfr. 5 superne planiusculi, angusti, ultimus multo latior; apertura triangulari-ovalis, lamina horizontali anfractus penultimi quasi dimidiata; perist. simplex, acutum, rectum. — Diam. maj. 6, min. 5, alt. 2⅔ mill. (Coll. Nr. 281. Spec. max.)

Helix tichostoma Pfr. in Wiegm. Arch. 1839. I. p. 351.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 100. f. 28—31.

Habitat in insula Cuba, prope El Fundador provinciae Canimarensis!

482ª. **H. rubiginosa Gould.** †

T. orbicularis, depressa, ferrugineo-cornea, fusco tessellata, oblique costato-striata, late umbilicata; spirae anfr. 6 arcte voluti; sutura impressa; apertura subrecta, lunata; labrum simplex; lamella unica secundum anfractum penultimum volvens. — Lat. 7/30, alt. 3/40 poll. (G.)

Helix rubiginosa Gould 1846. Exped. shells p. 21.

Habitat in insula Sandwich.: Kauai.

Obs. «Forma, magnitudine et sculptura H. striatellae Anth. similis».

482ᵇ. **H. obolus Gould.** †

T. parva, discoidea, deorsum compressa, supra planulata, infra concava, radiatim minutissime et inaequaliter striata, fusco-ferruginea, piceo tessellata; spirae anfr. 5½ supra excavati, ultimus superne costato-carinatus; apertura subrhomboidea, fauce lamella unica secundum anfractum penultimum volvente. — Lat. 1/5, alt. 1/30 poll. (G.)

Helix obolus Gould 1846. Exped. shells p. 22.

Habitat in insula Taheiti.

Obs. «Forma Planorbis vorticis».

483. H. jugosa Mighels. †

T. late et profunde umbilicata, depressa, subdiscoidea, rubescenti-brunnea; anfr. 5 convexi, striis incrementi numerosis, elevatis; apertura circularis, modificata anfractu penultimo cum lamina tenui, elevata, intrante; labrum simplex, tenue. — Diam. $^9/_{10}$″. (M.)

Helix jugosa Migh. in Bost. Proc. 1845. p. 19.

Habitat in insula Sandwich.: Waioli.

* * *

484. H. bilamellata Pfr.

T. umbilicata, conica, tenuis, cornea, longitudinaliter valide et regulariter plicata; spira elongata, sursum valde attenuata, acuta; anfr. 9 carinati (carina exserta, acuta, subaculeata), ultimus basi convexiusculus; umbilicus angustus, pervius; apertura subverticalis, subquadrangularis, lamellis 2 coarctata: altera intrante in pariete aperturali, altera crassiore ad columellam; perist. simplex, rectum. — Diam. maj. 4, min. $3^2/_3$, alt. $4^1/_2$ mill. (Coll. Nr. 282.)

Helix bilamellata Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 84.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 101. f. 16—18.

Habitat in insula Opara (Cuming).

§. 37.

485. H. obtecta Lowe.

T. umbilicata, depressa, superne planiuscula, basi convexa, solidiuscula, eroso-scrobiculata, subgranulata, sordide alba; anfr. 5 convexi, primi immersi, sequentes turgidi, ultimus superne angulatus, antice deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura subcircularis; perist. continuum, vix expansum, intus subincrassatum. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 283.)

Helix obtecta Lowe Faun. Mader. p. 47. t. 5. f. 20.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 577. t. 91. f. 19—21.

β. Minor, anfr. $4^1/_2$, primis non immersis, umbilico angustiore: diam. maj. 7, min. $6^1/_4$, alt. $3^1/_2$ mill.

Habitat in insula Portosancto et Ilheo de Baxo.

486. H. abjecta Lowe.

T. perforata, globoso-conica, superne rugoso-striata, undique minute granulata, solida, rudiuscula, grisea, basi obsolete fusco-unifasciata; spira elata; anfr. $6^1/_2$—7 convexi, ultimus subcarinatus, basi convexiusculus, antice subito deflexus; apertura perobliqua, circularis, intus fuscula; perforatio punctiformis; perist.

simplex, continuum, album, breviter reflexum, vix solutum. — Diam. maj. $6\frac{2}{3}$, min. $5\frac{1}{2}$, alt. $4\frac{1}{2}$ mill. (Coll. Nr. 284.)

Helix abjecta Lowe Faun. Mader. p. 50. t. 6. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 579. t. 91. f. 22—24.
Ochthephila abjecta Beck ind. p. 17.

Habitat in insula Portosancto vulgatissima.

487. H. taeniata Webb et Berthelot. †

T. supra valde depressa, subtus convexiuscula, subcinerea, acute carinata, striata, fascia supra unica fusco-purpurea, margine lacera, subtus integra, latiore; anfr. 7; apertura orbicularis, continua; perist. liberum, crassiusculum, vix revolutum; umbilicus magnus, profundus. — Axis 2, diam. 4 lin. (W. et B.)

Helix taeniata Webb et *Berth.* syn. p. 324.
— — *Orb.* canar. p. 63. t. 3. f. 18—20.

Habitat in insulis Canariis.

488. H. paupercula Lowe.

T. late umbilicata, subdiscoidea, superne plana vel parum elevata, sub lente minutissime granulata, grisea, punctis fuscis aspersa; anfr. $3\frac{1}{2}$—4 supra plani, ultimus superne angulatus, basi convexus, ad aperturam circularem angulatim constrictus et coarctatus; perist. continuum, acutum, fuscum, quasi duplicatum, margine acuto in strictura anfractus immerso, margine dextro intus unidentato. — Diam. maj. 5, min. $4\frac{1}{2}$, alt. $2\frac{3}{4}$ mill. (Coll. Nr. 285.)

Helix paupercula Lowe Faun. Mader. p. 47. t. 5. f. 19. (auct.)
— — *Lam.* ed. Dh. 202. p. 104.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 8. t. 69 D. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 579. t. 92. f. 3—8.
Ochthephila paupercula Beck ind. p. 18.
Heterostoma semitecta Hartm. Gast. I. p. 177. t. 62.
β. Edentula:
Helix trachelodes Mke in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 131.

Habitat in Maderae et insulae Portosancto maritimis, nec non in insula Fayal (Tams)! Nec in Guinea.

Obs. In hac sectione quaeri possunt H. coerulans (Nr. 961.) et H. lapicida (Nr. 962.).

§. 38.

489. H. echinulata Lowe.

T. perforata, trochiformis, granulis spiniformibus scaberrima, fusca, basi rufo-bifasciata; spira elevata, apice obtusa; anfr. 6 convexi, ultimus acute carinatus, basi planiusculus, juxta carinam

sulcatus, antice subito deflexus; umbilicus minimus, punctiformis: apertura circularis; perist. simplex, acutum, continuum, solutum, expansiusculum. — Diam. maj. 5⅔, min. 5, alt. 4⅓ mill. (Coll. Nr. 286.)

Helix echinulata Lowe Faun. Mader. p. 57. t. 6. f. 19. (auct.)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 572. t. 91. f. 1—4.
Ochthephila echinulata Beck ind. p. 17.
Carocolta echinulata Villa disp. p. 19.

Habitat in monte Pico branco insulae Portosancto.

490. H. bicarinata Sowerby.

T. perforata, trochiformis, granulis asperis undique obsita, brunnea; spira elevata, scalaeformis; anfr. 5 bicarinati, ultimus antice subito deflexus, basi vix convexus; perforatio punctiformis; apertura horizontalis, circularis; perist. simplex, acutum, brevissime undique expansum, marginibus continuis, solutis. — Diam. maj. 5⅓, min. 5, alt. 3½ mill. (Coll. Nr. 287.)

Helix bicarinata Sow. in Zool. Journ. I. p. 58. t. 3. f. 7.
— — *Wood* suppl. t. 8. f. 85.
— — *Lam.* ed. Dh. 209. p. 127.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 574. t. 91. f. 8—11.
— *duplicata Lowe* Faun. Mader. p. 58. t. 6. f. 20. (auct.)
Ochthephila bicarinata Beck ind. p. 17.
Obelus duplicatus Hartm. Gast. I. p. 160. t. 52. f. 4—6.

Habitat in insula Portosancto.

491. H. oxytropis Lowe.

T. perforata, depresso-conica, granulis undique exasperata, carinata, castanea, basi flavida; sutura linearis; spira elevata, obtusa; anfr. 6 planuli, ultimus antice deflexus, basi vix convexus, acute carinatus: carina subtus sulco distincta; perforatio angustissima, non pervia; apertura subhorizontalis, circularis; perist. simplex, acutum, subexpansum, continuum, solutum. — Diam. maj. 9, min. 8⅓, alt. 5½ mill. (Coll. Nr. 288.)

Helix oxytropis Lowe Faun. Mader. p. 57. t. 6. f. 18. (auct.)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 575. t. 91. f. 12. 13.
Ochthephila oxytropis Beck ind. p. 17.

Habitat in collibus maritimis insulae Portosancto.

492. H. turricula Lowe.

T. vix subperforata, pyramidato-turrita, minute et confertissime granulata, fusca, fere unicolor vel subtus obsolete fasciata; spira valde elevata, obtusa; sutura distincta; anfr. 8—8½ bicarinati (carinis aequalibus, prominentibus, distinctis, sulco divisis);

ultimus antice vix deflexus, basi convexiusculus; apertura perobliqua, subcircularis; perist. continuum, vix disjunctum, tenue, superne rectum, basi breviter reflexum. — Diam. maj. 7, min. 6½, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 289.)

Helix turricula Lowe Faun. Mader. p. 58. t. 6. f. 21.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 573. t. 91. f. 5—7.
Turricula turricula Beck ind. p. 10.

Habitat in insula Ilheo de Cima, juxta ins. Portosancto.

493. H. thiarella Webb et Berthelot.

T. angustissime umbilicata, trochiformis, albo et fusco variegata, bicarinata, ad suturam tuberculato-plicata; spira conica, apice obtusa, cornea; anfr. 6½, ultimus basi confertim et concentrice granulato-sulcatus, antice angulatim deflexus; apertura subhorizontalis, circularis; perist. expansum, continuum, solutum. — Diam. maj. 7, min. 6⅓, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 290.)

Helix thiarella Webb et *Berth.* syn. p. 316.
— — *Orb.* canar. p. 62. t. 1. f. 26—28.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 576. t. 91. f. 14—16.
Geomitra bicarinata Swns. Malac. p. 166. f. 20.
Turricula thiarella Beck ind. p. 10.
Ochthephila thiarella Beck ind. p. 18.

Habitat in insulis Canariis et Madera. (In Roccellae sarcinis invenit Cl. Terver.)

§. 39.

494. H. follis Férussac. †

T. imperforata, ovato-conica, albida; spira obtusa; anfr. 4 convexi, ultimus reliquos longe superans, basi fulvescens et cingulis 3 pallide rufis, interruptis ornatus; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, acutum, margine columellari subrecte descendente, dilatato, reflexo, albo. — Diam. 86, alt. 80 mill. (ex ic. spec. unici Mus. Paris.)

Helix follis (Helicogena) *Fér.* pr. 19. Hist. t. 17. f. 4.

Habitat . . . ?

495. H. undata Lowe.

T. imperforata, depresse turbinata, nigricanti-fusca, plicis validis undatim corrugata; spira late conoidea; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice valde deflexus; apertura ampla, lunato-ovalis; perist. superne simplex, marginibus callo tenuissimo junctis, columellari dilatato, appresse reflexo, plano. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 291.)

Helix undata Lowe Faun. Mader. p. 41. t. 5. f. 5.

Helix undata Lam. ed. Dh. 146. p. 96.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 593. t. 93. f. 3. 4.
— *corrugata Solander* mss. (Lowe.)
— *Groviana* (Helicogena) *Fér.* pr. 276. Hist. t. 46 A. f. 1.
— *scabra Wood* suppl. t. 8. f. 62.
Otala Groviana Beck ind. p. 36.

Habitat in insula Madera.

Obs. Specimina juniora umbilicata sunt.

496. H. Phillipii Gray.

T. imperforata, subgloboso-depressa, tenuis, leviter rugata, nitida, pallide cornea, pellucida, maculis viridibus irregulariter aspersa; spira parum elevata, obtusa; anfr. 5 planiusculi, ultimus basi convexiusculus, medio fascia angusta, alba ornatus; columella intrans, breviter arcuata, subincrassata; apertura lunaris; perist. tenue, rectum. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 10 mill. (Spec. Mus. Britt.) — Axis 5, diam. 8 lin. (Gray.)

Helix Phillipii Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 65.
— — *Müll.* synops. p. 7.

Habitat in insula Phillip oceani pacifici, ubi legit Cunningham.

497. H. nivosa Sowerby.

T. imperforata, globulosa, tenuis, irregulariter pallide rugoso-costulata, luteo-fulvescens, fusco interrupte fasciata; spira conoidea; anfr. 5 convexi, ultimus antice arcuatim deflexus; apertura subcircularis; perist. simplex, marginibus subcontiguis, callo tenui junctis, supero obtusiusculo, columellari dilatato, roseo. — Diam. maj. 16, min. 14⅔, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 292.)

Helix nivosa Sow. in Zool. Journ. I. p. 56. t. 3. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 32. t. 7. f. 7. 8.
— *exalbida Wood* suppl. t. 8. f. 81.
— *phlebophora Lowe* Faun. Mader. p. 41. t. 5. f. 6.
— — *Lam.* ed. Dh. 147. p. 96.
Pomatia nivosa Beck ind. p. 44.

Habitat in insula Portosancto.

Obs. Huc aptius collocanda H. diaphana Lam. Vide Nr. 732.

498. H. Kivi (Nanina?) Gray.

T. imperforata, turbinata, alba, tenuis, oblique confertim striata, strigis brevibus, irregularibus, obliquis, purpureo-brunneis ornata; spira subconica, obtusa; anfr. 6 planiusculi, ultimus rotundatus, basi convexus, albus, laevigatus; apertura lata, lu-

naris; perist. simplex, rectum, margine columellari reflexiusculo. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 8 mill. (Spec. Mus. Britt.)

Nanina? Kivi Gray in Dieffenbach trav. I. p. 262.

Habitat in Nova Seelandia.

498ª. H. exaequata Gould. †

T. parva, discoidea, tenuis, lucida, glabrata, succineo-cornea, ad peripheriam rotundata, infra subplana, in foveam centralem devexa; spirae anfr. 7 arcte voluti, supra planulati, sutura marginata bene impressa discreti, spiram planam efformantes; apertura angusta, transversa; labrum simplex, portione sinistra fere horizontali, recedente, subreflexa. — Lat. $^7/_{20}$, alt. $^3/_{20}$ poll. (G.)

Helix exaequata Gould 1846. Exped. shells p. 19.

Habitat in insula Kauai Sandwich.

Obs. «Testa subtus H. internae et indentatae similis».

§. 40.

499. H. velutina Lamarck. †

T. orbiculato-convexa, subperforata, minutissime striata, diaphana, corneo-lutescens; spira brevissima, obtusa; anfr. 5 convexiusculi, ultimus tumidus; apertura lunaris; perist. simplex, acutum, margine columellari reflexo. — Diam. 13, alt. 7 mill. (ex ic. Deless.)

Helix velutina Lam. 75. p. 86. ed. Dh. p. 63.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 2.
— *tortula* (Helicella) *Fér.* pr. 227. (teste Lam.)
Bradybaena velutina et *tortula Beck* ind. p. 18.

Habitat in insula Portorico (Lam.); île de Bourbon? (H. tortula Fér.)

500. H. mexicana Koch.

T. obtecte perforata, conico-globosa, tenuis, cornea, oblique regulariter striata; spira conica; anfr. 5 planiusculi, ultimus obsolete angulatus; apertura transverse lunato-ovalis; perist. simplex, vix expansum, margine columellari reflexo, carneo. — Diam. maj. 10, min. $8^1/_2$, alt. 8 mill. (Coll. Koch.)

Helix mexicana Koch in Phil. Icon. I. 2. p. 23. t. 2. f. 5.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 33.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 591. t. 93. f. 1. 2.

Habitat in republica mexicana.

501. H. indistincta Férussac.

T. subobtecte perforata, depresso-globosa, tenuis, nitida, oblique striatula, fusca, interdum pallide cingulata; anfr. 4½ planiusculi; apertura lunato-elliptica; perist. intus album, superne simplex, margine columellari dilatato, intus tubere elongato, calloso instructo. — Diam. maj. 13, min. 11, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 293.)

Helix indistincta (Helicogena) *Fér.* pr. 82. Hist. t. 38. f. 1.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 30.
— — *Phil.* Icon. I. 2. p. 22. t. 2. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 592. t. 93. f. 5. 6.
Otala indistincta Beck ind. p. 36.

β. Minor, anfractu ultimo subangulato: diam. maj. 10⅔, min. 9, alt. 6 mill. (Coll. Dunker.)

Habitat in insula Haïti (Mus. Paris.); *β* in Mexico (David).

502. H. punctulata Sowerby.

T. subobtecte umbilicata, subglobosa, concentrice lineata, flavo-fusca, fasciis 2 saturate brunneis vel nigricantibus ornata, epidermide setigera induta; spira breviuscula; sutura distincta, depressiuscula; anfr. 5, ultimi convexi; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, margine dextro breviter expanso, columellari dilatato, albo, reflexo. — Diam. maj. 17, min. 14, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 294.)

Helix punctulata Sow. in Zool. Journ. I. p. 56. t. 3. f. 2.
— — *Lowe* Faun. Mader. p. 52. t. 6. f. 7. 8.
— — *Fér.* hist. t. 28 B. f. 3! et 4?
— — *Wood* suppl. t. 8. f. 80.
— — *Lam.* ed. Dh. 139. p. 93.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 594. t. 93. f. 14—16.
Galaxias punctulata Beck ind. p. 42.

α. Setulosa: t. subtenuis, subinflata, scabra, spinelloso-hispida. Axis ½, diam. ¾ poll. (Lowe f. 7.)

β. Solida: t. solida, glabriuscula, pallida. Axis ⅜, diam. ½ poll. (Lowe f. 8.)

γ. Major, subfossilis: diam. 24, alt. 22 mill. (ic. Féruss.)
Helix Bowdichiana Fér. hist. t. 28 B. f. 5. 6.
Galaxias Bowdichiana Beck ind. p. 42.

Habitat in insula Portosancto.

503. H. pellicula Férussac. †

T. subumbilicata, conoideo-globosa, tenuis, laevis, lutescens, fusco-trifasciata; anfr. 4 — 5 planiusculi; apertura lunato-rotun-

data; perist. simplex, margine columellari dilatato. — Diam. maj. 14, min. 11, alt. 12 mill. (ex ic. Féruss.)

Helix pellicula (Helicostyla) *Fér.* hist. t. 105. f. 1.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 54.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 436. t. 72. f. 24—26.

Habitat . . . ?

504. H. consors Lowe.

T. subperforata, orbiculato-convexa, superne costulato-granulata, basi laevigata, striatula, nitida, albido et fusco variegata, subtus pallidior; spira convexa; anfr. 6 convexiusculi, ultimus rotundatus, basi convexus, antice subito deflexus; perforatio punctiformis; apertura lunato-ovalis, intus alba; perist. simplex, marginibus distantibus, supero recto, basali reflexiusculo. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. $5^2/_3$ mill. (Coll. Nr. 295. Spec. Lowean.)

Helix consors Lowe Faun. Mader. p. 51. t. 6. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 582. t. 92. f. 1. 2.
Ochthephila consors Beck ind. p. 17.

Habitat in insula Portosancto.

505. H. lancerottensis Webb et Berth. †

T. minuta, trochiformis, subglobosa, striatula, sordide fusca, variata; apertura semicircularis; vertex obtusus; anfr. $4^1/_2$. — Axis $2^1/_2$, diam. 2 lin. (W. et B.)

Helix lancerottensis Webb et *Berth.* syn. p. 316.
— — *Orb.* canar. p. 60. t. 1. f. 24. 25.
Ochthephila lancerottensis Beck ind. p. 18.

Habitat ad oram maritimam insulae Lancerottae.

§. 41.

506. H. pernobilis Martyn. †

T. umbilicata, depresso-globosa, laevis, rufa; anfr. $5^1/_2$ convexiusculi, ultimus ventrosus; umbilicus angustus, pervius; apertura lunato-circularis, intus coerulescenti-albida; perist. simplex, marginibus conniventibus, columellari et basali albis, reflexis. — Diam. maj. 65, min. 49, alt. 42 mill. (ex ic. Féruss.)

Helix pernobilis Martyn Univ. Conch. III. 117.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 182. Hist. t. 74. f. 3.

Habitat . . . ?

Obs. Cl. Beck hanc speciem, quam solum ex icone Ferussaciana novi et descripsi, ad H. peruvianam Lam. (latissime umbilicatam) dubitanter refert!

507. H. Buffoniana Pfr.

T. anguste umbilicata, subglobosa, distincte granulata, plicis validis obliquis exasperata, castanea, albo irregulariter strigata, fasciis 3 nigricantibus obsolete ornata; spira parvula, conoidea, obtusa; anfr. 4 convexi, ultimus permagnus, vesicularis; apertura lunato-ovalis, intus livida, margaritacea; perist. obtusum, marginibus conniventibus, columellari arcuato, fornicatim reflexo, umbilicum fere tegente, basali incrassato, breviter reflexo. — Diam. maj. 47, min. 38, alt. 34 mill. (Coll. Nr. 296.)

Helix Buffoniana Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 152.
— — *Phil.* Icon. II. 15. Helix t. 9. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 589. t. 92. f. 11—13.
— . . . *Fér.* hist. t. 17 A. f. 17. 18.

Habitat ad Rio frio reipublicae mexicanae.

Obs. Peraffinis sequenti; differt magnitudine, sculptura multo validiore, anfractu ultimo vesiculari, margine columellari appresso, umbilicum fere occultante, etc.

508. H. Humboldtiana Valenciennes.

T. anguste umbilicata, subglobosa, oblique rugosa, granulosa, fasciis 3 badiis cincta, epidermide fusca strigatim induta; anfr. 4 convexiusculi, ultimus ventrosus; apertura magna, lunato-rotundata, intus nitide alba, trifasciata; perist. simplex, marginibus conniventibus, columellari late expanso, patente, basali subreflexo. — Diam. maj. 30, min. 24, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 297.)

Helix Humboldtiana Val. in Mus. Paris.!
— — *Pfr.* Symb. I. p. 37.
— — *Phil.* Icon. II. 9. p. 3. t. 6. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 590. t. 92. f. 18. 19.
— *badiocincta Wiegm.* in Mus. Reg. Berol. olim.

Habitat in republica mexicana: Desierto, venta di Guajimilpan (Hegewisch in litt.).

509. H. nitidiuscula Sowerby.

T. anguste umbilicata, depresso-globosa, striata et punctulata, flavida, superne lineis 3 rufis circumdata; anfr. 5½ convexi, ultimus basi subinflatus; apertura subcircularis; perist. simplex, tenue, margine columellari subdilatato, umbilicum non occultante, basali subreflexo. — Diam. maj. 13, min. 11½, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 298.)

Helix nitidiuscula Sow. in Zool. Journ. I. p. 57. t. 3. f. 4.
— — *Lowe* Faun. Mader. p. 52. t. 6. f. 6.
— — *Fér.* hist. t. 28 B. f. 1. (dextr.)
— — *Lam.* ed. Dh. 135. p. 91.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 604. t. 94. f. 5. 6.

β. Major, testa superne castanea, ad peripheriam luteo-fasciata, basi pallide lutea: diam. maj. 15, min. 12½, alt. 10 mill. (Spec.)
Helix nitidiuscula Fér. t. 28 B. f. 1. (2 fig. sinistr.)
— — *var. Chemn.* l. c. t. 94. f. 7. 8.

Habitat in insulis Madera et Portosancto vulgatissima. (Lowe.)

510. H. lurida Lowe. †

T. subglobosa, depressiuscula, subtus convexa, umbilicata, tenuiuscula, fusco-subfasciata, nitidiuscula; sutura distincta; anfr. 5½—6 convexi, minutissime et obsoletissime reticulato-granulati, ultimus rotundatus, juxta suturam granulatus, inferne laevis; umbilicus parvus, cylindricus, profundus, apertus; apertura lunaris, subovalis; perist. simplex. — Axis 3, diam. 5 lin. (L.) — Diam. 10½, alt. 6 mill. (ex ic.)

Helix lurida Lowe Faun. Mader. p. 52. t. 6. f. 5.

Habitat in montibus insulae Portosancto.

511. H. Auberii Orbigny. †

T. orbiculato-convexa, tenuis, alba, umbilicata, irregulariter substriata, obsolete angulata; spira conica; anfr. 6, ultimus magnus; apertura subrotunda. — Diam. 12, alt. 9 mill. (O.)

Helix Auberii Orb. moll. cub. I. p. 157. t. 7. f. 13—16.

Habitat in insula Cuba.

* * *

512. H. Kraussi Pfr.

T. umbilicata, globuloso-depressa, confertim striata, corneo-fusca; spira parum elevata; anfr. 4½ vix convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus latus, subdepressus, antice deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura perobliqua, truncato-ovalis; perist. simplex, margine supero recto, columellari dilatato, reflexo. — Diam. maj. 29, min. 23½, alt. 16 mill. (Coll. Krauss.)

Helix Kraussi Pfr. Symb. III. p. 70.
β. Minor, tenuis: diam. maj. 21, min. 17, alt. 11 mill.

Habitat in sylvis prope George et Knysna in provincia Outeniqua promontorii bonae spei. (Legit Cl. Krauss.)

513. H. stigmatica Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, tenuis, luteo-cornea, subdiaphana, minutissime granulata (hispida?); spira plana; anfr. 4½ convexi, supremi horizontales, ultimus sensim descendens, rotundatus; apertura lunato-subcircularis; perist. simplex, rectum,

margine dextro vix expansiusculo, columellari parum reflexo. — Diam. maj. 17, min. 14, alt. 8½ mill. (Coll. Nr. 299.)

Helix stigmatica Pfr. Symb. I. p. 40.
— — *Phil.* Icon. II. 9. p. 4. t. 6. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 609. t. 95. f. 20—22.

Habitat in insula Cuba, ubi legit amicus E. Otto.

514. H. crassula Philippi.

T. anguste umbilicata, fusco-cornea, subopaca, supra depressiuscula, subtus tumidior; anfr. 4½ convexi, ultimus non descendens, subcompressus; columella recte descendens; apertura verticalis, lunaris; perist. simplex, margine dextro arcuato, columellari breviter reflexo. — Diam. maj. 12½, min. 10⅔, alt. 7⅔ mill. Apert. alt. 6, lat. 5⅔ mill. (Spec. Mus. Halens.)

Helix crassula Phil. Icon. I. 7. p. 152. t. 5. f. 3.

Habitat in insula Java.

Obs. 1. Specimina non detrita et juniora pilosa sunt. — Forma similis H. velutinae Lam., umbilico et aperturae forma diversa.

Obs. 2. Hoc loco conf. H. barbula Nr. 550.

* * *

515. H. compacta Lowe.

T. perforata, orbiculato-convexa, solidiuscula, superne costulato-striata et granulata, basi laevigata, striatula, nitida, albido et corneo variegata, subtus obsolete fusco-unifasciata; spira convexa; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus obsolete angulatus, antice vix descendens; umbilicus minimus; apertura lunato-circularis; perist. simplex, marginibus approximatis, basali reflexiusculo. — Diam. maj. 6, min. 5⅓, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 300.)

Helix compacta Lowe Faun. Mader. p. 50. t. 6. f. 2. (auct.)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 645. t. 99. f. 25—27.
— ...? *Sow.* in Zool. Journ. I. p. 58. t. 3. f. 8. (absq. nom.)
— *innominata Gray* in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Ochthephila innominata Beck ind. p. 17.

Habitat in insula Portosancto.

516. H. candisata Menke.

T. perforata, subglobosa, pallide cornea, tenuiuscula, superne granulato-costata, basi nitidula, striatula, minute granulosa; spira semiglobosa; anfr. 6½ angusti, convexi, ultimus superne vix latior, obsolete angulatus, basi convexiusculus, minute perforatus, antice vix deflexus; apertura depresso-circularis; perist. simplex,

marginibus approximatis, basali reflexiusculo. — Diam. maj. 7, min. 6, alt. 4½ mill. (Coll. Menke.)

Helix candisata Mke in Pfr. Symb. III. p. 70.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 646. t. 99. f. 34—36.

Habitat in insula Madera?

Obs. Differt a praecedente testa superne ruditer costata, basi granulata, anfractibus convexis, etc.

§. 42.

517. H. canaliculata Pfr. †

T. orbiculato-ovata, latissime umbilicata, depresso-convexiuscula, tenuissima, fragilis, subhyalina, epidermide luteo-fuscescente, subtus luteo-viridescente; spira obtusa; anfr. 5 convexi, sutura profunda, canaliculata discreti, oblique, creberrime, profunde et undulatim striati: striis ad paginam inferiorem rugaeformibus, laxis, irregularibus, tenuissimis, creberrimis ac concentricis sub lente perspicuis; umbilicus largus, dilatatus usque ad apicem; apertura ovata, albida, reflexiuscula; labrum superne extus depressum. — Diam. 47, alt. 20 mill. (Guill.)

Helix canaliculata Pfr. Symb. III. p. 23.
— *undulata Le Guill.* in Revue zool. 1845. p. 187. Nec Fér.

Habitat rarissima ad Triton-Bay Novae Guineae.

518. H. laxata Férussac.

T. late umbilicata, orbiculato-depressa, tenuis, confertissime ruguloso-striata, superne fulvo-rufescens, basi nitide fulvo-virescens, lineis concentricis confertissimis minute decussata; spira vix elevata; anfr. 4½—5 convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus latus, depressus, antice descendens; apertura subhorizontalis, ampla, transverse ovalis, intus margaritacea; perist. subsimplex, margine supero tenui, vix expansiusculo, basali subcalloso, reflexo. — Diam. maj. 45, min. 35, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 301.)

Helix laxata (Helicella) *Fér.* pr. 181. Hist. t. 74. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 595. t. 93. f. 11—13.
— *peruviana Lam.* 41. p. 76. ed Dh. p. 45.
— *Deshayesii Ant.* Verz. p. 38. N. 1411.
Macrocyclis peruviana Beck ind. p. 24.

β. Maxima: diam. maj. 60, min. 48, alt. 22 mill. (Spec.)
Helix Banksii Cuming in sched.
— *laxata var. Chemn.* l. c. t. 93. f. 9. 10.

γ. Junior: H. umbilicata Anton Verz. p. 38?

Habitat in Chile, nec in Peruvia (Cuming).

519. H. Vancouverensis Lea.

T. late umbilicata, orbiculato-depressa, solidiuscula, minutissime et confertim striata et rugulosa, olivaceo-cornea; spira vix elevata; anfr. 4 — 4½ planiusculi, sensim accrescentes, ultimus basi subcompressus, antice deflexus; apertura perobliqua, subcircularis; perist. superne depressum, simplex, basi incrassatum, breviter reflexum, marginibus approximatis. — R. a. = 3 : 4. — Diam. maj. 31, min. 26, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 302.)

Helix Vancouverensis Lea obs. II. p. 87. t. 23. f. 72.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 596. t. 94. f. 21—23.

Habitat in America boreali, frequens in ripis fluvii Columbia-River, Oregon.

520. H. Sinclairi Pfr.

T. late umbilicata, depressa, tenuis, regulariter et confertim costulato-striata, fulvo-flava, lineis rufis interruptis multifasciata; spira subplanulata; anfr. 4 planulati, sutura levi disjuncti, celeriter accrescentes, ultimus depressus, antice valde deflexus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. simplex, marginibus approximatis, dextro recto, columellari obliquo, breviter reflexo, calloso. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 7½ mill. (Spec. Mus. Britt.)

Helix Sinclairi Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 154.

Habitat in Van-Diemensland (Dr. Sinclair).

521. H. planorboides Rafinesque.

T. late umbilicata, depressa, superne laeviuscula, basi costulato-striata, diaphana, corneo-flavida; spira brevissima; sutura mediocris: anfr. 5 planiusculi, ultimus antice non deflexus; apertura vix obliqua, lunato-circularis; perist. simplex, marginibus approximatis, basali reflexiusculo. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 303.) Alia specim. majora.

Mesomphix planorboides Rafin. (teste Fér.)
Helix planorboides (Helicella) *Fér.* pr. 211. Hist. t. 82. f. 4.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 37.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 608. t. 95. f. 17—19.
— *concava Say* in Philad. journ. II. p. 159.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 372. t. 14.
Circinaria planorboides Beck ind. p. 24.

Habitat in America boreali: Illinois et Missouri.

522. H. coactiliata Férussac.

T. late umbilicata, depressa, subdiscoidea, tenuis, sub lente minutissime granulato-striata, haud nitens, pallide cornea, fasciis

angustis, rufis 3—4 ornata; spira vix elevata; anfr. 4 convexi, ultimus antice subdeflexus, basi vix latior; apertura perobliqua, subcircularis; perist. simplex, marginibus fere contiguis, supero recto, basali breviter reflexo. — Diam. maj. 11, min. 9½, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 304.)

Helix coactiliata Fér. Mus.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 18. t. 72. f. 1—5. *)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 610. t. 95. f. 23—25.
— *fasciata Nyst* in sched. Nec Risso, nec Guild.
— *Nystiana Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 130.

Habitat in Real Llejos provinciae Nicaraguae Americae centralis (Cuming), in Tabasco (Nyst), circa Touspan in Peruvia (Desh.)

523. H. suturalis Pfr.

T. late umbilicata, depressa, subdiscoidea, tenuis, sub lente minutissime granulosa (pilosa), fusco-cornea; spira plana, medio subimmersa; sutura profunda; anfr. 4 convexissimi, ultimus antice descendens; apertura perobliqua, subcircularis; perist. simplex, marginibus conniventibus, dextro recto, superne fornicato, columellari subrecedente, arcuato, basalique breviter reflexis. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 4 mill. (Mus. Cuming.)

Helix suturalis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 37.

Habitat in Honduras (Dyson).

Obs. Peraffinis praecedenti; differt umbilico minus dilatato, anfractibus superne fornicatim elevatis et aperturae forma.

524. H. Beckiana Pfr.

T. umbilicata, orbicularis, tenuis, oblique striata, fusca, vix nitidula; spira parum elata; sutura linearis; anfr. 6 planiusculi, ultimus deflexus, basi planiusculus, ad peripheriam angulatus: angulo ad aperturam obsoleto; umbilicus majusculus, pervius; apertura fere horizontalis, subtrapezoidalis; perist. simplex, margine columellari brevi, basali reflexo, quasi in tuberculum incrassato. — R. a. = 5 : 6. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 305.)

Helix Beckiana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 87.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 23.
— — *Phil.* Icon. I. 4. p. 79. t. 4. f. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 597. t. 93. f. 7. 8.

Habitat prope «Nueva Ecija» insulae Luzon (Cuming).

*) T. discoidea, supra plana, depressa, pilosa, corneo-lutescente, fusco-rubescente quadrizonata (vel trizonata, vel superne unizonata); anfr. convexis, ultimo basi late umbilicato; apertura subcirculari, obliqua; margine reflexo, tenui, albicante. — Diam. 12, alt. 4 mill. (Desh. l. c.)

525. H. Winteriana Pfr.

T. umbilicata, depressa, superne convexiuscula, pallide cornea, nitidula, obsolete carinata; anfr. 5½ planiusculi, ultimus descendens; umbilicus latus, pervius; apertura subcircularis; perist. tenue, simplex, margine basali subreflexo. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 306.)

Helix Winteriana Pfr. Symb. II. p. 41.
— — *Phil.* Icon. I. 2. p. 23. t. 2. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 605. t. 95. f. 1. 2.

β. Minor, carina distinctiore: diam. maj. 9, min. 8, alt. 4½ mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Java (Winter); var. *β* in insula Guimaras Philippinarum (Cuming).

Obs. Similis H. umbrosae, umbilico magno, deficiente labio interno aperturae, etc. distincta.

526. H. Huttoni Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, subdiaphana, pallide cornea, epidermide scabra induta; anfr. 6 convexiusculi, ultimus angulatus, antice vix descendens; umbilicus latiusculus, perspectivus; apertura obliqua, lunato-rotundata; perist. simplex, marginibus conniventibus, dextro recto, basali breviter reflexo, columellari subdilatato, patente. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 5½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix Huttoni Pfr. Symb. II. p. 82.
— *orbicula Hutt.* in Journ. As. Soc. VII. p. 217. *) Nec Orb.

Habitat in Himalaya, prope Simla, Mahassu (Hutt.), Landour (Benson).

§. 43.

527. H. Delessertiana Le Guillou. †

T. orbiculato-depressa, subtus convexior, tenuis, albido-fuscescens, hyalina; anfr. 5½ subvitrei, superne convexo-depressi, striis obliquis, creberrimis pulchre sculpti; sutura subcanaliculata; umbilicus latus, profundus; labium superne reflexum. — Diam. 16½, alt. 10 mill. (Guill.)

Helix Delessertiana Le Guillou in Revue zool. 1842. p. 138.

Habitat in insula Warrior «detroit de Torrès».

*) T. orbiculato-convexa, fuscescente, epidermide scabra; anfr. 6 convexiusculis, ultimo ad peripheriam subangulato; umbilico profundo, latiusculo; perist. subrotundo, acuto. — Diam. 0,4 poll. (Hutt. l. c.)

528. H. Hartmanni Pfr.

T. umbilicata, depressa, subdiscoidea, acute carinata, arcuatim distincte striata, unicolor, fusca; spira vix elata; sutura linearis; anfr. 6 planulati, ultimus non descendens, basi convexiusculus; umbilicus magnus, perspectivus; apertura depressa, securiformis; perist. rectum, margine supero simplice, antrorsum arcuato, basali subincrassato. — Diam. maj. 26, min. 24, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 307.)

Helix Hartmanni Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 125.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 598. t. 94. f. 16—18.

Habitat . . . . ?

529. H. rotatoria v. d. Busch.

T. umbilicata, lenticularis, fusca, oblique striata, acute carinata; spira vix convexa; anfr. 6 planiusculi, ultimus basi inflatus, circa umbilicum latum, infundibuliformem obtuse angulatus; apertura lunato-subcircularis; perist. subsimplex, basi reflexiusculum. — Diam. maj. 16, min. 15, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 308.)

Helix rotatoria v. d. Busch in Phil. Icon. I. 1. p. 10. t. 1. f. 5.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 38.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 606. t. 95. f. 3—5.

Habitat in insula Java (Winter).

529*. H. Osbeckii Philippi.

T. mediocriter umbilicata, depressa, tenuis, striatula, subtilissime punctato-exasperata, diaphana, pallide corneo-lutescens; spira parum elevata; anfr. 6 subplanulati, ultimus carinatus, basi convexus, antice vix descendens; apertura obliqua, subquadrangularis, intus margaritacea; perist. simplex, marginibus subparallelis, dextro recto, basali reflexiusculo, columellari vix dilatato. — Diam. maj. 15, min. 13½, alt. 7 mill. (Coll. Philipp.)

Helix Osbeckii Phil. in Zeitschr. f. Malak. 1847. p. 65.

Habitat in China (teste Largilliert).

Obs. Ab H. rotatoria umbilico multo angustiore et forma aperturae, ab H. Winteri et Huttoni, quibus peraffinis, iisdem characteribus et carina acuta distinguenda.

530. H. oajacensis Koch.

T. umbilicata, depressa, oblique striata, asperula, sub lente minutissime granulosa, obtuse carinata, corneo-rufa, fasciis 2 luteis, altera ad carinam, altera in parte supera anfractus ultimi ornata; anfr. 4½ vix convexiusculi; umbilicus latiusculus, pervius; apertura lunato-subcircularis, intus rufa, albo-bifasciata; perist.

acutum, basi reflexum. — Diam. maj. 15, min. 13, alt 8 mill. (Coll. Koch.)

Helix oajacensis Koch in Phil. Icon. I. 2. p. 23. t. 2. f. 6.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 35.

Habitat prope Oajaca reipublicae mexicanae.

531. H. sinaitensis Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, tenuis, confertim striata, cornea; spira convexa, obtusa; anfr. 7 angusti, vix convexiusculi, carina filiformi cincti, ultimus basi convexior; umbilicus latus, perspectivus; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, margine supero brevi, recto, basali valde arcuato, breviter reflexo. — Diam. maj. 10, min. 9⅓, alt. 4 mill. (Mus. Cuming.)

Helix sinaitensis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 129.

Habitat prope Sinait prov. Ilocos insulae Luzon (Cuming).

532. H. cyathus Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-conica, superne arcuatim costulato-striata, unicolor fusca; spira elevata, obtuse conica; sutura distincta, crenulato-marginata; anfr. 6½ convexiusculi, ultimus carinatus, basi sublaevigatus, planiusculus; umbilicus magnus, profundus, cyathiformis; apertura subverticalis, angulato-lunaris; perist. simplex, margine supero recto, basali arcuato, reflexiusculo, columellari breviter descendente. — Diam. maj. 8, min. 7½, alt. 4½ mill. (Coll. Nr. 309.)

Helix cyathus Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 123.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 603. t. 94. f. 19. 20.

Habitat ad S. Juan, prov. Cagayan insulae Luzon (Cuming).

533. H. cyathellus Pfr.

T. umbilicata, conica, oblique costata, tenuiuscula, unicolor cornea; spira pyramidata, acutiuscula; anfr. 9 angustissimi, carina filiformi cincti, ultimus basi planiusculus, sublaevigatus; umbilicus majusculus, pervius; apertura depressa, angulato-lunaris; perist. simplex, margine supero brevi, recto, basali leviter arcuato, brevissime reflexo. — Diam. maj. 5⅓, min. 5, alt. 4 mill. (Spec. unic. Mus. Cuming.)

Helix cyathellus Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 41.

Habitat ad Dingle insulae Panay Philippinarum (Cuming).

* * *

534. H. cariosa Olivier.

T. umbilicata, orbicularis, carinata, utrinque convexa, alba, crispato-rugellosa, rudis; spira depresso-hemisphaerica; anfr. 5

medio convexi, ultimus antice vix deflexus, circa umbilicum majusculum, pervium abrupte angulatus; apertura angulato-subcircularis; perist. simplex, marginibus callo junctis, columellari crasso, reflexo. — Diam. maj. 18½, min. 17, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 310.)

Helix cariosa Oliv. voyage II. p. 221. t. 31. f. 4.
— — *Lam.* 84. p. 88. ed. Dh. p. 67.
— — (Helicigona) *Fér.* pr. 149. Hist. t. 64. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 601. t. 94. f. 9. 10.
Carocolla cariosa Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Leucochroa cariosa Beck ind. p. 16.

Habitat in Syria, prope Berytum (Oliv.).

535. H. Otthiana (Carocolla) Forbes.

T. umbilicata, depressa, sublenticularis, carinata, alba, striata; spira convexa; sutura subcrenulata; anfr. 5 planulati, sensim accrescentes, ultimus antice vix deflexus; apertura perobliqua, rotundato-lunaris, subangulata; perist. simplex, sublabiatum, margine columellari valde dilatato, reflexo, umbilicum partim tegente. — Diam. maj. 23, min. 19½, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 311.)

Carocolla Otthiana Forb. in Ann. et Mag. nat. hist. II. p. 250.
Helix Jeannotiana Terv. cat. p. 20. t. 2. f. 11. 12.
— — *Rossm.* IX. p. 6. f. 564.
— *Otthiana Chemn.* ed. II. Helix N. 600. t. 94. f. 11. 12.

Habitat in Africa boreali, prope Bugia.

§. 44.

536. H. Gouldi Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-conica, tenuiuscula, subtiliter striatula, vix nitidula, unicolor fusca; spira elevata, conoidea; anfr. 6 convexiusculi, ultimus carinatus, antice subrotundatus, basi planior; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-circularis; perist. simplex, marginibus subconniventibus, dextro recto, columellari subdilatato, patente, basali reflexiusculo. — Diam. maj. 9½, min. 9, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 312.)

Helix Gouldi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 124.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 607. t. 95. f. 6. 7.

Habitat in provincia Lagunas ins. Luzon et ins. Negros (Cuming).

537. H. nigritella Pfr.

T. umbilicata, conoideo-depressa, solidiuscula, fusca, epidermide nigricanti-olivacea induta; anfr. 5½ vix convexiusculi, lente crescentes, ultimus basi convexus, medio acute carinatus;

umbilicus mediocris, pervius; apertura securiformis; perist. simplex, margine supero antrorsum arcuato, acuto, basali reflexo. — Diam. maj. 14½, min. 13, alt. 7½ mill. (Coll. Nr. 313.)

Helix nigritella Pfr. in Phil. Icon. II. 9. p. 4. Helix t. 6. f. 8
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 602. t. 94. f. 1—4.

Habitat in insulis oceani pacifici (Cuming).

Obs. Variat testa magis minusve depressa, interdum conica (diam. 11½, alt. 9 mill.), umbilico latiore et angustiore.

538. H. approximata Le Guillou.

T. discoidea, conico-depressa, umbilicata, carinata, fusca, cinereo-lutescente variegata; anfr. 6—7 subconvexi, basi depressi, ultimus margine acutus, subtus convexus, radiatim tenuiter striolatus, striis concentricis signatus; spira conico-depressa; umbilicus profundus; apertura oblique quadrata, incrassata, anterius acuta, superne producta, exteriusque compressa. — Diam. 17, alt. 11 mill. (Guill.)

Helix approximata Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 139.

Habitat in insulis Ternate et Hogoleu.

Obs. «Affinis H. exclusae Fér.»

539. H. trochiformis Férussac.

T. umbilicata, solida, trochiformis, apice obtusa, basi plana, acute carinata, oblique ruguloso-striata, saturate rufa vel fusco-lutea, nigricanti-fasciata; anfr. 6 supra carinam prominentem, stramineam convexiusculi; umbilicus angustus, pervius; apertura irregulariter rhombea; perist. superne simplex, rectum, antrorsum dilatatum, margine columellari recte descendente, subdilatato, basali reflexiusculo. — Diam. maj. 16½, min. 15, alt. 9—10 mill. (Coll. Nr. 314.)

Helix trochiformis (Helicella) *Fér.* pr. 301. et Mus.!
— — *Pfr.* Symb. II. p. 40.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 68. t. 13. f. 7. 8.
Carocolla circumdata Mühlf. Ant. Verz. p. 40. N. 1464.

Habitat in insulis Taheiti et Opara (Ant.); Isle de France (Fér.)

540. H. serrula Benson.

T. anguste umbilicata, subdepressa, subconoidea, corneo-albida, subtus convexa, apice acuta; anfr. 7 supra confertissime radiatim plicati, marginati, marginibus elevatis, ultimus infra laevior, peripheria marginata, serrata; apertura angulato-lunaris;

perist. simplex, acutum, margine basali reflexiusculo. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 7½ mill. (Spec. Mus. Britt.)

Helix serrula Benson in Journ. As. Soc. V. p. 352.

Habitat in Bengalia.

Obs. Conf. H. Bensoni v. d. Busch. (Nr. 563.)

541. H. tapeina Benson. †

T. subconoidea, supra convexa, subtus tumida, epidermide minutissime corrugata; peripheria angulata; perist. non continuum, subreflexum; umbilicus mediocris, profundus, omnes anfractus exhibens. — Diam. 0,6 poll. (B.)

Helix tapeina Bens. in Journ. As. Soc. V. p. 352.

— — Ann. and mag. nat. hist. IX. p. 486.

Habitat in Bengalia, rara in insula Chusan Chinae.

* * *

542. H. Dunniae Gray.

T. umbilicata, depressa, fusca, carinata, irregulariter granulato-striata; spira parum elevata, obtusa; anfr. 4 planulati, ultimus antice paululum descendens, basi convexus, circa umbilicum mediocrem infundibuliformem compressus; apertura perobliqua, irregularis, transverse oblonga, latere effusa; perist. simplex, margine supero depresso, antrorsum dilatato, columellari breviter reflexo. — Diam. maj. 24, min. 20, alt. 11 mill. (Spec. Mus. Britt.)

Helix Dunniae Gray in Ann. and mag. nat. hist. VI. 1841. p. 317.*)

— — *Pfr.* Symb. III. p. 70.

Habitat in Nova Seelandia.

543. H. Guilloui Pfr. †

T. discoidea, carinata, acuta, umbilicata, depresso-convexa, longitudinaliter tenue et oblique striata; anfr. 5 planuli, lineis rufis trifasciati, supremi unifasciati et convexiusculi; infima facies unifasciata, subconvexa, striolis sub lente tenue cancellata; apertura ovata, anterius angulata, superne acuta, inferne reflexa; umbilicus latus, profundus. — Diam. 23, alt. 8 mill. (Guill.)

Helix Guilloui Pfr. Symb. II. p. 81.

— *Valenciennesii Le Guill.* in Revue zool. 1842. p. 139. Nec Eyd.

Habitat . . . ?

---

*) «T. depressa, lata, umbilicata, fusca, anfractu ultimo subangulato, glabro.» (Gray l. c.) — Eandem esse ipse affirmavit Cl. Gray.

544. H. dictyodes Pfr.

T. anguste umbilicata, depressa, sublenticularis, oblique plicato-striata, tenuiuscula, diaphana, pallide cornea, fusco subtiliter reticulata maculisque castaneis justa suturam et carinam ornata; spira late conoidea; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus acute carinatus, antice non descendens; apertura subverticalis, depressa, lunaris, intus margaritacea; perist. simplex, margine columellari breviter dilatato-patente, basali sinuoso, reflexiusculo. — Diam. maj. 27, min. 23, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.)

Helix dictyodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 111.
— — *Phil.* Icon. III. 17. Helix t. 10. f. 9.

Habitat in Nova Guinea (Ince).

545. H. tectiformis Sowerby.

T. umbilicata, depresse semiglobosa, tenuiuscula, calcarea, superne leviter striata, plerumque detrita, basi confertim granulata; spira brevis, obtusa; anfr. 7 planati, lente accrescentes, ultimus acute carinatus: carina late deflexa, tectiformi; apertura trapezia; perist. acutum, superne simplex, rectum, basi reflexiusculum, ad umbilicum angustum, pervium vix dilatatum. — Diam. maj. 16, min. 15, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 315.)

Helix tectiformis Sow. in Zool. Journ. I. p. 57. t. 3. f. 6.
— — *Lowe* Faun. Mader. p. 45. t. 5. f. 12.
— — *Wood* suppl. t. 8. f. 83.
— — *Lam.* ed. Dh. 207. p. 126.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 599. t. 94. f. 13—15.
Leucochroa tectiformis Beck ind. p. 16.
Carocolla tectiformis Swains. Malac. p. 328.

Habitat in insula Baxo prope Portosancto.

546. H. Bulweriana Lowe.

T. umbilicata, semiglobosa, solidiuscula, minutim striata et sub lente minutissime granulata, fulva, fusco varie fasciata et marmorata; spira hemisphaerica, obtusa; sutura obsoleta; anfr. 8 plani, angusti, subaequales, ultimus acute carinatus, subtus planulatus; apertura semicircularis; perist. superne simplex, rectum, marginibus callo tenui junctis, basali incrassato, ad umbilicum angustum, pervium subreflexo. — Diam. maj. 17, min. 16, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 316.)

Helix Bulweriana Lowe Faun. Mader. p. 44. t. 5. f. 11.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 69. t. 13. f. 9. 10.
— *Bulweri Wood* suppl. t. 8. f. 82.
— *rota Pot.* et *Mich.* gal. I. p. 106?
Carocolla variegata Mke syn. ed. 2. p. 24.

Carocolla Bulweriana Villa disp. p. 19.
Chilotrema Bulweri Beck ind. p. 28.
Habitat in insula Portosancto.

547. H. hispidula (Carocolla) Lamarck. †

T. orbiculato-depressa, subtus convexiuscula, carinata, substriata, hispidula, fusco-cornea; spira depresso-conica; anfr. 5 carinati; apertura suborbicularis, compressa; perist. reflexum, acutum; umbilicus magnus, patulus. — Diam. 11, alt. 6 mill. (Orb.)

Carocolla hispidula Lam. 15. p. 99. *) ed. Dh. p. 148.
Helix Bertheloti Fér. Mus. et Bull. zool. 1835. p. 90.
— — *Orb.* canar. p. 65. t. 2. f. 4—6.
— *barbata Fér.* hist. t. 66. f. 4.

Habitat in insula Teneriffa.

Obs. Difficile est, synonymiam hujus speciei, quam obtinere mihi nondum contigit, eruere. — Lamarckius H. lentem Fér. huc refert, valde diversam, Graeciae incolam. — H. barbata Fér. f. 4 et H. Bertheloti Orb. ex iconibus nullo modo differre videntur, et si Lamarckii species non est eadem, nomen H. Bertheloti praeponendum erit.

548. H. lens Férussac.

T. aperte umbilicata, lenticularis, arctispira, argute carinata, superne costulato-striata, rarissime pilosa, fusco-cornea; anfr. 7 subaequales, planulati; apertura depressa, angustata, sublunaris; perist. album, margine supero simplice, recto, dextro et basali reflexis, callo punctiformi juxta insertionem marginis superi. — Diam. maj. 13, min. 12, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 317.)

Helix lens (Helicigona) *Fér.* pr. 152. Hist. t. 66. f. 2!
— — *Rossm.* VII. p. 10. f. 450!
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 72. t. 13. f. 16. 17.
— *barbata Desh.* Expéd. de Morée. Moll. p. 162.
— — *Lam.* ed. Dh. 210. p. 128.
Caracollina lens Beck ind. p. 28?
Carocolla barbata Villa disp. p. 19.

Habitat in Morea et insulis Graeciae.

Obs. Species descripta absque dubio vera H. lens Fér. ex icone optima, nunquam autem e Teneriffa allata est. (Conf. Rossm. l. c.)

549. H. nummus (Carocolla) Ehrenberg. †

T. orbicularis, complanata, utrinque levissime turgida, margine depressiore lenticularis et acute carinata, umbilicata, pellu-

*) T. orbiculato-depressa, subtus convexiore, umbilicata, tenuiter striata, rufo-fuscescente, subhispida; labro margine albo, reflexo. — Diam. Caroc. planariae. — Teneriffa (Maugé). Elle n'est point diaphane et n'a point sa carène comprimée comme Caroc. planaria. (Lam. l. c.)

cida, striis transversis curvisque albis (elatis) et fuscis (impressis) alternis varia; anfr. 5½; labrum tenue, subreflexum. — Lat. 8½, alt. 3 lin. (E.)

Carocolla nummus Ehrenb. Symb. phys. Moll.

Habitat prope Berytum Syriae.

Obs. Conf. H. Hedenborgi Nr. 563.

550. H. barbula Charpentier.

T. aperte umbilicata, lenticularis, carinata, cornea, arctispira, confertim subtilissime costulata; anfr. 6 planulati, ultimus non descendens, antice constrictus; apertura depressa, angusta, lunato-trisinuata; perist. flexuosum, basi replicatum, albo-labiatum, bidenticulatum. — Diam. maj. 11, min. 9⅔, alt. 4½ mill. (Coll. Nr. 318.)

Helix barbula Charp. in litt. ad Rossm.

— — *Rossm.* VII. (1838.) p. 11. f. 451.

— — *Morelet* moll. du Port. p. 57.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 73. t. 13. f. 18. 19.

— *bituberculata Fér.* Mus. (teste Mor.)

Carocolla Guerini Anton Verz. p. 39. N. 1445.

Habitat in Lusitania, ubi legit Cl. Holl.

Obs. Carina plerumque obtusior, immo interdum obsoleta est, teste Morelet.

551. H. turriplana Morelet. †

T. pallide cornea, depressa, umbilicata, carinata, punctis eminentibus scabriuscula; apex laevis, planissimus, taeniatus; anfr. 6 marginati, ultimus subtus turgidus, circumsulcatus; apertura depressa, angusta, subtetragona; perist. flexuosum, replicatum, callosum, albo-labiatum, bidenticulatum, extus plicis geminis impressis signatum. — Amplit. 12—14 mill. (Mor.) — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 5 mill. (ex ic.)

Helix turriplana Mor. moll. du Port. p. 59. t. 6. f. 3.

Habitat in Algarbia Lusitaniae, circa Loulé, Faro, Tavira.

552. H. Rangiana Férussac.

T. aperte umbilicata, lenticularis, acute carinata, cornea, confertim radiato-striata; anfr. 6½ convexiusculi; apertura depresse lunaris; perist. superne simplex, sinuatum, ad carinam uncinatim recurvatum, margine basali incrassato, reflexo, unidentato, extus scrobiculato. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 319.)

Helix Rangiana (Helicigona) *Fér.* hist. t. 65. f. 1.

— — *Mich.* compl. p. 40. t. 14. f. 24—26.

Helix Rangiana Lam. ed. Dh. 212. p. 129.
— — *Rossm.* VIII. p. 39. f. 537.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 71. t. 13. f. 13—15.
— *Rangii Desh.* in Enc. méth. II. p. 133.
Caracollina Rangiana Beck ind. p. 28.
Carocolla Rangiana Villa disp. p. 19.

Habitat prope Collioure in Pyrenaeis.

553. H. afficta Férussac.

T. umbilicata, discoidea, lutescenti-cornea, subpellucida, minutissime striata, nitida; spira plana; anfr. 5½ plani, acutissime albo-carinati, ultimus subtus medio convexiusculus, circa umbilicum mediocrem, pervium obtuse angulatus; apertura perobliqua, securiformis; perist. superne simplex, acutum, basi arcuatum, reflexum. — Diam. maj. 14⅓, min. 13⅔, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 320.)

Helix afficta (Helicigona) *Fér.* pr. 151. Hist. t. 66. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 613. t. 95. f. 8—10.
— *lens Webb* et *Berth.* syn. *Orb.* canar. p. 66. t. 2. f. 7—9.
Carocolla planaria Lam. 14. p. 99. ed. Dh. p. 148.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 12.
Caracollina afficta Beck ind. p. 28.

Habitat in insula Teneriffa.

554. H. planissima Pfr.

T. umbilicata, depressissima, lenticularis, tenuis, utrinque oblique rugoso-costata, albida, subtus interdum corneo-fasciata; anfr. 5½ convexiusculi, acute carinati (carina compressa, prominente, serrata), ultimus antice vix descendens, basi convexior, circa umbilicum mediocrem, spiralem subangulatus; apertura depressa, angulato-lunaris; perist. simplex, margine basali plane arcuato, reflexo. — Diam. maj. 11½, min. 10½, alt. 4½ mill. (Coll. Walton.)

Helix planissima Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 72.

Habitat . . . ?

555. H. lenticula Férussac.

T. umbilicata, lenticularis, carinata, subtilissime costulato-striata, fusco-cornea, opaca; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura lunaris; perist. flexuosum, superne simplex, rectum, marginibus callo tenui junctis, columellari reflexiusculo, subtiliter limbato. — Diam. maj. 8½, min. 7⅔, alt. 3 mill. (Coll. Nr. 321.)

Helix lenticula (Helicigona) *Fér.* pr. 154. Hist. t. 66. f. 1.
— — *Mich.* compl. p. 43. t. 15. f. 15—17.

Helix lenticula Orb. canar. p. 66. t. 2. f. 10—12.
— — *Lam.* ed. Dh. 211. p. 128.
— — *Rossm.* VII. p. 12. f. 452.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 61.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 74. t. 13. f. 20. 21.
— *striatula Linn.* syst. p. 1242?
— — *Coll.* Bull. Bord. IV. p. 98.
— *subtilis Lowe* Faun. Mader. p. 45. t. 5. f. 13!
— *Pintorella Bonelli* (Villa disp. p. 15.)
Carocolla lenticula Menke syn. ed. II. p. 24.
— — *Phil.* Sicil. I. p. 136.
Caracollina lenticula Beck ind. p. 28.

Habitat in Gallia meridionali, Pyrenaeis, Hispania, Lusitania meridionali, Dalmatia, Sicilia, Graecia, Algeria, Oran (Terv.), Egypto, Cairo (Roth diss. p. 15.), Teneriffa, Madera.

Obs. 1. Num haec sit Linnaei H. striatula, nunquam forsan cum certitudine erui poterit. Conf. Menke in Zeitschr. f. Mal. 1844. p. 191. 1845. p. 14.
Obs. 2. Conferantur species affines in §. 74—79.

556. H. segestana (Carocolla) Philippi.

T. umbilicata, depressa, acute carinata, plicata, superne planiuscula, albido et corneo variegata, seriatim fusco-maculata, sub carina interrupte unifasciata; anfr. 4½ plani, ultimus antice deflexus; apertura angulato-lunaris; perist. simplex, marginibus subapproximatis, columellari reflexo, albo-labiato. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 322.)

Carocolla segestana Phil. Sicil. I. p. 136. t. 8. f. 6.
Helix segestana Rossm. IV. p. 7. f. 233.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 105.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 612. t. 95. f. 14—16.
Iberus segestana Beck ind. p. 28.

Habitat in Sicilia occidentali.

* * *

557. H. cheiranthicola Lowe.

T. umbilicata, pyramidata, subcarinata, solidiuscula, rugoso-striata et undique granulato-scabra, sordide alba, fascia lata rufa ad suturam, obsoletioribusque in basi ornata; spira elevata, obtusa; sutura impressa; anfr. 8 convexi, tumidi, ultimus basi convexiusculus, antice deflexus; umbilicus infundibuliformis, non pervius; apertura perobliqua, subcircularis; perist. acutum, simplex, marginibus approximatis, callo junctis, basali breviter reflexo. — Diam. maj. 9½, min. 8⅔, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 323.)

Helix cheiranthicola Lowe Faun. Mader. p. 57. t. 6. f. 17.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 581. t. 91. f. 31. 32.

Ochthephila cheiranthicola Beck ind. p. 17.
Obelus cheiranthicolus Hartm. Gast. I. p. 168. t. 57. f. 4—6.
Carocolla cheiranthicola Villa disp. p. 19.
— *atomata Mke?* (Beck.)

Habitat in arbusculis Cheiranthi tenuifolii in Monte «Pico branco» insulae Portosancto.

558. H. polymorpha Lowe.

T. umbilicata, depresso-pyramidata, striata, granulis confertis magis minusve exasperata, superne fusco et albo marmorata, basi sordide alba, fusco-fasciata; anfr. 7—8 planulati, ultimus acute carinatus, antice subgibbus, subito deflexus, basi convexiusculus, interdum sublaevigatus; umbilicus infundibuliformis; apertura perobliqua, subcircularis; perist. simplex, marginibus approximatis, callo tenui junctis, basali reflexo. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 324. Spec. max.) — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 5 mill. (Spec. min.)

Helix polymorpha Lowe Faun. Mader. p. 54. t. 6. f. 11—16.
— — *Lam.* ed. Dh. 200. p. 124.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 580. t. 91. f. 25—30.
— *elegantula Jan* Mant. p. 1? *)
— *pulvinata Mich.* in coll.
Ochthephila polymorpha Beck ind. p. 17.
Carocolla polymorpha Villa disp. p. 19.
Obelus polymorphus Hartm. Gast. I. p. 169. t. 58.

Habitat in insulis Madera, Portosancto, Teneriffa.

Obs. 1. Variat praeter magnitudinem spira magis minusve elevata, carina obtusiore, interdum antice obsoleta, sutura magis minusve impressa, granulis fere obsoletis, etc.

Obs. 2. Cl. Cantraine (Mal. méd. p. 130.) Carocollam limbatam Phil. cum hac specie conjungere vult!!

559. H. maderensis Wood.

T. umbilicata, depressa, sublenticularis, solidiuscula, albido-cornea, superne costulato-striata, basi striatula, laevigata, rufo-unifasciata; spira vix elevata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus carinatus, antice subgranulatus, subito deflexus; apertura perobliqua, subcircularis; perist. simplex, marginibus callo subcontinuo junctis, basali reflexiusculo. — Diam. maj. 6, min. 5½, alt. 3 mill. (Coll. Nr. 325.)

Helix maderensis Wood suppl. t. 8. f. 84.
— — *Lowe* Faun. Mader. p. 48. t. 5. f. 22. (auct.)

*) T. depressa, umbilicata, carinata, cornea, guttulis albidis eleganter aspersa (2‴ alt., 4‴ lat.); apertura subrotunda (2‴ in diam. transv.); perist. continuo, carinae sinuato, simplici. — Ins. Canar (Jan l. c.)

Helix maderensis Lam. ed. Dh. 201. p. 124.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 583. t. 92. f. 9. 10.
— *cyclostoma Mke* syn. ed. II. p. 126.
— — *Voigt* in Cuv. Thierr. III. p. 60.
Ochthephila maderensis Beck ind. p. 18.

Habitat in insula Madera vulgatissima.

560. H. compar Lowe. †

T. umbilicata, rotundato-depressa, utrinque planulata, subcarinata, solidiuscula, fusco-bifasciata, utrinque plicato-costata; spira convexiuscula; sutura distincta, impressa; anfr. 6 convexiusculi, plicis vel striis transversis, acutis, distinctis, crebris, aequidistantibus aequalibusque costati, interstitiis laevibus; ultimi carina obtusa; umbilicus latus, patulus, spiralis, profundus; apertura rotundato-ovalis; perist. continuum, circinatum, subdisjunctum, crassiusculum, reflexum. — Axis 1½, diam. 3¼ lin. (L.)

Helix compar Lowe Faun. Mader. p. 48. t. 5. f. 23. (auct.)
Leucochroa compar Beck ind. p. 16.

Habitat rarissima in Maderae collibus maritimis.

561. H. leptosticta Lowe. †

T. umbilicata, rotundato-depressa, subcarinata, nitidiuscula, tenuis, pallide cornea, obsolete fasciata; spira convexo-depressa; sutura distincta; anfr. 5—5½ convexi, substriati, minute et elegantissime reticulato-granulati, ultimi carina obtusa; umbilicus patulus, spiralis; apertura rotundato-ovalis; perist. continuum, simpliciusculum, subincrassatum, subreflexum. — Axis 1½, diam. 3 lin. (L.)

Helix leptosticta Lowe Faun. Mader. p. 49. t. 5. f. 24. (auct.)
Ochthephila leptosticta Beck ind. p. 17.

Habitat in Maderae collibus maritimis.

§. 45.

562. H. scabriuscula Deshayes.

T. obtecte perforata, depressa, compresso-carinata, striato-rugosa, albida; anfr. 4 — 4½ exserti, supra planulati, fusco-maculati, ultimus basi turgidus, antice descendens; apertura angulata, lunato-securiformis; perist. tenue, marginibus approximatis, supero recto, basali sublabiato, angulatim reflexo, columellari dilatato, appresso. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 326.)

Helix scabriuscula Desh. in Enc. méth. II. 130. p. 258.
— — *Lam.* ed. Dh. 225. p. 135.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 105.

Helix scabriuscula Chemn. ed. II. Helix N. 611. t. 95. f. 11—13.
— *erycina Jan* Mantissa p. 1. N. 62.
— — *Rossm.* IV. p. 7. f. 234—36.
Carocolla erycina Phil. Sicil. I. p. 135. t. 8. f. 4.
Iberus scabriuscula Beck ind. p. 27.

β. Minor, tenue striata, carina breviore, maculis rufis confluentibus: diam. maj. 18, min. 15½, alt. 9 mill. (Spec.)
Carocolla selinuntina Phil. Sicil. I. p. 136. t. 8. f. 11.
Iberus selinuntina Beck ind. p. 27.
Helix selinuntina Phil. Sicil. II. p. 105.

Habitat in Sicilia occidentali.

563. H. Hedenborgi Pfr.

T. subimperforata, depressissima, subdiscoidea, acute carinata, tenuiuscula, confertim rugoso-striata, superne albido et fusco variegata, basi subunicolor fuscescens; spira vix elevata; anfr. 5½ plani, non exserti, ultimus basi vix ventrosior, antice non descendens; apertura depressa, angulato-lunaris; perist. tenue, marginibus subparallelis, supero recto, basali breviter reflexo, columellari vix dilatato, reflexo, appresso. — Diam. maj. 18, min. 15½, alt. 6 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Hedenborgi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 132.

Habitat in Egypto (Dr. Hedenborg).

Obs. Similis videtur H. nummo Ehrenb. (Nr. 549.), sed illa umbilicata dicitur.

564. H. cariosula Michaud.

T. subimperforata, subsemiglobosa, carinata, superne globoso-convexa, cariosa, subtus planiuscula, sordide alba, carina filiformi suturaque tuberculato-erosis; anfr. 5 planiusculi; apertura lunaris; perist. simplex, sublabiatum, angulatum, margine supero subdeflexo, basali subincrassato, columellari dilatato, reflexo, perforationem obtegente. — Diam. maj. 18, min. 16, alt. 10—12 mill. (Coll. Nr. 327.)

Helix cariosula Mich. Alg. p. 5. t. 1. f. 11. 12.
— — *Terv.* p. 21. t. 4. f. 7. 8.
— — *Rossm.* VI. f. 368. IX. p. 5. f. 561.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 587. t. 92. f. 16. 17.
Leucochroa cariosula Beck ind. p. 17.

Habitat in Algeria.

565. H. Küsteri Pfr.

T. subimperforata, orbiculato-convexa, solida, striata, carinata, castanea, apice fulva; spira elevata, obtusa; sutura marginata; anfr. 6½ convexiusculi, ultimus antice non descendens, basi

vix convexus; apertura depressa, lunato-triangularis; perist. rectum, margine supero simplice, antrorsum arcuato, basali strictiusculo, calloso, incrassato, columellari brevissimo. — Diam. maj. 18, min. 17, alt. 9½ mill. (Coll. Nr. 328.)

Helix Küsteri Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 153.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 586. t. 92. f. 14. 15.

Habitat in insula Otaheite.

566. H. rotula Lowe.

T. obtecte perforata, conoideo-depressa, striata et granulis oblongis obsita, nitidiuscula, fulva, luteo obsolete marmorata et fasciis nonnullis rufis angustis circumdata; spira depresso-conica; sutura linearis; anfr. 8 plani, ultimus acute carinatus, basi vix convexior, antice rotundatus, subgibbus, ochraceus, subito deflexus; apertura lunato-subcircularis, intus albo-callosa; perist. album, marginibus callo junctis, dextro arcuato, basali dilatato, reflexo, strictiusculo, perforationem tegente. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 329.)

Helix rotula Lowe Faun. Mader. p. 53. t. 6. f. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 70. t. 13. f. 11. 12.
Ochthephila rotula Beck ind. p. 17.

Habitat in montibus insulae Portosancto.

567. H. tumulorum Webb et Berthelot.

T. subobtecte perforata, trochiformis, basi convexiuscula, acute carinata, distincte et confertim striata, alba, fasciis fuscis, interruptis ornata; spira conica, apice acutiuscula; anfr. 6—7 vix convexiusculi, ultimus antice non descendens; apertura late angulato-lunaris, intus fuscidula; perist. simplex, acutum, margine basali reflexiusculo, columellari dilatato, perforationem subtegente. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 330.)

Helix tumulorum Webb et *Berth.* syn. p. 315.
— — *Orb.* canar. p. 63. t. 1. f. 29—31.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 584. t. 91. f. 17. 18.
Ochthephila tumulorum Beck ind. p. 17.

Habitat in promontorio Isletae insulae Canariae inter sepulchreta aboriginum.

568. H. Bensoni v. d. Busch.

T. perforata, superne tectiformis, subtus convexa, grisco-albida, acute crenulato-carinata: carina anfractuum superiorum prominente; anfr. 6½ plani, ultimus basi vix striatus; apertura

angulato-lunaris; perist. simplex, basi reflexiusculum. — Diam. maj. 12, min. 10½, alt. 7 mill. (Coll. v. d. Busch.)

Helix Bensoni v. d. Busch in *Phil.* Icon. I. 1. p. 11. t. 1. f. 7.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 23.

Habitat in Bengalia.

Obs. Similis H. detectae Fér., sed perforata! An var. H. serrulae Bens. umbilico angustiore?

569. H. cinctella Draparnaud.

T. subperforata, subgloboso-depressa, lutescens, crystallina vel rubra, subtilissime striata, opace albo-carinata; anfr. 5½—6 planiusculi; apertura lunaris; perist. superne simplex, acutum, margine basali reflexiusculo. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 7½—8 mill. (Coll. Nr. 331.)

Helix cinctella Drap. p. 99. t. 6. f. 28.
— — *Lam.* 95. p. 91. ed. Dh. p. 71.
— — *C. Pfr.* III. p. 23. t. 6. f. 16.
— — *Rossm.* VI. p. 36. f. 363.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 585. t. 91. f. 33. 34.
— *nemoralis β Gmel.* p. 3647.
Hygromia cinctella Risso IV. p. 67.
Bradybaena cinctella Beck ind. p. 18.
Fruticicola cinctella Held in Isis 1837. p. 914.

Habitat in Gallia meridionali, Italia, Sicilia, provincia Austriae littorali, prope Tergestum, Fiume!

570. H. arridens Lowe.

T. perforata, depressa, carinata, tenuis, pallide cornea, rugoso-striatula, hispida; spira vix elevata; anfr. 5 planulati, ultimus basi convexior, antice breviter deflexus; apertura perobliqua, depressa, irregulariter lunaris; perist. acutum, margine dextro simplice, brevi, arcuato, basali strictiusculo, breviter reflexo, perforationem semioccultante. — Diam. maj. 6, min. 5⅓, alt. 3 mill. (Coll. Nr. 332. Spec. Lowean.)

Helix arridens Lowe Faun. Mader. p. 43. t. 5. f. 9. (auct.)

Habitat in insula Madera.

§. 46.

571. H. virgo (Carocolla) Broderip.

T. imperforata, superne depressa, subtus inflata, acute carinata, subtiliter striata, nitida, diaphana, albida; anfr. 3½—4 planiusculi; columella oblique descendens, basi gibbula; apertura securiformis; perist. simplex, rufum, margine supero recto, basali

vix reflexiusculo. — R. a. = 5 : 14. — Diam. maj. 35, min. 29, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 333.)

Carocolla virgo Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 44.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 168. f. 13.
Helix virgo Chemn. ed. II. Helix N. 403. t. 68. f. 1. 2.

Habitat in insula Zebu Philippinarum (Cuming).

572. **H. papyracea (Carocolla) Broderip.**

T. imperforata, depressa, tenuissima, striis longitudinalibus et concentricis subtilissime decussata, pellucida, pallide straminea; spira depressa, planiuscula; anfr. 3½ subplanulati, ultimus basi inflatus, acute carinatus; columella brevis, declivis, strictiuscula; apertura subtrapezia; perist. tenue, simplex, margine supero recto, basali brevissime reflexo, cum columellari dilatato, albo, calloso angulum formante. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 334.)

Carocolla papyracea Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 36.
Helix papyracea Pfr. Symb. III. p. 70.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 302. t. 52. f. 11. 12.
— *acutangula Burr.* elem. t. 26. f. 1? (Spec. juv.)

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

Obs. Similis H. reginae (Nr. 782.), differt columella stricta, perist. superne non expanso, etc.

573. **H. Dryope (Carocolla) Broderip.**

T. imperforata, orbiculato-convexa, tenuis, subtilissime decussata, nitidula, flavescenti-viridis, acute carinata; spira subelevata, apice nigricans; anfr. 4½ subplanulati, ultimus basi planiusculus, antice breviter deflexus; apertura subhorizontalis, angulato-elliptica, ad carinam subcanaliculata; perist. simplex, tenue, margine supero recto, basali breviter reflexo, columellari dilatato, appresso, albo vel nigro. — Diam. maj. 27, min. 23, alt. 13 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Carocolla Dryope Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 37.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 168. f. 10.
Helix Dryope Chemn. ed. II. Helix N. 312. t. 54. f. 3. 4.

β. Planior, luteo-virens, anfractu ultimo maculis albis obscure guttato, basi flavescente; labii limbo ex albido flavescente.

γ. Fascia lata nigro-rufa supra carinam cincta. (Mus. Cum.)

δ. Minor: diam. maj. 18, min. 15, alt. 9 mill.
Helix prasina Koch in *Phil.* Icon. I. 7. p. 151. t. 5. f. 1.
— *Dryope var. Chemn.* l. c. t. 54. f. 5. 6.

Habitat in insula Luzon, *β* in ins. Bureas (Cuming).

574. **H. Webbiana Lowe.**

T. imperforata, subdiscoidea, subtus convexa, acute carinata, tenuis, diaphana, corneo-virescens, minutissime granulata; spira brevis, conoidea, obtusa; anfr. 3 rapide crescentes, vix convexiusculi; apertura ampla, perobliqua, ovalis, intus nitidissima; perist. simplex, acutum, margine columellari arcuato, dilatato, basali breviter reflexo. — Diam maj. 19, min. 15, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 335.)

Helix Webbiana Lowe Faun. Mader. p. 44. t. 5. f. 10.
— — *Lam.* ed. Dh. 204. p. 125.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 300. t. 52. f. 5. 6.
— . . . *Fér.* hist. t. 28 A. f. 7. 8.
Geotrochus Webbiana Beck ind. p. 47.

Habitat in insula Portosancto.

575. **H. detecta Férussac.**

T. imperforata, lenticularis, carinata, fusca, costulato-striata; anfr. 5½ convexi; carina late prominens, in omnibus anfractibus suturae appressa; basis convexa; apertura securiformis; perist. superne simplex, margine basali vix incrassato. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 336.)

Helix detecta Fér. in Mus. Paris.!
— — *Pfr.* Symb. II. p. 27.
— — *Phil.* Icon. I. 3. p. 50. t. 3. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 588. t. 92. f. 20. 21.
Caracolla detecta Beck ind. p. 32?

Habitat in insula Bourbon.

576. **H. pyxis Hinds.** †

T. imperforata, elata, diaphana, solidula; anfr. 4 rotundati, ultimus medio carinatus; apertura compresso-lunaris; peritrema acutum, reflexum. (H.) — Diam. maj. 9, alt. 7½ mill. (ex ic.)

Helix pyxis Hinds Voy. Sulph. Moll. III. p. 55. t. 19. f. 10.

Habitat . . . ?

577. **H. climacterica Benson.** (†)

T. imperforata, subtus tumida; spira subconoidea, gradata; anfr. 8, omnes angulati, supra planati, argute plicati; apex obtusus; peripheria angulata; perist. acutum, non reflexum. — Diam. 0,75 poll. (B.)

Helix climacterica Bens. in Journ. As. Soc. V. p. 352.

Habitat in Bengalia.

Obs «Similis H. barbatae».

§. 47.

578. H. turbo Pfr.

T. imperforata, turbinata, solidiuscula, distincte striata, sub epidermide tenuissima, decidua, flavescente alba, medio rufo-fasciata; spira conoidea, obtusa; anfr. 5 planiusculi, ultimus obsolete angulatus, basi vix convexus; columella subverticalis, stricta, dilatata, albida; apertura irregulariter lunaris; perist. expansum, margine columellari dilatato, reflexo, rimam formante, cum basali angulatim juncto. — Diam. maj. 43, min. 35, alt. 35 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 337.)

Helix turbo Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 64.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 276. t. 48. f. 1. 2.

Habitat in insulis Philippinis.

579. H. Seckendorffiana Pfr.

T. imperforata, turbinata, solida, glabriuscula, nitida, castaneo-fulva; spira elevata, apice obtuso coerulea; anfr. 5 convexi, ultimus ventrosus, antice non descendens, basi castaneo-nigricans; columella obliqua, lata, alba, basi subdentata; apertura rotundato-subtetragona, intus albida; perist. subexpansum, fusco-limbatum, margine basali breviter reflexo, cum columella angulum formante. — Diam. maj. 34, min. 29, alt. 32 mill. (Coll. com. de Seckendorff.)

Helix Seckendorffiana Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1847. p. 12.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 303. t. 52. f. 7. 8.

Habitat in insulis Philippinis?

Obs. Differt a praecedente anfractibus convexis, ultimo rotundato, columellae formatione, etc.

580. H. cinerascens Pfr.

T. imperforata, globoso-turbinata, tenuiuscula, straminea, fasciis 2 latis areaque basali nigricantibus ornata, epidermide tenui, hydrophana, cinerea induta; spira breviter turbinata, apice obtusa; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus basi inflatus; columella subarcuata, carneo-fusca; apertura rotundato-lunaris, intus alba; perist. breviter expansum, subincrassatum, castaneo-limbatum. — Diam. maj. 41, min. 35, alt. 37 mill. (Mus. Cuming.)

Helix cinerascens Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 64.

Habitat in insula Masbate Philippinarum (Cuming).

Obs. Varietatibus nonnullis Bul. Ticaonici persimilis, forma aperturae distincta.

581. H. mirabilis Férussac.

T. imperforata, subglobosa, solida, laevissima, nitida, (sub epidermide olivacco-lutescente vel brunnea) candida, fasciis rubro-

fuscis vel fulvis et nigricantibus cincta; spira obtusa; anfr. 4—5 convexiusculi, ultimus plerumque trifasciatus; sutura marginata; columella emarginata, intrans; apertura ampla, lunato-ovalis, basi effusa; perist. album, margine dextro late reflexo, basali subincrassato, appresso. — Diam. maj. 39, min. 30, alt. 29 mill. (Coll. Nr. 338.)

Helix mirabilis (Helicostyla) *Fér.* pr. 320. Hist. t. 31. f. 4—6.
— — *Sow.* in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 278. t. 48. f. 5. 7. 9. 10.
— *formosa Wood* suppl. t. 7. f. 10.
— *galactites Lam.* 15. p. 69. ed. Dh. p. 36.
Helicostyla galactites Beck ind. p. 37.

β. Epidermide tenuissima, cinerea obducta.

γ. Alba, unicolor, vel nigro et fulvo-fasciata, absque epidermide nitida.
Helix decipiens Reeve Conch. syst. II. t. 163. f. 3.
— *mirabilis var. Chemn.* l. c. t. 48. f. 6.

δ. Testa superne in conum producta, colore varia.
Helix mirabilis var. Chemn. l. c. t. 48. f. 8.

Habitat in insulis Philippinis: Luzon et Marinduque (Cuming).

Obs. H. mirabilis var. Fér. t. 104. f. 6. 7. ex aperturae characteribus ad H. metaformem referenda videtur.

582. H. fulgens Sowerby.

T. imperforata, globoso-conica, crassiuscula, laevis, superne albida, basi fusco-fulva, fasciis aliquot nigris cincta; spira elata, obtusiuscula; anfr. 4½ convexiusculi; apertura lunato-subcircularis, intus alba; columella dilatata, albo-callosa; perist. breviter reflexum. — Diam. maj. 34, min. 31, alt. 32 mill. (Coll. Nr. 339.)

Helix fulgens Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 3.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 28.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 277. t. 48. f. 3. 4.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

Obs. Variat spira magis minusve in conum producta. Differt ab H. mirabili apertura basi non effusa, multo magis obliqua, perist. non expanso.

583. H. polychroa Sowerby.

T. imperforata, ovato-conoidea, tenuis, laevigata, nitida, apice obtuso albida vel fulvida; anfr. 5 convexi, 2 ultimi virides, strigis obliquis saturatioribus et cingulo lato albo ad suturam ornati; columella verticalis, subrecta, dilatata; apertura irregulariter lunato-rotundata, intus nivea; perist. simplex, album, breviter reflexum. — Diam. maj. 34, min. 28, alt. 35 mill. (Coll. Nr. 340.)

Helix polychroa Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 87.
— — *Grat.* in Act. Bord. XI. p. 411. t. 1. f. 20.

Helix polychroa Chemn. ed. II. Helix N. 287. t. 50. f. 13—15.
— *galactites var. picturata Grat.* l. c. p. 163.
Bulimus virido-striatus Lea Philad. transact. 1841. p. 455. t. 11. f. 2.
— *polychrous Pfr.* Symb. II. p. 49.
Helicostyla smaragdus Beck ind. p. 37?
β. Fasciis variis rufis et macula basali nigricante ornata.
γ. Testa viridi, fascia suturali rosea.
δ. Testa castanea vel fulvida.

Habitat in insula Temple Philippinarum (Cuming).

584. **H. florida Sowerby.**

T. imperforata, obovata, crassiuscula, laevis, viridis vel olivacea, saepe fasciis nigris vel fuscis ornata, apice obtuso pallida; sutura distincta, anguste albo-marginata; anfr. 5½ planiusculi; columella alba, dilatata, arcuata; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus lactea; perist. reflexum. — R. a. = 7 : 10. — Diam. maj. 32, min. 30, alt. 29 mill. (Coll. Nr. 341.)

Helix florida Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 87.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 163. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 286. t. 50. f. 1. 2.
β. Elongata, bulimiformis: diam. maj. 32, min. 27, alt. 33 mill. (Spec.)
Bulimus floridus Pfr. Symb. II. p. 45.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

585. **H. hydrophana Sowerby.**

T. imperforata, obovata, tenuiuscula, lutescens, fasciis rufis ornata, nitida, epidermide tenuissima, subpellucida, hydrophana induta; spira apice obtusissima; anfr. 4½ convexiusculi; columella subrecta, lata, nivea, in tuberculum obsoletum producta, nigro-areolata; apertura lunato-rotundata, intus nitidissime alba; perist. subincrassatum, parum expansum, candidum. — Diam. maj. 28, min. 25, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 342.)

Helix hydrophana Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 88.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 280. t. 49. f. 8. 9.
Bulimus hydrophanus Pfr. Symb. II. p. 46.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

Obs. In sequentem transire videtur.

586. **H. metaformis Férussac.**

T. imperforata, oblongo-ovata, solida, laevis, lutea, apice rubescens, basi plerumque nigro-areolata; anfr. 5½ convexi, ultimus spira brevior; columella crassa, dilatata, basi tuberculato-truncata; apertura obliqua, lunato-ovalis, intus lactea; perist. in-

crassatum, album, breviter reflexum. — Diam. maj. 33, min. 29, alt. 37 mill. (Coll. Nr. 343.)

Helix metaformis (Cochlostyla) *Fér.* pr. 322. Hist. t. 108. f. 2.
— — *Sow.* in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 17.
— — *Deless.* recueil t. 39. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 279. t. 49. f. 1—5.
— *ovularis Mke* catal. Malsb. p. 4. *)
— *mirabilis var. elong. Fér.* t. 104. f. 6. 7.
Bulimus metaformis Gray in Ann. of Phil. XXV.
— — *Val.* in Humb. voy. Zool. II. p. 244.
Cochlostyla metaformis Pfr. Symb. I. p. 42.
Orthostylus metaformis Beck ind. p. 49.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

Obs. 1. Variat unicolor vel nigricanti-fasciata, epidermide hydrophana strigata vel nuda, spira magis minusve elongata, anfractu ultimo interdum tumido. — Nonne nomen Menkeanum anteponendum?

Obs. 2. Hic conferantur Bulimi species in §. 1 enumeratae.

§. 48.

587. H. curta Sowerby.

T. imperforata, ovato-conica, crassiuscula, substriata, lutea, epidermide pallida, hydrophana strigata et marmorata, apice rubella, nitida; spira elevata, conica, obtusiuscula; anfr. 6 planulati, ultimus antice paululum descendens, basi brunnescens, epidermide grisea radiatus; columella obliqua, alba, introrsum valde dilatata, dentato-truncata; apertura coarctata, irregulariter semiovalis; perist. crassiusculum, album, nitidum, breviter reflexum. — Diam. maj. 26, min. 23, alt. 25 mill. (Mus. Cuming.)

Helix curta Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 20.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 70.
Achatina? curta Pfr. Symb. II. p. 133.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

588. H. Iloconensis Sowerby.

T. imperforata, ovato-globosa, crassiuscula, laevis, coloribus diversissimis ornata; spira conoidea, obtusa; anfr. 5 convexiusculi; columella subrecta, lata; apertura lunato-ovalis, intus lactea; perist. album, simplex, late expansum, margine dextro extus medio impresso. — R. a. = 5 : 8. — Diam. maj. 29, min. 24, alt.

*) T. ovato-conoidea, obtusissima, imperforata, luteo-fuscescente; apertura alba; columella subunidentata; labro reflexo. — Alt. 16, diam. 12 lin. (Mke l. c.)

25 mill. (Coll. Nr. 344. Spec. max.) — Diam. 24, alt. 20 mill. (Spec. min.)

Helix Iloconensis Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 116.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 30.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 166. f. 27.
— — *Deless.* recueil t. 38. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 294. t. 51. f. 1—4.

Habitat in provincia Iloconensi insulae Luzon (Cuming).

Obs. Variat magnitudine et colore flavo, coerulescente, olivaceo, brunneo, fasciis fulvis, sanguineis, albis etc. Plerumque testa maculis saturatioribus subtiliter conspersa. — Conf. Sow. l. c., ubi 18 varietates enumerantur.

589. H. orbitula Sowerby.

T. imperforata, ovato-globosa, crassiuscula, laevis, alba, basi fusco-lutescens, fasciis rufis et viridibus varie ornata; anfr. 4½—5 convexiusculi; sutura distincta, crenulata, alba; columella lata, alba, subarcuata; apertura lunato-rotundata, intus alba; perist. simplex, late expansum. — R. a. = 5 : 7. — Diam. maj. 26, min. 23, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 345.)

Helix orbitula Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 103.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 35.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 288. t. 50. f. 7. 8.
— *chlorogrammica Val.* in Mus. Paris.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

Obs. Variat spira magis minusve elevata, fasciis viridibus solitariis vel anfractum ultimum fere omnino tegentibus.

590. H. Montfortiana Pfr.

T. imperforata, turbinata, crassa, ponderosa, nigricanti-rufa, epidermide fusco-cinerea, hydrophana induta; spira conoidea, apice violaceo-purpurascens, nuda, nitida, obtusa; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus angulatus: angulo antice evanescente; columella declivis, callosa, alba, basi subdentata; apertura subtetragona, intus nitide alba; perist. breviter reflexum, nigro-fusco-limbatum. — Diam. maj. 31, min. 27, alt. 22 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Montfortiana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 38.

Habitat in insulis Philippinis.

Obs. Characteribus intermedia inter H. Bruguiereanam Pfr. et carbonariam Sow.

591. H. Bruguiereana Pfr.

T. imperforata, turbinato-globosa, solida, nigro-castanea, epidermide hydrophana, fusca, strigata, sursum pallescente obducta; spira conoidea, apice obtusa, purpurea, nitida; anfr. 5 convexiusculi, ultimus basi vix convexus, denudatus; columella

intrans, obliqua, strictiuscula, planata, alba; apertura lunato-ovalis, intus lactea; perist. simplex, brevissime reflexiusculum, intus nigro-marginatum. — Diam. maj. 29, min. 24, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 346.)

Helix Bruguièreana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 44.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 292. t. 44. f. 3. 4.

Habitat in insulis Philippinis.

592. H. viridis Deshayes.

T. imperforata, turbinato-globosa, tenuis, laevigata, sub epidermide viridi alba, fasciis variis nigricanti-rufis ornata; spira conoidea, apice obtusiuscula; anfr. 5½ convexiusculi; columella obliqua, strictiuscula; apertura lunato-ovalis; perist. breviter incrassatum, subreflexum, margine columellari dilatato. — Diam. maj. 26, min. 23½, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 347.)

Helix viridis Desh. in *Lam.* ed. Dh. 159. p. 102.
— — *Griff.* anim. kingd. t. 36. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 289. t. 50. f. 11. 12.
Orthostylus viridis Beck ind. p. 49.

β. Unicolor viridis, strigis longitudinalibus nigricantibus et fascia unica angusta, rufa ad suturam ornata.

Helix viridis var. Chemn. l. c. t. 50. f. 9. 10.

γ. Saturate castanea, fasciis 2 angustis virescenti-fulvis.

Habitat in insula Madagascar (Goudot).

Obs. Conf. H. trochus Müll. Nr. 82.

593. H. Jonasi Pfr.

T. imperforata, globoso-conoidea, solidiuscula, laevigata, non nitens, pallide virescens; spira obtuse conica; anfr. 5 convexiusculi, ultimus basi subplanatus; columella alba, obliqua; apertura lunaris; perist. breviter incrassatum, margine columellari subdilatato, appresso. — Diam. maj. 28, min. 25, alt. 24 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix Jonasi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 126.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 290. t. 50. f. 3. 4.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum.

594. H. dimera Jonas.

T. imperforata, subgloboso-conica, apice obtusa, tenuiuscula, subdiaphana, nitida, epidermide viridi-flava, opaca; anfr. 5 convexi, oblique striati, ultimus caeteros aequans, primi purpurascentes, penultimus albus, ultimus coloribus bipartitus: dimidio supremo albo, altero fusco-nigro; sutura distincta, utrinque fusco-marginata; apertura semilunaris, intus alba; perist. anguste

reflexum, fusco-nigrum; columella oblique descendens, albida, dilatata. — Altit. aeque ac lat. 1 poll. (Jon.) — Coll. Nr. 348.

Helix dimera Jonas Mollusk. Beitr. p. 23. t. 11. f. 17.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 291. t. 50. f. 5. 6.
— *Jonasi β Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 126.

Habitat in insulis Philippinis.

Obs. Praecedentis var. esse videtur. Formae observantur intermediae.

595. **H. Buschi Pfr.**

T. imperforata, conico-globosa, solidiuscula, tenuiter striata, parum nitida, citrina; spira conoidea, apice obtusiuscula; anfr. $5\frac{1}{2}$ convexiusculi, ultimus rotundatus; columella subobliqua, stricta, dilatata, albo-callosa; apertura rotundato-lunaris, intus nitida, concolor; perist. tenue, album, breviter expansum, margine basali cum columellari angulum formante. — Diam. maj. 23, min. 20, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 349.)

Helix Buschi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 126.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 293. t. 44. f. 7. 8.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum.

596. **H. monticula Sowerby.**

T. imperforata, semiovata, tenuis, oblique striata, flava absque nitore, rufo-fasciata, basi aeruginea; apex obtusus; anfr. $4\frac{1}{2}$ —5 planulati; sutura linearis; columella tenuis, excavata, arcuata, alba; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, reflexiusculum, margine dextro antice subconstricto, antrorsum arcuato. — R. a. = 4 : 5. — Diam. maj. 24, min. 20, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 350.)

Helix monticula Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 167.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 34.
— — *Deless.* recueil t. 38. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 297. t. 51. f. 13—17.

β. Testa alba, fascia peripherica fusco-viridi.
γ. Testa albida vel lutescente, fasciis articulatis brunneis ornata.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

597. **H. balteata Sowerby.**

T. imperforata, elongato-globosa, solida, nitida, pallide sulphurea, zonis viridibus et griseo-violaceis elegantissime notata, apice obtuso plerumque rosea; anfr. 5 convexiusculi; columella lata, perobliqua, superne obsolete tuberculata; apertura lunaris; perist. subincrassatum, vix expansum, extus viride, intus viola-

ceum. — R. a. = 7 : 13. — Diam. maj. 25½, min. 22, alt. 21 mill. (Coll. Nr. 351.)

Helix balteata Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 136
— — *Pfr.* Symb. II. p. 23.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 166. f. 25.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 296. t. 51. f. 9—12.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

Obs. Conferantur 8 varietates a Cl. Sowerby l. c. enumeratae.

598. H. annulata Sowerby.

T. imperforata, ovato-globosa, crassiuscula, alba vel citrina, fasciis purpureis, albis et violaceo-brunneis varie ornata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus interdum subangulatus; columella lata, crassa, rosea; apertura rotundato-lunata, intus alba; perist. incrassatum, vix expansum, extus rufescens. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 25, min. 21, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 352.)

Helix annulata Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 135.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 22.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 295. t. 51. f. 5—8.

Habitat in provincia Iloconensi insulae Luzon (Cuming).

599. H. fenestrata Sowerby.

T. imperforata, globoso-turbinata, solida, crassa, nitide castanea, epidermide hydrophana, fuscula, pallide fasciata induta, macularum epidermide destitutarum unica serie infra suturam fenestrata; spira turbinata, obtusa; anfr. 5½ convexi, ultimus basi nudus; columella declivis, dilatata, alba; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. intus incrassatum, album, nitidum, breviter reflexum. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 21 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 353. Spec. jun.)

Helix fenestrata Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 137.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 166. f. 24.
— — *Deless.* recueil t. 38. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 677. t. 108. f. 9—11.

Habitat in provincia Cagayan insulae Luzon (Cuming).

600. H. Parraiana Orbigny.

T. imperforata, globoso-conica, crassa, spiraliter sulcata, fulvo-rubra, zona albida et fusca cincta; spira elevata, conica; anfr. 6½ convexiusculi, ultimus subangulatus, antice gibbus, ad aperturam constrictus; apertura parva, obtuse triangularis; perist. incrassatum, breviter reflexum, margine dextro sinuoso, colu-

mellari strictiusculo, medio introrsum calloso. — Diam. maj. 24, min. 20, alt. 17 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Parraiana Orb. moll. cub. I. p. 146. t. 7. f. 7—9. *)

β. Spira magis elata: diam. 19, alt. 21 mill. (O.)

Habitat in insula Cuba.

601. H. dimidiata Jan. †

T. imperforata, globosa, striata, nitida; anfr. superiores citrini, infimus niveus; apertura lunata, subobliqua; columella gilva; perist. marginatum, subreflexum, album. — Diam. 1″, alt. 1″ 3‴. Apert. diam. long. 5, transv. 6‴. (Jan.)

Helix dimidiata Jan Mantissa p. 1. N. 28.

Habitat in America meridionali.

Obs. Conf. H. platychela Mke (Nr. 736.), sicana Fér. (Nr. 737.) et candidissima Dr. (Nr. 738.)

§. 49.

602. H. ignobilis Sowerby.

T. imperforata, conoideo-globosa, tenuis, striis concentricis minutissimis sculpta, albida, castaneo-bifasciata; spira conoidea, apice obtusiuscula; anfr. 4½ planulati, ultimus obtuse angulatus; columella obliqua, dilatata, alba; apertura lunato-subcircularis; perist. late expansum, margine incrassatum. — R. a. = 5 : 7. — Diam. maj. 29, min. 25, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 354.)

Helix ignobilis Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 102.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 30.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 283. t. 49. f. 11.

Habitat in insulis Philippinis Romblon, Tablas (Cuming).

603. H. tenera Sowerby.

T. imperforata, globoso-conica, tenuis, laevis, alba, fasciis nigricantibus et viridibus ornata, subhyalina; spira depresso-conoidea; anfr. 4½ convexiusculi; columella subrecta, tenuis, subexcavata; apertura lunato-rotundata; perist. simplex, parum expansum. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 25, min. 21½, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 355.)

Helix tenera Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 102.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 40.

---

*) T. imperforata, conico-elevata, crassa, transversaliter sulcata, fulvo-rubra, zona albida fusca cincta; spira elevata, conica; anfr. 7 minime convexis, subcarinatis; apertura minima, sinuata; labro margine crasso, undato. — Diam. 24, alt. 22 mill. (Orb. l. c.) — D. m. 21, min. 19, alt. 20 mill. (ex ic.)

Helix tenera Chemn. ed. II. Helix N. 284. t. 49. f. 12. 13.

Habitat in insulis Philippinis Mindoro, Tablas (Cuming).

Obs. Differt a praecedente spira breviore, anfractibus convexioribus et peristomate. — Variat spira depressiore.

604. H. trigonostoma Pfr.

T. imperforata, trochiformis, tenuis, oblique striatula, lineis nonnullis concentricis impressis notata, alba, fasciis superne linearibus, basi latioribus, fusco-violaceis ornata; spira late conica; anfr. 4½ planiusculi, ultimus spiram superans, obsolete angulatus; columella brevis, callosa; apertura subtriangularis; perist. simplex, margine supero parum expanso, columellari appresso, reflexo. — Diam. maj. 27, min. 22, alt. 18 mill. (Mus. Cuming.)

Helix trigonostoma Pfr. in Phil. Icon. I. 7. p. 154. t. 4. f. 8.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 282. t. 49. f. 10.

Habitat prope Vera Cruz in prov. Honduras Americae centralis.

Obs. Differt a praecedente spira minus elevata, anfractibus planis, columella brevi et aperturae forma.

605. H. Dumonti Pfr.

T. imperforata, coniformis, apice obtusiuscula, albida; anfr. 5 lati, convexiusculi, ultimus basi subplanulatus, ad peripheriam linea 1 nigricante cinctus; columella intrans, obliqua, dilatata; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. simplex, breviter expansum, margine supero antrorsum arcuato, basali subreflexo. — Diam. maj. 26, min. 21, alt. 24 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Dumonti Pfr. in Phil. Icon. II. 11. p. 84. Helix t. 7. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 285. t. 49. f. 14. 15.

β? Minor, apice acutiuscula, anfr. 6, ultimo rubro-bicingulato. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 23 mill. (ex ic.)

Helix coniformis Quoy et *Gaim.* Astrol. II. p. 105. t. 8. f. 15—17. Nec Fér.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cum.); var. *β*? prope portum Carteret Novae Hiberniae (Quoy).

606. H. coniformis Férussac.

T. imperforata, orbiculato-conoidea, laevigata, albido-fuscescens, fasciis fuscis saepe articulatis ornata; sutura profunda; anfr. 5 convexi, ultimus basi planiusculus, antice descendens; apertura perobliqua, magna, ovalis; perist. album, tenue, late expansum, marginibus conniventibus, basali reflexo, columellari dilatato, appresso. — Diam. maj. 24, min. 18, alt. 18 mill. (Mus. Cuming.)

Helix coniformis (Helicostyla) *Fér.* pr. 321. Hist. t. 108. f. 1.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 20.

Helix coniformis Lam. ed. Dh. 160. p. 103.
— *turbinata Desh.* in Encycl. méth. II. p. 265. N. 150.
— *Tuffetii Lesson* voy. de la Coq. p. 313. t. 10. f. 3.
Geotrochus Touffetii Beck ind. p. 47.
Lister t. 16. f. 11?

β. Major, albida, rufo-bifasciata: diam. maj. 25, min. 20, alt. 22 mill (Mus. Cuming)

Habitat in Nova Hibernia ad portum Pralin.

607. H. conspersula Pfr.

T. imperforata, turbinata, striatula, opaca, tenuiuscula, straminea vel cinnamomea, punctis albis confertissime conspersa; spira conoidea, apice obtusiuscula, nigricans; sutura mediocris, castaneo-marginata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus subangulatus, basi planiusculus; columella obliqua, subarcuata, subexcavata, alba, castaneo-marginata; apertura ampla, lunato-ovalis; perist. simplex, breviter expansum. — Diam. maj. 23½, min. 20, alt. 15 mill. (Spec. max. Mus. Cuming.)

Helix conspersula Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 124.
— — *Phil.* Icon. II. 11. p. 84. t. 7. f. 4.

Habitat . . . ?

608. H. Boivini Petit.

T. imperforata, subtrochiformis, oblique minutissime striata, nitida, albida, fasciis nigro-fuscis varie cincta; spira conica, acutiuscula; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice descendens, basi subplanatus, dilute rufus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; columella perobliqua, lata, stricta, alba, supra depresso-planulata; perist. subincrassatum, brevissime reflexum, album, aurantiaco-marginatum. — Diam. maj. 23, min. 19, alt. 18 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Boivini Petit in Revue zool. 1841. p. 184.

Habitat in insulis Salomonis.

609. H. nemoraloides Adams.

T. imperforata, depresso-turbinata, striatula, laevigata, nitida, albida vel pallide straminea, fasciis 3, linea suturali et area columellari castaneis ornata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice vix descendens; columella intrans, perobliqua, superne dilatata, complanata; apertura oblique lunaris; perist. simplex, acutum, breviter expansum. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 14 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 356.)

Helix nemoraloides Adams in Bost. Proc. 1845. p. 15.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 155.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 679. t. 108. f. 5. 6.

Habitat in insula Jamaica.

§. 50.

610. H. opalina Sowerby.

T. imperforata, pyramidalis, apice obtusa, tenuis, hyalina, virescenti-albida, laevis, nitida; sutura linearis, albo-marginata; anfr. 6 plani, ultimus obtuse carinatus; columella tenuis, arcuata, subdentata, sulco obsoleto circumdata; apertura perobliqua, lunato-subcircularis; perist. simplex, vix expansum. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 25 mill. (Coll. Nr. 357.)

Helix opalina Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 98.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 35.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 281. t. 49. f. 6. 7.

Habitat in provincia Cagayan insulae Luzon (Cuming).

611. H. Ferussaci Lesson. †

T. imperforata, trochiformis, saturate castanea, fascia aurea usque ad apicem ornata, basi plana, acute carinata; spira conica; anfr. 6 plani; sutura levissima; apertura depressa, triangularis; perist. marginatum, reflexum, sinuosum. — Diam. 11 lin., alt. 1 poll. (L.)

Helix Ferussaci Less. voy. de la Coq. Zool. II. p. 315. t. 8. f. 5.
Geotrochus Ferussaci Beck ind. p. 47.
— — *Swains.* Malac. p. 332.
Carocolla pileus Mke syn. ed. II. p. 23?

Habitat in Nova Guinea.

Obs. An modo var. acutius carinata H. pilei? Sed imperforata dicitur.

612. H. Gaberti Lesson.

T. imperforata, conoidea, lineis obliquis minutissime subdecussata, pallide flavescens, strigis undatis et flammis fuscis picta; sutura impressa; anfr. 6 planiusculi, ultimus basi angulatus; columella obliqua, dilatata, superne incrassata; apertura subhorizontalis, lunato-elliptica; perist. late expansum, album, marginibus approximatis. — Diam. maj. 26, min. 20, alt. 22 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Gaberti Less. voy. de la Coq. II. p. 314.
— *trochus Quoy* et *Gaim.* Astrol. II. p. 100. t. 8. f. 5—7.
— *trochoides Lam.* ed. Dh. 197. p. 122.
— .... *Fér.* hist. t. 106. f. 10—12.

Habitat in Nova Guinea (Quoy), Nova Hibernia.

613. H. rhombostoma Pfr.

T. imperforata, trochiformis, tenuiuscula, oblique striatula, lineis confertissimis concentricis subdecussata, nitidula, albido-

fulvescens, fasciis castaneis plurimis ornata; spira brevis, conica, apice acuta; anfr. 5 planiusculi, ultimus acute carinatus, basi vix convexus, antice parum deflexus, a latere subcompressus; apertura rhombea; perist. violaceum, margine supero expanso, superne impresso, columellari stricto, dilatato, plano, appresso. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 15 mill. (Coll. Saul. et Metcalfe.)

Helix rhombostoma Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 72.

Habitat . . . . ?

614. H. lonchostoma (Carocolla) Menke.

T. imperforata, orbiculato-conica, acute carinata; sutura linearis; anfr. 6 plani, ad carinam scrobiculato-crenati, ultimus nigricanti-trifasciatus, basi convexiusculus, antice subito deflexus; apertura oblique lanceolata; perist. simplex, acutum, margine supero subexpanso, basali breviter reflexo. — Diam. maj. 22, min. 18, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 358.)

Carocolla lonchostoma Mke syn. p. 76. ed. 2. p. 127.
Helix lonchostoma Voigt in Cuv. Thierr. III. p. 71.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 66. t. 13. f. 5. 6.

Habitat in Brasilia.

Obs. Differt a sequente forma depressa, carinae sculptura et anfractu ultimo deflexo. — Umbilicus juniorum in adultis lamina tenui omnino clausus est.

615. H. bifasciata (Trochus) Burrow.

T. imperforata, acute conica, trochiformis, tenuis, diaphana, albida vel rosea, unicolor vel nigricanti-rufo varie cingulata; anfr. 7 plani, ultimus acute carinatus, supra carinam convexiusculus, antice non descendens, basi vix convexus; apertura perobliqua, triangularis; perist. simplex, album vel roseum, margine supero expanso, basali reflexo. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 359.)

Trochus bifasciatus Burr. elem. t. 27. f. 2.
Helix bifasciata (Helicigona) *Fér.* pr. 143.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 65. t. 13. f. 1. 2.
— *pyramidella Wagn.* in Spix p. 22.
— — *Lam.* ed. Dh. 223. p. 134.
— *Bosciana* (Helicigona) *Fér.* pr. 144. Hist. t. 64. f. 1.
— — *Lam.* ed. Dh. 187. p. 118.
— *Blanchetiana Moric.* Mém. Gen. VI. p. 2. t. 1. f. 3. VII. p. 418.
Carocolla bifasciata Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Helicina pyramidella Spix test. bras. t. 16. f. 1. 2.
Geotrochus pyramidella Beck ind. p. 47.

Habitat in Brasilia, Bahia.

616. H. vitracea Férussac. †

T. obtecte perforata, globulosa, tenuis, vitracea, carinata; anfr. 4½ convexiusculi; apertura lunato-elliptica; perist. simplex, reflexiusculum. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 14 mill. (ex ic.)

Helix vitracea (Helicigona) *Fér.* pr. 146. Hist. t. 64. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 460. t. 76. f. 20. 21.
Geotrochus vitracea Beck ind. p. 48.

Habitat in Nova Hollandia? (Beck.)

Obs. H. carbonaria Sow. characteribus plurimis ad hanc sectionem pertinet, sed ab affinibus eam separare non volui. (Conf. Nr. 774.)

§. 51.

617. H. granulata Quoy et Gaimard.

T. obtecte perforata, globosa, tenuiter granulata, subaurea vel rufescens, fascia fusca cincta; spira brevis; anfr. 5½ planiusculi, ultimus magnus, inflatus; apertura ampla, lunato-elliptica; perist. parum reflexum, album, margine columellari emarginato, valde dilatato, perforationem omnino tegente. — Diam. maj. 50, min. 41, alt. 33 mill. (Mus. Cuming.)

Helix granulata Quoy et *Gaim.* Astrol. II. p. 95. t. 7. f. 6—9.
— — *Lam.* ed. Dh. 164. p. 106.
— — *Fér.* hist. t. 28 A. f. 9. 10.

Habitat ad portum Dorey Novae Guineae.

618. H. Lessoni Pfr.

T. obtecte perforata, globulosa, minute striatula, solidula, castanea, basi pallida; spira turbinata, obtusa; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus inflatus, antice deflexus; apertura lunato-rotundata, intus lilacea; perist. undique expansum, album, margine columellari superne perdilatato, calloso, albo, umbilicum prorsus claudente. — Diam. maj. 35, min. 29, alt. 25 mill. (Spec. Mus. Brit.)

Helix Lessoni Pfr. Symb. III. p. 71.
— *Rangii Less.* voy. de la Coq. p. 305?*) Nec Fér.

Habitat in Australia (Mus. Brit.), in Nova Guinea? (Less.)

619. H. lucorum Linn.

T. subobtecte perforata, globosa, substriata, lineis minutissimis subdecussata, castaneo late fasciata et remote strigata;

*) T. suborbiculari, globulosa, ventrosa, imperforata, convexa, minutissime et interrupte striata, viridi-castanea; anfractu ultimo inflato; apertura rotundata; perist. convexo, reflexo, margine sinistro dilatato. — Diam. 18, alt. 13—14 lin. — Affinis melanotrago. (Less. l. c.)

anfr. 5 convexiusculi, ultimus inflatus, antice breviter descendens; apertura lunato-rotundata, intus nitida; perist. obtusatum, simplex, fuscum, marginibus callo tenuissimo junctis, columellari breviter arcuato, dilatato, reflexo, perforationem fere tegente, basali strictiusculo, subcalloso. — Diam. maj. 50, min. 42, alt. 35 mill. (Coll. Nr. 360.)

Helix lucorum Linn. syst. ed. X. p. 773. ed. XII. p. 1247.
— — *Müll.* verm. II. p. 46. N. 245.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 30. Hist. t. 21 A. f. 1—7.
— — *Wood* ind. t. 34. f. 125.
— — *Rossm.* V. p. 3. f. 291.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 17. p. XIV et 41. t. 5. f. 1. 2
— *castanea Oliv.* voy. I. p. 224. t. 17. f. 1.
— *mutata Lam.* 7. p. 67. ed. Dh. p. 30.
Pomatia lucorum et *mutata Beck* ind. p. 43.

Habitat in Italia, Turcia, Syria.

Obs. Specimina constantinopolitana lineis impressis, confertis, concentricis notata sunt.

620. H. taurica Krynicki.

T. obtecte perforata, globosa, ventrosa, oblique striata, lineis impressis, concentricis obsolete decussata, lutescenti-albida, strigis fusco-nigris irregulariter radiata; spira conoidea; anfr. 5 convexiusculi, medii subfasciati, ultimus magnus; apertura ampla, rotundato-lunata; perist. subpatulum, hepaticum, subsimplex, margine columellari perdilatato, fornicatim reflexo. — Diam. maj. 52, min. 44, alt. 41 mill. — Saepe minor. (Coll. Nr. 361.)

Helix taurica Kryn. in Bull. Mosc. VI. p. 423. t. 9.
— — *Rossm.* VII. p. 13. f. 456.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 14. p. XII. et 39. t. 4. f. 9. 10.
— *lucorum var. Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 151.
— *radiosa Zgl.* Mus.
Pomatia radiosa Beck ind. p. 43.

Habitat in Tauria, Georgia.

621. H. pomatia Linn.

T. semiobtecte perforata, globosa, rugoso-striata, lineis confertis, concentricis magis minusve decussata, rufescens vel flavescens, fasciis fuscis obsoletis notata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus magnus, subcompressus; columella arcuata; apertura ampla, lunato-ovalis, intus nitida; perist. patulum, subincrassatum, margine columellari dilatato, reflexo, carneo vel fuscescente. — Diam. maj. 47, min. 39, alt. 39 mill. (Coll. Nr. 362. Spec. typ.)

Helix pomatia Linn. syst. p. 1244. ed. Gmel. 47. p. 3627.
— — *Chemn.* IX. 1138 a.

Helix pomatia Drap. p. 87. t. 5. f. 20.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 31. Hist. t. 21. f. 3—5. t. 24. f. 2.
— — *Lam.* 8. p. 67. ed. Dh. p. 31.
— — *Sturm* Fauna VI. H. 1. T. 13. 14.
— — *C. Pfr.* I. p. 25. t. 2. f. 9.
— — *Rossm.* I. p. 54. f. 1. 2. 79.
— — *Gray* Man. p. 135. t. 4. f. 34.
— — *Sow.* Conch. Man. f. 268.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 19. p. XIV et 43. t. 5. f. 5. 6.
Pomatia antiquorum Leach moll. p. 89.
— *pomatia Beck* ind. p. 43.
Coenatoria pomatia Held in Isis 1837. p. 910.
Helicogena pomatia Hartm. Gast. I. p. 98. t. 29. 30. 55.

A. Normalis:

α. rustica: testa magis depressa, tenui, apertura ovali. (Hlm.)

β. Gesneri: t. magis globosa vel conoidea, crassiore, pallidiore, fasciis saturatis, apertura magis rotundata.
Helicogena pomatia var. Hartm. l. c. t. 29. f. 2.
Helix pomatia Fér. t. 21. f. 1. 2.

γ. sphaeralis, *δ.* inflata } vid. Hartm. l. c. p. 105.

B. Monstrosa:

ε. sinistrorsa:
Helix pomaria Müll. verm. II. p. 45. N. 244.
Born Mus. p. 376. t. 14. f. 21. 22.
Chemn. IX. P. 1. p. 77. t. 108. f. 908—10.
C. Pfr. III. t. 2. f. 2. 3.
Fér. hist. t. 21. f. 7. 8.
Chemn. ed. II. Helix t. 6. f. 1—3.

ζ. scalaris:
Helix scalaris Müll. verm. II. p. 113. N. 313.
Chemn. IX. 1139.
Drap. t. 5. f. 21. 22.
C. Pfr. III. t. 2. f. 1. 8. 9.
Fér. hist. t. 21. f. 9.
Chemn. ed. II. Helix t. 5. f. 7. 8.

Habitat in Germania, Gallia, Helvetia et omni Europa boreali.

Obs. Specimina hungarica vidi duplo majora.

622. H. Gussoneana Shuttleworth.

T. subobtecte perforata, conico-globosa, solida, distincte minutissime reticulata, fulvescenti-albida, fasciis 5 mediocribus, castaneis ornata; spira elevata, conoidea; anfr. 5 convexi, ultimus vix descendens; columella arcuata; apertura rotundato-lunaris, intus nitida; perist. subsimplex, margine dextro vix expansius-

culo, columellari dilatato, reflexo, albo vel carneo. — Diam. maj. 34, min. 29, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 363.)

Helix Gussoneana Shuttl. in sched. Cuming.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 71.
— *ligata β Fér.* hist. t. 21 B. f. 5?

Habitat circa Neapolim.

623. H. grisea Linn.

T. obtecte perforata, subglobosa, solidiuscula, striis incrementi rugosis, lineisque impressis confertissimis subdecussata, fusco-grisea, fascia latissima castanea vel sordide fusca supra peripheriam et 2 pallidioribus ad basin cincta; spira brevis, conica; anfr. 5, ultimus magnus, ventrosus; apertura ovato-lunaris; perist. simplex, intus rufum, margine columellari obliquo, dilatato, subincrassato. — Diam. maj. 37, min. 33, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 364.)

Helix grisea Linn. syst. ed. X. p. 773. ed. XII. 693. (Gualt. t. 1. f. B!)
— — *Chemn.* ed. II. Helix p. XI. N. 12. t. 4. f. 1. 2.
— *cincta Müll.* verm. II. p. 58. N. 251.
— — *Fér.* hist. t. 20. f. 7. 8. t. 24. f. 1. (c. anim.)
— — *Lam.* ed. Dh. 114. p. 81.
— — *Mich.* compl. p. 17. t. 14. f. 2.
— — *C. Pfr.* III. p. 32. t. 5. f. 2. 3.
— — *Rossm.* V. p. 2. f. 287. IX. p. 10. f. 583. 84.
— — *Küster* Helix p. 38.
= *lemniscata Brumati* p. 22.
Pomatia cincta Beck ind. p. 43.
Coenatoria cincta Held in Isis 1837. p. 910.

β. Albida, fasciis angustis rufis, perist. fusco vel albido.
Helix obtusata Zgl. Rossm. V. f. 288.
— *Philibinensis Friv. Rossm.* IX. f. 581.

γ. Alba, fusco-variegata, fasciis distinctis, peristomatis margine columellari minus dilatato, fusco.
Helix vulgaris Parr. Rossm. IX. f. 582.

Habitat in Illyria (Monfalcone, Fiume!), Gallia meridionali, Italia, var. *β* in Macedonia.

Obs. An huc referenda H. subsequa Zgl.? (Vid. Beck p. 43.)

624. H. lutescens Ziegler.

T. obtecte perforata, turbinato-globosa, striatula, albo-lutescens, raro dilute fusculo-fasciata; spira brevis, conoidea, apice obtusa; anfr. 4 convexiusculi, ultimus inflatus, descendens; columella subverticalis, leviter arcuata, alba; apertura lunato-rotundata, intus alba; perist. breviter expansum, leviter albo-

labiatum, margine columellari superne dilatato, fornicato-reflexo. — Diam. maj. 30, min. 26, alt. 25 mill. (Coll. Nr. 365.)

Helix lutescens Zgl. Rossm. V. p. 4. f. 292.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 15. p. XIII et 40. t. 4. f. 3. 4.
— *cinerascens Andrz.* teste Kryn. Bull. Mosc. IX. p. 153.
— . . . . *Fér.* hist. t. 10 B. f. 8. 9.
Pomatia lutescens Beck ind. p. 43.
Coenatoria lutescens Held in Isis 1837. p. 910.

Habitat in Gallicia, Volhynia?

625. H. melanostoma Draparnaud.

T. obtecte perforata, globosa, solida, ventrosa, cinereo-carnea, subfasciata, plicato-striata; anfr. 4 convexi, ultimus inflatus, antice deflexus; columella obliqua, strictiuscula; apertura ampla, lunato-rotundata, intus carnea, nitida; faux nigricans; perist. intus nigro-fuscum, rectum, subincrassatum, margine dextro rotundato, columellari dilatato, diffuso, basali subreflexo. — Diam. maj. 31, min. 27, alt. 25 mill. (Coll. Nr. 366.)

Helix melanostoma Drap. p. 91. t. 5. f. 25.
— — *Lam.* 21. p. 71. ed. Dh. p. 38.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 15. Hist. t. 20. f. 5. 6. t. 39 B. f. 1. (c. anim.)
— — *Rossm.* V. p. 2. f. 286. IX. p. 9. f. 576.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 11. p. XI et 37. t. 1. f. 11. 12.
Pomatia melanostoma Beck ind. p. 43.
Coenatoria melanostoma Held in Isis 1837. p. 910.

β. Vittata:
Helix melanostoma var. Rossm. IX. f. 577. 78.
— — *Fér.* hist. t. 20. f. 9.
Descript. de l'Egypte Zool. II. t. 2. f. 3.

γ. Candida:
Helix rugosa Anton Verz. p. 34. N. 1279.
— *melanostoma var. Rossm.* IX. f. 579.

Habitat in Europa meridionali et in Nubia (Ehrenb.)

Obs. Varietates observantur ad H. griseam transeuntes.

626. H. figulina Parreyss.

T. subobtecte perforata, conico-globosa, ventricosa, rugulosa, sordide albida, fusculo-sub-5fasciata; anfr. 4 vix convexiusculi; apertura acute ovato-lunaris; perist. rectum, sublabiato-incrassatum, albidum, margine columellari arcuato, dilatato, subappresso-reflexo. — Diam. maj. 22, min. 18, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 367.)

Helix figulina Parr. Rossm. IX. p. 9. f. 580.
— *ligata δ Fér.* hist. t. 20. f. 3.

Pomatia orientalis Beck ind. p. 43.
Descript. de l'Egypte t. 2. f. 2.
β. H. nucula Zgl. Mus.

Habitat in Dalmatia, Graecia, etc.

627. H. varians Menke.

T. subperforata, conoideo-globosa, colore varia, nitidula, striis incrementi distinctis; anfr. 5 convexiusculi, ultimus inflatus; apertura lunato-rotundata, intus rosea; perist. simplex, intus purpureo-labiatum, margine dextro acuto, columellari arcuato, sulcato, subreflexo, perforationem subtegente. — Diam. maj. 19, min. 17, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 368.)

Helix variuns Mke catal. Malsb. p. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 680. t. 109. f. 1—5.
— *carnicolor* (Helicella) *Fér.* pr. 293 et Mus.!
— — *Pfr.* Symb. I. p. 37.
— *pisana Chemn.* IX. P. 2. p. 139. t. 132. f. 1186. 87. Nec Müll.
— . . . . *Fér.* hist. t. 29 A. f. 14—17?
Polymita carnicolor Beck ind. p. 45.
Hemitrochus haemastomus Swains. Malac. p. 165. f. 19?
β. Conoidea: H. apicina Mke cat. Malsb. p. 5.

Habitat in insula Portorico.

Obs. Color in speciminibus aliis albus, lineis multis concentricis, interruptis, fusco-aurantiis vel fasciis fuscidulis latiusculis — in aliis fusco-flavescens, in Chemnitziano albus, cingulis 3 interruptis roseis.

628. H. torulus Férussac.

T. subperforata, globulosa, alba, laevigata, zonula transversa fusca circumdata, basi inflata; anfr. 6 convexi, angusti; apertura parvula, rotundato-lunaris; perist. simplex, album, margine supero subexpanso, basali dilatato, reflexo, perforationem subtegente. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. 11 mill. (Spec. Mus. Brit.)

Helix torulus (Helicogena) *Fér.* pr. 39. Hist. t. 27. f. 3. 4.
— — *Lam.* ed. Dh. 220. p. 133.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 429. t. 72. f. 4. 5.
Galaxias torulus Beck ind. p. 42.

Habitat in Nova Hollandia.

629. H. gyrostoma Férussac.

T. obtecte perforata, subglobosa, solidula, laevis, alba, fasciis 4—5 fulvicantibus obsolete cingulata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus inflatus; apertura fere circularis; perist. album, subreflexum, marginibus approximatis, saepe callo tenui junctis. — Diam. maj. 16, min. 14½, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 369.)

Helix gyrostoma (Helicogena) *Fér.* pr. 37. Hist. t. 32. f. 5. 6.

Helix gyrostoma Voigt in Cuv. Thierr. III. p. 50.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 38.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 430. t. 72. f. 6. 7.

Habitat in Africa boreali: Tripoli (Fér.).

630. H. Troscheli Pfr.

T. perforata, globoso-depressa, confertim costulato-striata, coloribus pervariabilis; spira subelevata, obtusa; anfr. 4½ — 5 convexiusculi, ultimus vix descendens; apertura obliqua, lunato-subcircularis; perist. acutum, intus callosum, expansum, marginibus subconniventibus, columellari dilatato, reflexo, perforationem semioccultante. — Diam. maj. 14 — 14½, min. 12, alt. 9 — 9½ mill. (Coll. Nr. 370.)

Helix Troscheli Pfr. Symb. III. p. 76.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 681. t. 109. f. 6 — 11.
— . . . . *Fér.* hist. t. 29 A. f. 18 — 21.

α. Pallide fulvida, castaneo-strigata vel fasciata, perist. roseo.
β. Albida, fasciis latis cinereis ornata, margine columellari peristomatis purpurascente.
γ. Castanea, linea 1 peripherica pallida, perist. roseo.
δ. Alba, fasciis nonnullis castaneis ornata, fauce rosea.
ε. Pallide flava, albo-subfasciata, spira elatiore: diam. maj. 13, min. 11, alt. 10 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in India occidentali: Cuba (Lindon), Bermuda.

631. H. gallopavonis Valenciennes.

T. subperforata, subglobosa, tenuis, rugulosa, albida, fasciis latis fuscis circumdata et fusco-marmorata; spira conica; anfr. 4½ convexiusculi; apertura lunato-rotundata, intus roseo-labiata; columella latiuscula, expansa, rosea; perist. simplex, subreflexum. — Diam. maj. 14½, min. 12, alt. 9½ mill. (Coll. Nr. 371.)

Helix gallopavonis Val. in Mus. Paris.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 28.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 682. t. 109. f. 12. 13.

Habitat in insula St. Croix (Mus. Paris.) et in «Turk's Island» prope S. Domingo (Gruner).

632. H. filicosta Pfr.

T. subobtecte perforata, depresso-globosa, regulariter costata (costis filiformibus), tenuiuscula, carneo-albida, lineis fuscis obsoletis cincta; anfr. 4½ convexi, ultimus antice deflexus; apertura lunato-circularis; perist. acutum, intus incrassatum, labiatum, marginibus conniventibus, callo introrsum diffuso roseo junctis,

dextro vix expanso, columellari dilatato, reflexo, roseo. — Diam. maj. 14, min. 13, alt. 9 mill. (Coll. Saul.)

Helix filicosta Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 73.

Habitat . . . . ?

§. 52.

633. H. undulata Férussac.

T. imperforata, globosa, solidiuscula, striata, lutescens, lineis fimbriatis confertis inaequalibus fuscis cincta; anfr. 4½ — 5 convexiusculi, supremi albi, minutissime granulati, ultimus permagnus; apertura rotundato-lunaris, intus margaritacea; perist. candidum, breviter reflexum, margine columellari dilatato, appresso. — Diam. maj. 47, min. 38, alt. 35 mill. (Coll. Nr. 372.)

Helix undulata (Helicogena) *Fér.* pr. 25. Hist. t. 16. f. 3. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 18. t. 5. f. 3. 4.
— *lineolata Lam.* 6. p. 67. ed. Dh. p. 30.
— — *Küster* Helix p. 42.

Eurycratera lineolata Beck ind. p. 45.

β. Major: diam. maj. 53, min. 46, alt. 45 mill. (Mus. Cuming.)

Helix undulata var. Fér. t. 16. f. 5. 6.

γ. Helix litigiosa Fér. Mus.?

Habitat in insula Haiti.

634. H. ligata Müller.

T. imperforata, turbinato-globosa, striata, lineis spiralibus interdum obsolete decussata, fusco-albida, fasciis 5 angustis, subaequalibus, interdum confluentibus, spadiceis ornata; spira elevata, subturbinata; anfr. 4 convexiusculi, ultimus inflatus, vix descendens; columella obliqua, strictiuscula, carnea; apertura lunato-rotundata; perist. breviter expansum, margine columellari dilatato, diffuso-calloso. — Diam. maj. 43, min. 35, alt. 36 mill. (Coll. Nr. 373.)

Helix ligata Müll. verm. II. p. 58. N. 252.*)
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 110. f. 128. f. 1137!
— — *Fér.* hist. t. 20. f. 1. 2. 4? t. 21 B. f. 2?
— — *Lam.* ed. Dh. 134. p. 90.
— — *Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 154.
— — *Rossm.* V. p. 3. f. 289.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 13. p. XII. t. 4. f. 7. 8.

*) T. imperforata, subglobosa, alba, fasciis rufis; labro albo. — Gualt. t. 1. f. E. — Diam. 14 lin. — T. striata, luteo-alba, fasciis 5 rufis aequalibus ac fere aeque inter se distantibus; intus alba, fasciis pellucentibus. Apertura subovata; labrum subreflexum, candidum, in centro depressum, dilatatum. Anfr. 4. (Müll. l. c.)

Helix cincta Küster Helix p. 38.
Pomatia ligata Beck ind. p. 43.
Coenatoria ligata Held in Isis 1837. p. 910.
β. Minor, peristomate albido vel fusculo:
Helix ligata var. Rossm. V. f. 290.
γ. Albida, fasciis mediis obsoletis, interruptis, castaneis:
Helix albescens Jan. Rossm. IX. p. 10. f. 585. 86.

Habitat prope Fiume (!), in Italia et Sicilia; in Rossia prope Odessa, in Tauria et Caucaso (Kryn.).

Obs. Cl. Rossmässler var. γ veram H. ligatam Mülleri esse censet, figura autem Chemnitziana omnino cum speciminibus descriptis, prope Fiume lectis, convenit.

635. **H. aspersa Müller.**

T. imperforata, conoideo-globosa, ruguloso-malleata, tenuis, griseo-lutescens, fasciis variis castaneis, flammulisque flavidis ornata; spira brevis, conoidea; anfr. 4 — 4½ convexiusculi, ultimus ventrosus, antice subito deflexus; columella obliqua, leviter arcuata, alba; apertura lunato-ovalis; perist. acutum, expansum, breviter reflexum, marginibus conniventibus, columellari dilatato. — Diam. maj. 41, min. 32, alt. 32 mill. (Coll. Nr. 374. Spec. Fiumens.)

Helix aspersa Müll. verm. II. p. 59. N. 253.
— — *Chemn.* IX. f. 1156. 57. et 1138 b.
— — *Lam.* 9. p. 68. ed. Dh. p. 32.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 51. Hist. t. 18. 24. f. 3. (c. anim.)
— — *Rossm.* I. p. 55. f. 3. V. p. 5. f. 294.
— — *Gray* Man. p. 128. t. 5. f. 35.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 67.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 9. p. XI. et 34. t. 3. f. 6. 7.
— *grisea Gmel.* 111. p. 3649. Nec Linn.
— — *Brumati* p. 24.
— *variegata Gmel.* 190. p. 3650.
— *hortensis Penn.* Brit. Zool. IV. 136. t. 84. f. 126.
— — *Wood* t. 34. f. 126.
— *fluminensis Lang.* (teste Beck.)
— *lucorum Pult.* (teste Montagu.)
Pomatia adspersa Beck ind. p. 44.
Coenatoria aspersa Held in Isis 1837. p. 910.
Knorr Vergnüg. IV. p. 43. t. 27. f. 3.
β. Minor nigricans, fulvo anguste fasciata et flammulata: diam. maj. 28, min. 23, alt. 22 mill. (Spec. azor.)
γ. Flavescens:
Helix secunda Costa. (Villa cat.)

δ. Monstrosa, scalaris vel anfractibus omnino solutis:
Born Mus. t. 13. f. 10. 11.
Chemn. XI. t. 211. f. 2092. 93.
Fér. hist. t. 19. f. 3—9.
ε. Sinistrorsa, plerumque minor:
Fér. hist. t. 19. f. 1. 2.

Habitat in tota Europa meridionali, nec non in Gallia, Britannia, Algeria, insulis Azoris, Brasilia etc.

636. H. Mazzullii Jan.

T. imperforata, globoso-conica, tenuis, costulato-rugosa, pallide fuscescens; spira conica, acutiuscula; anfr. 4 convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus magnus, inflatus; apertura ampla, fere circularis; perist. simplex, marginibus callo tenui, nitido junctis, supero patulo, basali reflexo. — Diam. maj. 32, min. 26, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 375.)

Helix Mazzullii Jan Mantissa p. 1.
— — *Phil.* Sicil. I. p. 126. t. 8. f. 8.
— — *Pot.* et *Mich.* gal. I. p. 94.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 10. p. XI. t. 3. f. 8.
— *aspersa var. Rossm.* V. p. 5. f. 295. 96.
— — — *Küst.* Helix p. 36.
— *crispata Costa* catal. p. 106 et 111. N. 23. Nec Fér.
— *ritirugis Cantr.* Malac. méd. p. 100.
— *rugosa Mühlf.* (teste Beck.)
Pomatia Mazzullii Beck ind. p. 44.

β. Fasciis 5 fuscescentibus ornata.

Habitat in Sicilia, in montibus circa Panormum.

637. H. leytensis Pfr.

T. imperforata, globosa, tenuissima, fragilis, laeviuscula, pallide virens, fasciis interruptis, albis, opacis ornata; spira parvula, parum elata; anfract. 4 rapide accrescentes, planiusculi, ultimus permagnus, subangulatus; columella tenuis, subrecta; apertura ampla, rotundato-lunaris; perist. simplex, breviter expansum. — Diam. maj. 30, min. 24, alt. 21 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix leytensis Pfr. Symb. III. p. 71.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 257. t. 42. f. 7. 8.
— *fragilis Sow.* in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 40. Nec Pfr.

Habitat in insula Leyte Philippinarum rarissima (Cuming).

* *

638. H. grandis Pfr.

T. imperforata, globoso-turbinata, solida, ponderosa, striata, nigricanti-rufa, epidermide griseo-fuscescente fasciatim obducta;

spira conica, apice pallida; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus spira brevior, basi inflatus, fortius striatus; columella verticalis, brevis, subtorta; apertura late lunaris, intus margaritacea; perist. nigricans, late expansum, margine basali incrassato, reflexo, cum columellari valde dilatato, albido angulum obtusum formante. — R. a. = 11 : 18. — Diam. maj. 68, min. 60, alt. 58 mill. (Mus. Cuming.)

Helix grandis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 43.

Habitat prope Bangui prov. Iloconensis insulae Luzon (Cuming).

639. **H. Studeriana Férussac.**

T. imperforata, subglobosa, tenuis, saturate brunnea vel olivaceo-fusca, oblique striata et transversim minutissime rugulosa; spira semiglobosa; anfr. 6, summi planulati, eleganter granulati, ultimus inflatus, obsolete angulatus vel sulco impresso ad peripheriam notatus; apertura rotundato-lunaris, intus margaritacea; columella recte descendens, callosa; perist. reflexum, intus album. — Diam. maj. 62, min. 52, alt. 44 mill. (Coll. Nr. 376.)

Helix Studeriana (Helicostyla) *Fér.* pr. 316. Hist. t. 103. f. 6.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 36.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 251. t. 41. f. 1. 2.
Stylodon Studeriana Beck ind. p. 46.

Habitat in insulis Seychellis: Praslin. (Dufo p. 200.)

Obs. Huic proxime affines sunt H. unidentata Chemn. (Nr. 787.) et cepoides Lea (Nr. 786.).

640. **H. turbinoides Broderip.**

T. imperforata, conico-globosa, lineis incrementi oblique striata, viridis, fasciis albis, hydrophanis cingulata, apice saturate fulvo-rubens; spira obtuse conica; anfr. 5 tumidi, ultimus spiram subaequans; columella arcuata, purpureo-fusca; apertura lunato-subovalis, fere circularis, intus nitidissime lactea; perist. simplex, reflexum, brunneo-marginatum. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 70, min. 55, alt. 50 mill. (Coll. Nr. 377.)

Helix turbinoides Brod. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 23.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 40.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 166. f. 21. 22.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 248. t. 39. f. 1. 2.
Chromocochlea turbinoides Hartm. Gast. I. p. 137. t. 41.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

Obs. Species inter omnes fere elegantissima. Variat testa tota viridi et ochraceo-brunnea, taeniis nigris et viridibus ornata.

641. H. sarcinosa Férussac.

T. imperforata, ovato-globosa, sublaevigata, absque nitore, coloribus varia; spira late conoidea, apice obtusa; anfr. 5 convexiusculi, ultimus magnus, inflatus, interdum obsolete angulatus; columella rosea, subrecta, basi intorta, subtruncata; apertura lunato-subovalis, intus nitide lactea; perist. violacescenti-rubrum, expansum, reflexiusculum, marginibus callo tenui, nitido, introrsum diffuso, junctis. — R. a. = 5 : 9. — Dimens. variab. (Coll. Nr. 378.)

Helix sarcinosa (Cochlostyla) *Fér.* pr. 323. Hist. t. 109. f. 1—3.
— — *Brod.* in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 121.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 163. f. 7.
Orthostylus sarcinosus Beck ind. p. 49.
Bulimus sarcinosus Pfr. Symb. II. p. 50.

α. Virescens, anfractu basali fascia superne subrubra inferne albido-tessellata cincto, columella subrosea, labii limbo roseo vix tincto. — Diam. maj. 68, min. 57, alt. 58 mill. (Spec.)
Helix sarcinosa Chemn. ed. II. Helix N. 247. t. 40. f. 1. 2.

β. Brunneo-virescens, anfractu basali fascia obscura subrubra taenia albida tessellatim interrupta inferne limbata cincto, labii limbo subroseo. — Long. 3, lat. 2½ unc. (Brod.)

γ. Flavo-virens, strigis latis ochraceo-albis, longitudinaliter obliquis picta et fasciis brunneo-virescentibus cincta, labii limbo albo. — Long. 2½, lat. 2⅜ unc. (Brod.)

δ. Viridi-brunnea, fasciis interruptis ochraceo-albis et nigro-brunneis alternis cincta, labii limbo pallide subroseo. — Diam. maj. 59, min. 53, alt. 51 mill. (Spec.)
Helix sarcinosa var. Chemn. l. c. t. 40. f. 3. 4.

ε. Brunneo-virescens, fasciis subnigricantibus cincta, albido-ochraceo interrupte tessellato-maculata, labii limbo pallide subroseo. — Long. 2⅞, lat. 2⅝ unc. (Brod.)

ζ. Ochraceo-alba, fasciis frequentibus castaneo-nigris cincta, labii limbo subrosaceo. — Dimens. uti var. *ε*. (Brod.)

η. Tota fusca: Fér. t. 109. f. 3.

Habitat in insulis Philippinis, *α* et *β* Masbate, *γ* et *δ* Guimaras, *ε* et *ζ* in insula Negros (Cuming).

Obs. Hoc loco conf. H. cretata Brod. (Nr. 675.)

642. H. Harfordii Broderip.

T. imperforata, globoso-subturbinata, substriata, fulva, epidermide liberea fusco tessellatim maculata induta, ad peripheriam pallide fasciata; spira subelata, apice obtusa, pallida, nitida; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus obsolete angulatus; columella obliqua, medio incrassata, carneo-fusca; apertura lunato-ovalis, intus coerulescenti-albida; perist. subincrassatum, breviter reflexum,

carneo- vel fusco-marginatum. — R. a. = 5 : 8. — Diam. maj. 70, min. 58, alt. 48 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix Harfordii Brod. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 123.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 165. f. 15.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 30.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 254. t. 42. f. 1. 2.

β. Spira depressa, sursum albescens; anfr. ultimus superne subangulatus, fulvus, fascia lata centrali et maculis irregularibus albidis ornatus: diam. 65, alt. 45 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Negros Philippinarum, var. β rarissima prope Tanhay (Cuming).

643. H. mindanaensis Sowerby.

T. imperforata, globoso-conica, solida, oblique rugoso-striata, apice obtuso pallida, luteo-fusca, opaca, maculis variis rufis pellucidis ornata; spira conoidea; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus medio obtuse angulatus, infra angulum fascia lata, hydrophana, albida signatus; columella livida, subrecte descendens, medio subintorta; apertura tetragono-ovalis, intus plumbea; perist. subincrassatum, parum reflexum, livido-fuscum, margine supero arcuatim dilatato. — R. a. = 13 : 22. — Diam. maj. 52, min. 43, alt. 42 mill. (Coll. Nr. 379.)

Helix mindanaensis Sow. in sched. Cuming.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 85.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 33.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 253. t. 41. f. 5. 6.
— *Mindana Reeve* Conch. syst. II. t. 164. f. 8.
Chromocochlea Mindorana Hartm. Gast. I. p. 139. t. 42.

Habitat in insula Mindanao (Cuming).

Obs. Differt ab H. Harfordii et affinibus forma conica, maculis pallidis non hydrophanis, sed in ipsa testae substantia positis et margine dextro aperturae sinuato.

644. H. Pan Broderip.

T. imperforata, conoideo-globosa, oblique striata, epidermide hydrophana ubique obducta, albida vel fusca, zonis variis fulvis et nigricantibus ornata; spira elata; anfr. 5 planiusculi; columella subrecte descendens, albida, dilatata; apertura lunato-ovalis, intus lactea; perist. anguste reflexum, intus brunneum vel albidum. — R. a. = 13 : 22. — Diam. maj. 52, min. 42, alt. 41 mill. (Coll. Nr. 380.)

Helix Pan Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 23.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 36.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 165. f. 19.

Helix Pan Deless. recueil t. 38. f. 9.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 249. t. 39. f. 5—7.

Habitat in insula Bohol Philippinarum (Cuming).

Obs. Differt a praecedente epidermide, anfractu ultimo non angulato, colore et forma columellae et aperturae.

645. H. Cailliaudi Deshayes.

T. imperforata, depresso-globosa, solida, longitudinaliter ruguloso-striata, lineis concentricis impressis nonnullis notata, luteo-fulva, fasciis 2 nigro-castaneis, pluribusque angustis epidermidis albidae hydrophanae cincta; spira brevis, apice obtusa; anfr. 5, supremi planulati, reliqui convexi, ultimus magnus, basi subplanulatus, concentrice sulcatus, antice paululum descendens; columella obliqua, lata, alba, excavata; apertura ampla, perobliqua, lunato-obovalis, intus nitide alba; perist. late expansum, breviter reflexum, album. — Diam. maj. 58, min. 46, alt. 37 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix Cailliaudi Desh. in Guérin mag. 1839. t. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 255. t. 42. f. 3. 4.

β. Unicolor, fuscidula:
Helix ferruginea Lea Philad. tr. 1841. p. 464. t. 12. f. 17.

γ. Minor, fusca, albo-zonata, apice alba: diam. maj. 44, min. 35, alt. 28 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Luzon, var. γ in ins. Mindanao (Cuming).

646. H. chlorochroa Sowerby.

T. imperforata, subglobosa, tenuiuscula, fulvida vel pallide brunnea, albo-marmorata et strigata, epidermide cinereo-fuscescente induta; spira semiglobosa; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus ad peripheriam obsolete angulatus; columella oblique arcuata, denticulata; apertura rotundato-lunaris; perist. subincrassatum, expansum, fuscum. — R. a. = 11 : 20. — Diam. maj. 50, min. 42, alt. 34 mill. (Coll. Nr. 381.)

Helix chlorochroa Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 2.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 25.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 261. t. 44. f. 1. 2.

Habitat in insula Bohol Philippinarum (Cuming).

647. H. Fraseri Gray.

T. imperforata, globoso-turbinata, solidiuscula, leviter striata, fulva, fasciis variis nigricanti-brunneis ornata; spira late conoidea; anfr. 6½ convexiusculi, ultimus antice paululum deflexus; apertura lunato-ovalis, intus nitide livida; perist. late expansum, reflexiusculum, intus violaceum, marginibus callo tenui junctis,

dextro arcuato, columellari superne valde dilatato. — Diam. maj. 55, min. 45, alt. 39 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Fraseri Gray in Proc. Zool. Soc. 1836. p. 63.
— — Zool. of Beech. voy. p. 143. t. 38. f. 6.
— — *Griff.* anim. kingd. t. 36. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 302. t. 52. f. 9. 10.
— *Capucinus Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 74.
Arianta? Fraseri Beck ind. p. 41.

Habitat . . . . ?

648. H. haemastoma Linn.

T. imperforata, globoso-conoidea, laevigata, castanea, infra peripheriam zona lata alba ornata, apice rosea; spira conoidea, obtusa; sutura mediocris, albo-marginata; anfr. 4 convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus basi subcompressus; apertura perobliqua, oblonga, intus alba; perist. late reflexum, purpureum, marginibus callo lato, purpureo junctis, columellari valde dilatato, subexcavato. — Diam. maj. 45, min. 36, alt. 33 mill. (Coll. Nr. 382.)

Helix haemastoma L. syst. ed. 10. p. 773. ed. 12. p. 1247. N. 694.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 122. t. 130. f. 1150. 51.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 52. Hist. t. 32 B. f. 1. 2. 5
— — *Lam.* 16. p. 70. ed. Dh. p. 36.
— — *Crouch* p. 28. t. 14. f. 17.
— — *Sow.* Conch. Man. f. 267.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 7. p. IX et 31. t. 3. f. 1. 2.
— *haematragus Born* ind. p. 400.
— *acava Val.* in Mus. Paris.
Otala haemastoma Schumacher p. 191.
Acavus haemastomus Montf. p. 235. t. 59.
— — *Beck* ind. p. 37.
— — *Hartm.* Gast. I. p. 165. t. 56.

β. Major: diam. maj. 72, min. 51, alt. 46 mill. (Mus. Cuming.)

γ. Alba, fascia unica ad peripheriam, areaque basali castaneis, perist purpureo. (Spec.)

δ. Superne nigricanti-rufa, basi praeter aream columellarem candida, fascia angusta alba prope suturam, perist. et callo margines jungente nigris:

Helix melanotragus Born ind. p. 400. Mus. p. 388.
— — *Lam.* 17. p. 70. ed. Dh. p. 37.
— — *Fér.* pr. 53. Hist. t. 32 B. f. 3. 4.
— — *Küster* Helix p. 32.
— *senegalensis* Encycl. méth. t. 462. f. 4.
— *haemastoma var. Chemn.* IX. f. 1152. 53.
— — *var. Chemn.* ed. II. Helix t. 3. f. 4. 5.

ε. Major, luteo, roseo et fusco variegata, absque fasciis, columella alba, perist. castaneo-marginato: diam. maj. 56, min. 43, alt. 35 mill. (Spec.)

Helix haemastoma var. Chemn. IX. f. 1154.
— — *var. Chemn.* ed. II. Helix t. 3. f. 3. t. 7. f. 9. 10.
— *melanotragus var. Fér.* hist. t. 32 B. f. 6.
Acavus melanotragus Beck ind. p. 37.

Habitat in insulis Ceylon et Nicobar.

649. **H. melanocheila Valenciennes.**

T. imperforata, depresso-globosa, crassiuscula, fusca, epidermide hydrophana cinereo-fusca fasciatim obducta, fasciis nigris ornata; spira depresso-semiglobosa; anfr. 4½ vix convexiusculi; columella perobliqua, late expansa, alba; apertura lunato-rotundata, intus alba; perist. subincrassatum, expansum, nigricans. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 46, min. 37, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 383.)

Helix melanocheila Val. in Mus. Paris.
— — *Grat.* Bord. XI. p. 397. t. 4. f. 12.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 32.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N 263. t. 44. f. 9. 10.
— *brunnea Sow.* in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 40. Nec Anton.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

650. **H. chrysocheila Sowerby.**

T. imperforata, depresso-globosa, crassiuscula, oblique striata, rubella, epidermide nitida, olivaceo-lutea induta; spira obtusa; anfr. 4½ convexi, ultimus valde inflatus; columella perobliqua, dilatata, profunde intrans, subexcavata, vitellina; apertura lunato-rotundata, intus alba; perist. latum, reflexum, valde incrassatum, aurantiacum. — R. a. = 5 : 9. — Diam. maj. 48, min. 38, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 384.)

Helix chrysocheila Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 3.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 25.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 163. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 262. t. 44. f. 5. 6.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

651. **H. speciosa Jay.**

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, subpellucida, laevis, castanea, fulva, spadicea vel olivacea, apice obtuso plerumque violacea; spira semiglobosa; anfr. 4½ rapide accrescentes, ultimus magnus; columella plana, declivis, alba; apertura lunato-subcircularis, intus lactea; perist. reflexum, extus fusco-marginatum. —

R. a. = 5 : 9. — Diam. maj. 42, min. 35, alt. 32 mill. (Coll. Nr. 385.)

Helix speciosa Jay catal. 1836. t. 3. f. 9.
— — *Jay* catal. 1839. p. 116. t. 3. f. 9.
— — Zool. of Beech. voy. p. 144. t. 38. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 270. t. 46. f. 7—9.
— *coccomelos Sow.* in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 167.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 25.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 164. f. 9.

Habitat in insula Tablas Philippinarum (Cuming).

Obs. Multimode variat magnitudine, colore testae et apicis, nec non labri. Interdum fasciae adsunt nigricanti-rufae, quare Cl. Sowerby sex varietates enumeravit, quarum tertia (var. c.) cum H. speciosa a Cl. Jay prius delineata identica est.

652. H. sphaerion Sowerby.

T. imperforata, globulosa, tenuiuscula, striatula, luteo-fulva, epidermide non nitente, tenuissima induta; spira semiglobosa, apice obtuso alba, nitida; sutura pallide marginata; anfr. 4—5, supremi planulati, ultimus inflatus; columella tenuis, arcuata, subexcavata, alba; apertura lunato-ovalis, intus lactea, antice fuscidula; perist. simplex, vix expansiusculum, margine supero antrorsum arcuato. — Diam. maj. 40, min. 35, alt. 31 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix sphaerion Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 256. t. 42. f. 5. 6.

β. Saturate brunnea, apice violacea.

γ? Superne pallide fuscescens, basi saturate castanea, apertura majore. (Mus. Cuming.)

Helix sphaerion var.? Phil. Icon. III. 17. Helix t. 10. f. 2.

Habitat in insulis Leyte et Mindoro Philippinarum (Cuming).

Obs. Differt ab H. speciosa praecipue peristomate vix expanso.

653. H. Roissyana Férussac.

T. imperforata, subglobosa, crassiuscula, laevis, varie colorata, epidermide hydrophana plerumque obducta; spira obtusissima; anfr. 5 convexiusculi, ultimus ventrosus; columella declivis, strictiuscula, plana; apertura sublunaris, intus alba; perist. expansum, nigro-marginatum. Diam. maj 37, min. 32, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 386.)

Helix Roissyana (Helicostyla) *Fér.* pr. 319 ter. Hist. t. 104. f. 2. 3.
— — *Desh.* in Encycl. méth. II. N. 149. p. 265. *)

*) T. orbiculato-conoidea, turbiniformi, apice obtusa, laevigata, fasciis fuscis variabilibus ornata; anfr. 5 — 6; apertura subsemilunari: columella recta, lata, depressa, alba; labro obtuso, nigro, vix reflexo. — Diam. bas. 32 mill. (Desh. l. c.)

Helix Roissyana Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 101.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 272. t. 47. f. 1—5.
— *Rossiana Gray* in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Helicostyla Roissyana Beck ind. p. 37.
β. Var.? Helix .... Fér. hist. t. 107. f. 11—13.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

Obs. Variat testa alba, epidermide flavescente obducta, varie nigricanti-fasciata, vel saturate castanea, epidermide crassa, opaca, hydrophana — vel fere tota nigra etc.

654. H. pulcherrima Sowerby.

T. imperforata, subglobosa, unicolor vel coloribus variis pulchre picta, plerumque epidermide albida elegantissime reticulato-fasciata; spira parvula, obtuse conoidea, apice nitide sanguinea; anfr. 4½ convexi, ultimus valde inflatus, ad columellam excavatus; columella obliqua, albido-callosa, superne obsolete unidentata; apertura lunato-circularis, intus nitidissima; perist. simplex, expansum. — R. a. = 4 : 7. — Diam. maj. 42, min. 33, alt. 29 mill. (Coll. Nr. 387.)

Helix pulcherrima Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 90.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 164. f. 12. 13.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 37. (exclus. var. *β.*)
— — *Deless.* recueil t. 38. f. 11. 12. 15. 16.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 264. t. 45. f. 1—4.
Calocochlea pulcherrima Hartm. Gast. I. p. 163. t. 54.

Habitat in provincia Cagayan insulae Luzon (Cuming).

Obs. Varietates 14 praecipuae a Cl. Sowerby l. c. enumeratae differunt colore testae saturate castaneo, rufo, cinnamomeo, fulvo, virescente, roseo vel flavo — fasciis solitariis vel approximatis, continuis vel reticulatis — peristomate albo, roseo vel purpureo-limbato. Fascia latior peripherica epidermidis albae fere in omnibus adest.

655. H. Norrisii Sowerby.

T. imperforata, globoso-depressa, solida, obsolete malleata, glabra, fulvo-citrina, zonis opacis, candidis et infra suturam maculis irregularibus albis notata; spira semiglobosa; anfr. 4½ convexi, ultimus ad columellam latam, callosam, arcuatim prolongatam excavatus; apertura lunato-subcircularis, intus lactea; perist. crassum, latissime expansum. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 42, min. 34, alt. 28 mill. (Coll. Nr. 388.)

Helix Norrisii Sow. in sched. Cuming.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 85.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 34.

Helix Norrisii Chemn. ed. II. Helix N. 267. t. 46. f. 1. 2.

Habitat in insulis Luzon et Mindanao (Cuming).

Obs. Intermedia inter H. pulcherrimam et zoniferam, ab illa spira depressa et columella arcuata, ab altera columella excavata, nec angulata distinguenda.

656. H. zonifera Sowerby.

T. imperforata, subglobosa, tenuis, fulva, zonis variis opacis, lutescenti-albidis ornata, obsolete angulata; anfr. 4 convexi, supremi depressi; columella plana, recta, elongata; apertura lunato-rotundata, intus nitida; perist. simplex, expansum, album, cum callo columellari angulatim junctum. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 40, min. 33, alt. 27 mill. (Coll. Nr. 389.)

Helix zonifera Sow. in sched. Cuming.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 85.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 42.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 165. f. 17.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 268. t. 46. f. 3. 4.

β. Tenuissima, luteo-virens, basi unicolor, ad peripheriam fascia lata nigricante et angustiore albida, superne fasciis pluribus albis interruptis ornata.

γ. Rufo-nigricans, fasciis variis sordide albidis.

δ. Crassiuscula, cinnamomea, fasciis lutescenti-albidis.

ε. Major, fulva, fascia nigricante, albido-maculata ad suturam, et latissima, medio alba, ad peripheriam. — Diam. maj. 46, min. 37, alt. 33 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insulis Philippinis, *α* et *β* Leyte, *γ* et *δ* Samar, *ε* Mindanao (Cuming).

Obs. Differt ab H. pulcherrima spira depressa, anfractu ultimo minus inflato, et columella neque excavata, neque dentata.

657. H. decipiens Sowerby.

T. imperforata, subglobosa, tenuis, laevis, non nitens, pellucida, fulva vel sulphurea, epidermide hydrophana alba strigata et fasciata; spira subelata; anfr. 4 rotundati; columella alba, subarcuata; apertura lunato-subcircularis, intus lactea; perist. expansum. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 35, min. 28, alt. 25 mill. (Coll. Nr. 390.)

Helix decipiens Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 96. (excl. var. plur.)
— — *Pfr.* Symb. II. p. 27.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 265. t. 45. f. 5. 6.

α. Cinnamomea, albo-strigata et medio unifasciata. (Mus. Cuming.)

β. Sulphurea, albo-strigata et albo-1—2-fasciata. (Spec.)
γ. Unicolor straminea. (Spec.)
Habitat in insulis Philippinis Luzon et Capul (Cuming).

Obs. 1. Differt ab H. pulcherrima apertura minus transversa, subelongata, columella non excavata, perist. expanso, non reflexo, etc.

Obs. 2. Varietates nonnullae H. mirabilis saepe cum nostra specie confusae sunt, ex descriptione Sowerbyana emendata facile dignoscendae. (Conf. Pfr. Symb. II. p. 27.)

658. **H. dubiosa Pfr.**

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, obsolete malleata, fulva, fascia suturali et area columellari nigro-rufis, fasciisque plurimis epidermidis hydrophanae albidae ornata; spira subsemiglobosa; anfr. 4 convexiusculi, celeriter accrescentes; columella intrans, planulata, declivis; apertura lunato-rotundata, intus margaritacea; perist. tenue, album, late expansum, vix reflexiusculum, margine basali cum columella angulum obsoletum formante. — Diam. maj. 35, min. 28, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 391.)

Helix dubiosa Pfr. Symb. III. p. 71.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 123.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 269. t. 46. f. 5. 6.
— *decipiens var. c* et *d Sow.* Proc. Zool. Soc. 1840. p. 97.
— — *ex parte Pfr.* Symb. II. p. 27.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 165. f. 16.
— — *var. Deless.* recueil t. 38. f. 10.

β. Fasciis 2 nigricantibus ad peripheriam.
γ. Fasciis peripheriis latis, interstitio albido. (Coll. Gruner.)
Habitat in insula Samar Philippinarum (Cuming).

659. **H. luzonica Sowerby.**

T. imperforata, conico-globosa, crassiuscula, oblique striata, rufa, apice sanguinea, epidermide liberea fere omnino tecta, medio fascia lata, albida ornata; spira conoidea; anfr. 5—5½ convexiusculi; columella obliqua, dilatata, tuberculosa; apertura lunato-circularis, intus lactea; perist. incrassatum, late reflexum, albo vel purpureo late limbatum. — R. a. = 5 : 7. — Diam. maj. 43, min. 34, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 392.)

Helix luzonica Sow. in sched. Cuming.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 32.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 85.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 165. f. 20.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 266. t. 45. f. 7. 9. 10.

β. Minor, unicolor, lacte castanea, non nitens, apice sanguinea: diam. maj. 39, min. 30, alt. 28 mill. (Spec.)
Helix pulcherrima var. Cuming in sched.

Helix pulcherrima β Pfr. Symb. II. p. 37.
— *luzonica var. Chemn.* l. c. t. 45. f. 8.
γ. Minor: diam. maj. 31, min. 26, alt. 23 mill. (Spec.)
Helix luzonica var. Chemn. l. c. t. 45. f. 11.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

Obs. Differt ab H. pulcherrima testa crassa, conoidea, anfractuum lentius accrescentium numero, columellâ vix excavata et labro incrassato.

660. H. obtusa Pfr.

T. imperforata, subglobosa, tenuis, striis incrementi et lineis impressis concentricis obsoletis subdecussata, nitida, laete castanea; spira subelevata, obtusa; anfr. 4 convexi, ultimus inflatus; columella obliqua, acuta, alba; apertura dilatata, subauriformis, intus margaritacea; perist. simplex, expansum. — R. a. = 5 : 8 — Diam. maj. 35, min. 29, alt. 26 mill. (Mus. Cuming.)

Helix obtusa Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 38.
β. Alba, minor: diam. maj. 30, min. 24, alt. 20 mill. (Mus. Cum.)

Habitat in insula Luzon (Cuming).

661. H. unica Pfr.

T. imperforata, globosa, solidiuscula, oblique striatula, albida; sutura profunda; anfr. 5½ inflati, supremi planiusculi; columella profunde intrans, arcuata, subcanaliculata; apertura perobliqua, subcircularis, intus alba; perist. late expansum, intus fulvidum, marginibus approximatis, basali incrassato. — R. a. = 13 : 20. — Diam. maj. 38, min. 31, alt. 19 mill. (Mus. Cuming.)

Helix unica Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 151.

Habitat prope Samboanga insulae Mindanao (Cuming).

Obs. Forma accedit ad H. mammillam Fér., a qua differt testa omnino imperforata, laeviuscula etc.

662. H. collodes Sowerby.

T. imperforata, subsemiglobosa, tenuis, alba, epidermide fusco-lutescente, nitida induta, apice carnea; sutura distincta, rufo-marginata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus basi subplanulatus; columella brevis, obliqua, tenuis; apertura rotundato-lunaris, intus alba; perist. expansum, subincrassatum, nigricans. — R. a. = 5 : 8. — Diam. maj. 32, min. 27, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 393.)

Helix collodes Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 102.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 25.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 676. t. 108. f. 7. 8.

Habitat in insula Tablas Philippinarum (Cuming).

663. **H. tephrodes Pfr.**

T. imperforata, subglobosa, solida, ponderosa, superne rufa, strigis latis epidermidis cinereae hydrophanae fere obtecta, basi straminea, rufo-fasciata; anfr. 4½ convexi, supremi depressi, rotundati, rufescentes; columella lata, alba, subarcuata; apertura lunato-subcircularis, intus alba; perist. simplex, reflexum. — R. a. = 11 : 20. — Diam. maj. 37, min. 33, alt. 30 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 394. jun.)

Helix tephrodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 151.

Habitat in provincia Pangasinon insulae Luzon (Cuming).

Obs. Variat zonis alternantibus latis rufis et flavidis sub epidermide strigata.

664. **H. Butleri Pfr.**

T. imperforata, globosa, tenuiuscula, laevis, apice obtuso alba; spira semiglobosa; sutura mediocris; anfr. 4½ planiusculi, ultimus inflatus, pallide lutescens, lineis confertis, fuscis, interruptis ornatus; columella subrecta, lata, profunde intrans; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, album, margine dextro vix expanso, basali subincrassato, cum columella angulum obtusum formante. — Diam. maj. 37, min. 31, alt. 28 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Butleri Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 87.

— *crispata Fér.*? *Pfr.* Symb. II. p. 26.

β. Minor: diam. maj. 31, min. 26, alt. 22—23 mill. (Coll. Nr. 395.)

Helix Butleri Phil. Icon. I. 4. p. 80. t. 4. f. 12.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 273. t. 47. f. 11. 12.

γ. Solida, epidermide lutescente obducta, area columellari interdum nitide nigricante.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

665. **H. languida Pfr.**

T. imperforata, globosa, tenuiuscula, regulariter et confertim oblique striata, apice obtuso lutescens; sutura linea fusca, nitida notata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus rufus, epidermide hydrophana cinerascente indutus, albo-lineolatus, basi nudus, nitidus; columella verticalis, albo-callosa; apertura subovalis; perist.... — R. a. = 5 : 8. — Diam. et alt. 30 mill. (Mus. Cuming.)

Helix languida Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 150.

Habitat in insula Siquijor, ubi in foliis palmarum nonnisi 2 specimina incompleta legit Cl. Cuming.

Obs. Affinis videtur varietatibus quibusdam H. metaformis.

666. **H. retusa Pfr.**

T. imperforata, subglobosa, apice retusa, tenuis, laevigata, basi concentrice striolata, castaneo-fulva, albo late strigata et flammulata, epidermide hydrophana, albida, decidua partim induta, sursum pallescens, castaneo-fasciata; spira brevis; anfr. 4 convexiusculi, ultimus subangulatus, vix descendens; columella intrans, alba, superne dentato-dilatata; apertura rotundato-lunaris, intus margaritacea; perist. late expansum, reflexiusculum. — Diam. maj. 28, min. 24, alt. 20 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix retusa Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 132.
— — *Phil.* Icon. II. 11. p. 84. t. 7. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 274. t. 47. f. 9. 10.

Habitat in insula Samar Philippinarum (Cuming).

667. **H. sphaerica Sowerby.**

T. imperforata, globosa, oblique irregulariter rugulosa, flava, haud nitens, fascia nivea ad suturam, saturate rufa ad peripheriam ornata, interdum fusco-strigata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus juxta aperturam constrictus; columella lata, alba, subtuberosa, area nigricante circumdata; apertura lunato-circularis, intus nitide nivea; perist. reflexum, nigro-marginatum. — R. a. = 5 : 11. — Diam. maj. 26, min. 23, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 396.)

Helix sphaerica Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 26.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 39.
— — *Deless.* recueil t. 38. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 250. t. 39. f. 3. 4.

Habitat in insulis Luzon et Zebu (Cuming).

668. **H. mandarina Gray.**

T. imperforata, turbinato-globosa, solida, striata, castanea; spira elata, conoidea, apice obtusa; anfr. 5½ convexi, ultimus pallide cingulatus, interdum medio subangulatus; sutura profunda; apertura late rotundato-lunaris; perist. subincrassatum, margine supero vix expanso, basali et columellari dilatato, arcuato, carneo. — Diam. maj. 27, min. 23, alt. 20 mill. (Mus. Cuming.)

Helix mandarina Gray Zool. of Beech. voy. p. 143. t. 38. f. 3.

β. Spira elatiore, apertura magis rotundata: diam. maj. 25, min. 22½, alt. 23 mill. (Mus. Cuming.)

Helix mandarina var. Gray Zool. of Beech. voy. t. 34. f. 2.

Habitat Loo-Choo (Gray).

669. **H. strobilus Férussac.**

T. imperforata, conico-globosa, oblique striata, nitida, nigricans, interdum cingulo lato fusco circumdata, circa columellam

area flava, rubro-cincta ornata; anfr. 5½ convexi, ultimus basi planulatus, antice deflexus; apertura lunato-ovalis; columella lata, alba, intrans, excavata; perist. album, reflexum, margine columellari declivi. — Diam. maj. 26, min. 22, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 397.)

Helix strobilus (Helicostyla) *Fér.* pr. 317. Hist. t. 103. f. 1.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 55.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 72.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 437. t. 72. f. 22. 23.
Helicostyla strobilus Beck ind. p. 36.
β. Carnea, columella et apertura roseis. (Mus. Cuming.)
Helix mamilla Lea obs. I. p. 166. t. 19. f. 64.
Habitat in insulis Antillis? (Beck.)

670. H. avellana Férussac.

T. obtecte subperforata, conoideo-globosa, crassa, ponderosa, sublaevigata, castanea, unicolor vel albo irregulariter radiata et variegata; spira conoidea, obtusa; anfr. 5 convexi, ad suturam profundam plerumque plicatuli et albo-fasciati, ultimus ventrosus, antice vix descendens; apertura obliqua, parvula, subsemicircularis; perist. subrectum, intus incrassatum, marginibus callo junctis, columellari lato, reflexo, appresso. — Diam. maj. 20, min. 18, alt. 16 mill. (Coll. Gruner.)

Helix avellanea (Helicostyla) *Fér.* pr. 318. Hist. t. 103. f. 4. 5.
— *avellana Lam.* ed. Dh. 167. p. 107.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 313. t. 54. f. 7. 8.
Helicostyla avellana Beck ind. p. 36.
Habitat . . . ?

Obs. Similis H. strobilo et alaudae, ab utraque anfractibus convexis, ultimo basi non excavato, subrimato, distincta. — «An H. alaudae var. spira elatiore?» (Dh.)

§. 53.

671. H. cornu militare Linn.

T. imperforata, globoso-depressa, solida, striata, sulcis impressis nonnullis cingulata, alba, epidermide fusca decidua; spira brevis, obtusa; anfr. 5 planiusculi, ultimus basi inflatus; apertura rotundato-lunaris, patula, intus nitide alba; perist. simplex, reflexum, margine supero arcuato, columellari calloso, valde dilatato. — Diam. maj. 68, min. 53, alt. 42 mill. (Coll. Nr. 398.)

Helix cornu militare Linn. syst. ed. 10. p. 770. ed. 12. p. 1243. N. 666.
— — — (Helicogena) *Fér.* p. 21. Hist. t. 15. f. 5—7.
— — — *Chemn.* ed. II. Helix N. 3. p. VII. t. 1. f. 9. 10.

Helix malum terrae Chemn. IX. P. 2. p. 116. t. 129. f. 1142. 43.
— *gigantea Scop.* Delic. insubr. t. 25. f. A.
— — *Lam.* 2. p. 65. ed. Dh. p. 27.
— — *Küster* Helix p. 27.
Eurycratera gigantea Beck ind. p. 45.
Leiostoma gigantea Swains. Malac. p. 328.
Knorr Vergn. VI. p. 62. t. 32. f. 2!
β. Castanea, fasciis numerosis intense brunneis ornata:
Fér. hist. t. 32. f. 1.

Habitat in insulis Sandwich, teste Jay catal.

Obs. 1. E rarissimis! Specimina temporibus recentioribus non allata esse videntur.

Obs. 2. Conf. hoc loco H. Waltoni Reeve (Nr. 7).

672. H. extensa Müller.

T. imperforata, subglobosa, lineis elevatis circumdata, rugoso-malleata, sub epidermide decidua fuscescente alba; spira brevis, obtusa; anfr. 4 planulati, ultimus convexus, subcarinatus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; columella lata, plana, leviter arcuata; perist. reflexum, tenue, margine dextro repando. — Diam. maj. 38, min. 32, alt. 28 mill. (Mus. Cuming.)

Helix extensa Müll. verm. II. p. 60. N. 254.*)
— — *Lam.* 18. p. 70. ed. Dh. p. 37.
— — *Fér.* pr. 24. Hist. t. 16. f. 1. 2?
Eurycratera extensa Beck ind. p. 46.

Habitat in insulis Molluccis? (Beck.)

673. H. latitans Broderip.

T. imperforata, globoso-depressa, solida, longitudinaliter striata, sulcis concentricis obsolete notata, atrorufescens, epidermide tenui, flavescenti-grisea induta, medio rufo-fasciata; spira brevis, nuda; anfr. 4 convexiusculi, ultimus obsolete angulatus; columella declivis, lata, plana, fusco-carnea; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus nitida, livida; perist. intus fusco-carneum, late expansum, tenuiusculum, vix reflexum, marginibus callo nitido junctis, supero arcuato, basali cum columellari angulum formante. — Diam. maj. 67, min. 53, alt. 44 mill. (Coll. Nr. 399.)

Helix latitans Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 3.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 165. f. 18.

---

*) T. imperforata, subglobosa, pallida, immaculata, apertura ampla. — Diam. 16 lin. — Facies H. pomatiae, at spira (anfract. superiores simul sumti) minus prominens; apertura repanda, seu extremitas anfractus magis protensa, anfractusque quatuor. Foramen labio perfecto obturatum; labrum nullum — In Museo Spengleriano. (Müll. l. c.)

Helix latitans Deless. recueil t. 38. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 259. t. 43. f. 3. 4.

Habitat in insula Bohol Philippinarum (Cuming).

674. H. cryptica Broderip.

T. imperforata, globoso-depressa, solida, striata, rugis obliquis sculpta et lineis elevatis cincta, purpureo-brunnea, epidermide fuscula induta; spira brevis, nuda; anfr. 4 convexiusculi, ultimus medio angulatus, antice descendens; columella declivis, valde dilatata, carnea; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus argenteo-coerulescens; perist. late expansum, incrassatum, reflexum, carneo-lividum. — Diam. maj. 66, min. 53, alt. 42 mill. (Coll. Nr. 400.)

Helix cryptica Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 22.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 26.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 258. t. 43. f. 1. 2.

Habitat in insula Samar Philippinarum (Cuming).

Obs. Differt ab H. latitante rugis obliquis, epidermide fuscescente, peristomate crasso, margine supero magis deflexo.

675. H. cretata Broderip.

T. imperforata, depresso-globosa, solida, sub epidermide griseo-flavida saepe obscure zonata, nitide atro-rufescens; spira subelevata, semiglobosa, strigis epidermidis variegata; anfr. 4 convexi, ultimus lineis elevatis, concentricis cinctus et irregulariter malleatus; columella declivis, strictiuscula, dilatata, plana, alba vel rubella; apertura ampla, lunato-ovalis, intus margaritacea; perist. late expansum, reflexum, margine supero arcuato, basali cum columellari angulum obtusum formante. — Diam. maj. 66, min. 51, alt. 46 mill. (Mus. Cuming.)

Helix cretata Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 23.

Habitat in insula Leyte Philippinarum (Cuming).

Obs. Differt ab H. latitante et cryptica forma globosa, spira elatiore et sculptura.

676. H. cognata Férussac.

T. imperforata, depressa, solida, transverse ovata, oblique striata, obsolete granulosa, nitida, spadiceo-fulvescens, punctis rufis irregulariter aspersa; spira brevissima; anfr. 4 planiusculi, ultimus interdum medio pallide cingulatus, basi albus, inflatus, antice breviter deflexus; apertura perobliqua, transverse ovalis, intus nitida, livida; perist. album, crassum, breviter reflexum,

margine columellari dilatato, appresso, excavato. — Diam. maj. 51, min. 38, alt. 30 mill. (Coll. Saul. et Walton.)

Helix cognata (Helicogena) *Fér.* pr. 76. Hist. t. 44. f. 4.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 72.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 260. t. 43. f. 5. 6

Habitat in insulis Antillis? (Fér.)

Obs. Tria vidi specimina in collectionibus Londinensibus prorsus aequalia, forma ad H. asperam Fér. accedentia, sculptura et apertura edentula facile distinguenda.

677. **H. ponderosa Pfr.**

T. imperforata, globoso-depressa, tumida, solida, ponderosa, laeviuscula (striis incrementi et concentricis confertissimis vix conspicuis), alba, basi epidermide nitida, pallide cornea induta; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus subangulatus, fasciis albis hydrophanis infra angulum interdum obsolete notatus; columella recta, lata, perobliqua; apertura subauriformis, intus alba; perist. late reflexum. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 46, min. 34, alt. 27 mill. (Coll. Nr. 401.)

Helix ponderosa Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 38.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 675. t. 108. f. 3. 4.
— .... *Fér.* hist. t. 28 A. f. 5. 6.

Habitat in provincia Iloconensi insulae Luzon (Cuming).

Obs. Forma H. latitanti similis, differt magnitudine, colore et sculptura minutissima.

678. **H. lignaria Pfr.**

T. imperforata, subgloboso-depressa, solida, laevigata, castanea, fasciis variis epidermidis hydrophanae, fusco-cinereae obducta; spira vix elevata, obtusa; anfr. 4½ vix convexiusculi, celeriter accrescentes, ultimus ad peripheriam subangulatus; columella strictiuscula, perobliqua, lata, planata, fusca; apertura rotundato-lunaris, intus albida; perist. subincrassatum, brevissime reflexum, fusco-marginatum. — Diam. maj. 45, min. 36, alt. 27 mill. (Mus. Cuming.)

Helix lignaria Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 111.

Habitat prope Surigao insulae Mindanao.

Obs. Differt ab H. melanocheila Val. spira depressa et columella obliqua, ab H. matrueli Sow. spira depressiore, columella non dentata, etc.

679. **H. matruelis Sowerby.**

T. imperforata, globoso-depressa, tenuiuscula, oblique striata, nigricans, epidermide fusco-cinerea hydrophana induta; area columellaris nitide lutea, fascia nigricante circumdata; spira parum

elata; sutura levis; anfr. 4, supremi complanati; columella oblique, valide (interdum obsoletius) dentata, extrorsum dilatata, brunnea; apertura subtrapezoidalis, intus livida; perist. incrassatum, expansum, brunneo-marginatum. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 38, min. 31, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 402.)

Helix matruelis Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 24.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 32.
— — *Deless.* recueil t. 38. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 271. t. 46. f. 10. 11.
— . . . . *Fér.* hist. t. 107. f. 14—16?

β. Minor, subglobosa: diam. 35, alt. 24 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Mindanao Philippinarum (Cuming).

680. H. Albaiensis Sowerby.

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, nitida, alba, unicolor vel fusco-zonata; spira depressa; sutura linearis; anfr. 4 planiusculi, ultimus subtus inflatus; columella tenuis, subrecta, declivis, profunde excavata; apertura lunato-ovalis, margine supero subdepresso; perist. late reflexum, album, margine subincrassato, cum columella angulum distinctum formante. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 39, min. 30, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 403.)

Helix Albaiensis Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 100.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 22.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 674. t. 108. f. 1. 2.
— *mirabilis monstr.? Fér.* hist. t. 105. f. 3?

β? Fér. hist. t. 28 A. f. 1. 2.

Habitat in provincia Albaiensi insulae Luzon (Cuming).

681. H. aurata Sowerby.

T. imperforata, depressa, tenuis, longitudinaliter et concentrice obsolete et confertim striata, aurea, fascia lata rubra prope suturam et plerumque angusta coerulea supra peripheriam ornata; spira vix exserta, apice obtusa, purpurea; anfr. 4½ planiusculi, ultimus inflatus, non descendens; columella leviter arcuata, excavata, alba; apertura parum obliqua, lunaris, intus unifasciata; perist. simplex, breviter expansum, margine supero antrorsum dilatato. — Diam. maj. 35, min. 25, alt. 21 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 404. jun.)

Helix aurata Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 100.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 166. f. 26.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 678. t. 108. f. 12—14.

β. Superne aurea, ad suturam interdum albo-fasciata, basi alba. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Luzon rarissima (Cuming).

682. H. zonulata Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, lineis minutissimis decussantibus scabriuscula, nitidula, fulvescenti-carnea, ad peripheriam fascia diluta albida, superne zonula unica rufa, angusta, marginata circumdata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus ventrosus; columella tenuis, rubicunda, callosa; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, reflexum, margine columellari dilatato, umbilici locum prorsus tegente, cum basali angulum subdenticulatum formante. — Diam. maj. 26, min. 21, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 405.)

Helix zonulata (Helicogena) *Fér.* prodr. p. 67.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 305. t. 53. f. 3—5.
— *Listeri Fér.* pr. 22. Hist. t. 15. f. 1. 2.
— *lemniscata Less.* voy. de la Coq. p. 306. *)
Eurycratera zonulata Beck ind. p. 46.

β. Major: diam. maj. 30, min. 24, alt. 17 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in Nova Guinea.

683. H. cromyodes Pfr.

T. imperforata, depresso-globosa, tenuissima, pellucida, olivaceo-fulva, apice violacea; anfr. 4 planiusculi, ultimus magnus, medio fascia lata, alba cingulatus et epidermide tenuissima cinerascente fasciatim ornatus, basi minute et concentrice striatus; columella perobliqua, lata, alba; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, expansum, margine rufo-violacescente. — R. a. = 3 : 7. — Diam. maj. 32, min. 26, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 406.)

Helix cromyodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 150.
— — *Phil.* Icon. II. 9. p. 3. Helix t. 6. f. 9.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 306. t. 53. f. 6. 7.

β. Major, fasciis interruptis hydrophanis varie cingulata: diam. maj. 35, min. 28, alt. 22 mill. (Coll. Dunker.)

Helix fragilis Collect. Nec Sow.

Habitat in provincia Misamis insulae Mindanao (Cuming).

684. H. Najas Pfr.

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, subtilissime striata, sub epidermide decidua, lutescente hyalina, alba; spira brevis; anfr. 4 convexiusculi, ultimus valde inflatus; columella leviter arcuata, subsimplex; apertura parum obliqua, lunato-ovalis; perist. simplex, undique breviter expansum. — Diam. maj. 27, min. 22, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 407.)

Helix Najas Pfr. Symb. III. p. 71.

---

*) T. subglobosa, glaberrima, imperforata, tenui, aureo-fulva, fascia unica angusta, rufa ornata; apertura rotundata; perist. subreflexo, margine sinistro crasso, coccineo. — Magnit. et forma H. rufae Less. — Nova Guinea. (Less. l. c.)

Helix Najas Phil. Icon. II. 15. p. 185. Helix t. 9. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 308. t. 53. f. 12. 13.
Habitat . . . ? (Ex Antillis oriunda dicitur.)

685. H. intorta Sowerby.

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, diaphana, subtilissime striata, coloribus valde varians; sutura linearis, plerumque rufo-marginata; anfr. 4½ vix convexiusculi, supremi depressi, ultimus subtus inflatus; columella oblique descendens, acuta, subexcavata; apertura lunato-rotundata; perist. simplex, reflexiusculum. — R. a. = 4 : 7. — Diam. maj. 32, min. 27, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 408.)

Helix intorta Sow. in Proc. Zool. Soc. 1840. p. 168.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 164. f. 10.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 31.
— — *Deless.* recueil t. 38. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 307. t. 53. f. 8—11.
Habitat in insulis Bohol, Capul, Negros, Siquijor (Cuming).

Obs. 1. Variat colore albido, citrino, roseo, sulphureo vel cinnamomeo, fasciis interdum nullis, plerumque 3 pallide rufis vel nigricantibus, peristomate albo aut rufo vel roseo-marginato. (Conf. var. 12 a Cl. Sowerby l. c. enumeratae.)

Obs. 2. Persimilis sequenti; differt anfractibus convexioribus, sensim accrescentibus, ultimo inflato, apertura lateraliter non dilatata, perist. vix reflexo.

686. H. Valenciennesii Eydoux.

T. imperforata, globoso-depressa, tenuis, diaphana, nitidula, minute striata, alba; spira parva, superne depressa; sutura linearis, superne rufo-marginata; anfr. 4 planiusculi, ultimus magnus, obsolete angulatus; columella declivis, subexcavata; apertura lunato-elliptica; perist. simplex, expansum. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 32, min. 27, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 409.)

Helix Valenciennesii Eyd. in Guérin mag. 1838. t. 115. f. 2.
— — *Deless.* recueil t. 38. f. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 304. t. 53. f. 1. 2.
Habitat in insula Capul Philippinarum (Cuming).

687. H. filaris Valenciennes.

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, striis incrementi validis notata, albida, epidermide pallide cornea, decidua instructa; spira parum elevata, obtusa; sutura linearis, albo-marginata; anfr. 4 planiusculi, ultimus obtuse angulatus; columella obliqua, margine granulosa; apertura dilatata, lunaris; perist.

nigrum, subincrassatum, parum expansum. — R. a. = 4 : 7. — Diam. maj. 37, min. 30, alt. 21 mill. (Mus. Cuming.)

Helix filaris Val. Mus. Paris. (teste Cum.)

— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 38.

β. Minor, apice nigricante, sutura rufa: diam. maj. 33, min. 27, alt. 19 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Marinduque Philippinarum (Cuming).

Obs. 1. Intermedia inter H. Valenciennesii et virginem, a priore spira elevata et anfractu ultimo obtuse angulato, basi non inflato, ab altera spira majore, columella magis obliqua et perist. incrassato, nigro diversa.

Obs. 2. H. conformis Fér. ex icone speciebus praecedentibus affinis videtur, tamen ex descriptione alio loco inserenda. (Conf. Nr. 777.)

688. H. Sirena Beck.

T. imperforata, globoso-depressa, diaphana, spiraliter minutissime et confertissime striata, pallide viridis aut straminea, fasciis rufis et saturate viridibus ornata; spira parum elevata; sutura levis; anfr. 4 convexiusculi, ultimus ad peripheriam interdum subangulatus, albido-cingulatus, antice subito deflexus; columella brevis, arcuata, macula fusca circumdata; apertura lunato-elliptica, intus fasciata; perist. simplex, late expansum, nigricans, marginibus conniventibus. — R. a. = 8 : 15. — Diam. maj. 24, min. 18½, alt. 15½ mill. (Coll. Nr. 410.)

Helix Sirena Beck in sched. Cuming.

— — *Pfr.* Symb. II. p. 39.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 309. t. 53. f. 14—17.

β. Major, subcarinata, subtus unicolor, perist. albo: diam. maj. 26, min. 20½, alt. 14½ mill. (Spec.)

Helix Sirena Phil. Icon. I. 4. p. 78. Helix t. 4. f. 6.

γ. Unicolor straminea, fascia pallidiore supra carinam obtusam: dimens. sicut var. *β.* (Spec.)

Habitat in insula Panay Philippinarum (Cuming.)

Obs. Huic similes sunt varietates nonnullae ecarinatae H. Hügeli Pfr. (Conf. Nr. 785.)

* * *

689. H. Petitiana Orbigny. †

T. imperforata, subdepressa, ovata, crassa, exilissime transversaliter et longitudinaliter striata; spira brevis, obtusissima; anfr. 4; apertura lata; labrum margine incrassatum, reflexum; columella complanata. — Diam. 67, alt. 27 mill. (O.) — Diam. maj. 67, min. 48, alt. 31 mill. (ex ic.)

Helix Petitiana Orb. moll. cub. I. p. 144. t. 9. f. 1—3.

Habitat in insula Cuba: Jagua.

Obs. «Similis H. auricomae Fér., magnitudine et peristomate reflexo distinguenda.»

690. H. sobrina Férussac.

T. imperforata, globoso-depressa, solida, oblique striata, pallide lutea; anfr. 5 convexiusculi, ultimus ad peripheriam obtuse angulatus; apertura perobliqua, lunato-rotundata, intus alba; perist. incrassatum, reflexiusculum, marginibus callo junctis, dextro breviter arcuato, columellari dilatato, irregulariter et obsolete denticulato. — Diam. maj. 54, min. 43, alt. 30 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix sobrina (Helicogena) *Fér.* pr. 84. Hist. t. 43. f. 6.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 74.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 298. t. 52. f. 1. 2.

β. Minor: diam. maj. 44, min. 37, alt. 24 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Cuba (Petit).

691. H. crassilabris Pfr.

T. imperforata, depressa, crassa, ponderosa, irregulariter striata et undique granulata, albida, lineis spiralibus, undulatis, fuscis, fasciaque unica castanea ad peripheriam ornata; spira vix elevata, distincte granulata, apice nuda, alba; anfr. $4^1/_2$ planiusculi, sensim accrescentes, ultimus minutissime granulatus, medio subcarinatus, antice vix descendens; apertura obliqua, semielliptica, intus alba; perist. undique incrassato-reflexum, margine dextro subsinuoso, columellari intus obsolete plicato. — Diam. maj. 42, min. 35, alt. 22 mill. (Mus. Cuming.)

Helix crassilabris Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 111.
— — *Phil.* Icon. III. 17. Helix t. 10. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 299. t. 52. f. 3. 4.

Habitat in insula Cuba (Lindon).

692. H. Cumingi Pfr.

T. imperforata, depressa, obtuse angulata, apice obtuso violacea, oblique striata, nigricanti-rufa, epidermide rufa, superne maculis irregularibus, basi fasciis multis stramineo-cinereis ornata; anfr. 4, supremi planiusculi, ultimus subinflatus; columella recte descendens, late callosa; apertura lata, subquadrangularis; perist. late expansum, margine inferiore incrassato. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 38, min. 32, alt. 21 mill. (Coll. Nr. 411.)

Helix Cumingi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 88.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 26.
— — *Phil.* Icon. I. 3. p. 69. Helix t. 3. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 423. t. 70. f. 3. 4.

Habitat in insula Zebu Philippinarum (Cuming).

Obs. Similis et proxime affinis H. zebuensi (Nr. 773).

693. H. orbiculata Férussac.

T. imperforata, subsemiglobosa, solida, striata, virenti-fusca; spira convexa, obtusa; anfr. 5½ planiusculi, ultimus obsolete angulatus, ad peripheriam zonis 2 angustis, nigricanti-rufis circumdatus, basi planiusculus; apertura perobliqua, lunato-elliptica; perist. incrassatum, subreflexum, fusco-violaceum, marginibus callo junctis, basali late transverse dentato. — Diam. maj. 34, min. 29, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 412.)

Helix orbiculata (Helicogena) *Fér.* pr. 86. Hist. t. 47. f. 4.
— — *Lam.* ed. Dh. 216. p. 131.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 424. t. 70. f. 9. 10.
Dentellaria orbiculata Beck ind. p. 35.
β. Minor, absque cingulis: diam. 24, alt. 18 mill. (ex ic.)
Helix orbiculata var. Fér. hist. t. 47. f. 3.
Dentellaria decipiens Beck ind. p. 35.

Habitat in Guyana et Cayenne.

694. H. phloiodes Pfr.

T. imperforata, depressa, solida, sub epidermide corticina (strigis saturatioribus variegata) nitide nigricanti-rufa; spira subplanulata; sutura profunda; anfr. 4½ convexi; columella subrecta, perobliqua, subexcavata; apertura late lunaris, intus livida, nitida; perist. incrassatum, reflexum, fuscum. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 29, min. 25, alt. 17½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix phloiodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 151.

Habitat in insula Zebu Philippinarum (Cuming).

695. H. discolor Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, solida, striata, obsolete granulata, pallide rufa; spira semiglobosa; anfr. 4, summi planiusculi, ultimus inflatus, angulatus, supra angulum fascia pallida ornatus, subtus saturatior, antice gibbus, subito deflexus; apertura irregulariter ovalis; perist. late incrassatum, subreflexum, marginibus callo junctis, supero dilatato, basali dente oblongo, calloso munito. — Diam. maj. 34, min. 28, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 413.)

Helix discolor (Helicogena) *Fér.* pr. 79. Hist. t. 46. f. 3—6.
— — *Lam.* 35. p. 75. ed. Dh. p. 43.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 46.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 47. t. 9. f. 11. 12.
Dentellaria discolor Beck ind. p. 35.

Habitat in Cayenne! Trinidad, Martinique (Fér.).

Obs. Forma saepe irregularis, testa a latere quasi compressa, diametro longiore aucta.

696. H. lima Férussac.

T. imperforata, orbiculato-subconoidea, solida, griseo-fusca, granulis albis confertissimis exasperata; anfr. 4—4½ planulati, ultimus obsolete carinatus, antice gibbus, subito deflexus; apertura perobliqua, angusta, irregulariter lunaris; perist. incrassatum, marginibus callo tenui junctis, supero reflexo, basali late calloso, introrsum dilatato. — Diam. maj. 29, min. 24, alt. 15½ mill. (Coll. Nr. 414.)

Helix lima (Helicogena) *Fér.* pr. 81. Hist. t. 46. f. 1. 2.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 47.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 29. p. 55. t. 7. f. 13. 14.
— *punctifera Lam.* 80. p. 87. ed. Dh. p. 65.
Otala punctifera Beck ind. p. 36.

β. Varietas?
Helix lima var. notabilis Fér. t. 46 A. f. 4. 5.
Otala asperula Beck ind. p. 36.

Habitat in insula Portorico, var. *β* Curaçao. (Beck.)

697. H. incerta Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, granulato-punctata, cinereo-albida, strigis obliquis et lineis concentricis plurimis fuscis, cinguloque 1 latiore nigricante ornata; anfr. 4 convexi, celeriter accrescentes, ultimus antice deflexus; apertura lunato-rotundata, intus nitide alba; perist. incrassatum, album, margine columellari introrsum acute dilatato. — Diam. maj. 22, min. 18, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 415.)

Helix incerta (Helicostyla) *Fér.* hist. t. 105. f. 2.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 37.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 425. t. 71. f. 3. 4.
— *striolata Guild.* in Mus. Britt.!
— *alutacea Ziegl.* Mus.
— *velutinoides Ant.* Verz. p. 36. (juv.)
Otala incerta Beck ind. p. 36.
Thelidomus striolata Swains. Malac. p. 330.

Habitat in insula St. Thomas.

Obs. Variat anfractu ultimo carinato.

698. H. sarcostoma Webb et Berthelot.

T. imperforata, subglobosa, solidula, obsolete striata et granulato-punctulata, fusca, castaneo fasciata et pallide marmorata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. amplum, reflexum, subrevolutum, nitidum, carneum, marginibus approximatis, callo crassiusculo

junctis, basali saepe subdentato. — Diam. maj. 28, min. 22, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 416.)

Helix sarcostoma Webb et *Berth.* syn. p. 312.
— — *Orb.* canar. p. 54. t. 1. f. 13. 14.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 414. t. 70. f. 5. 6.

Habitat in saxosis insularum Canariensium Fuerteventurae et Lancerottae.

699. H. Saulcyi Orbigny.

T. imperforata, globoso-depressa, oblique rugulosa, undique minute malleata, albida, fusco-maculata, fasciis 5 angustis castaneis ornata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice subito deflexus; apertura perobliqua, coarctata, lunato-ovalis; perist. album vel roseum, marginibus subparallelis, dextro late expanso, reflexiusculo, columellari dilatato, introrsum late tuberculato. — Diam. maj. 26, min. 21, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 417.)

Helix Saulcyi Orb. canar. p. 56. t. 3. f. 9—11.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 415. t. 70. f. 7. 8.

Habitat in Canaria majore, Fuerteventura.

700. H. paradoxa Pfr.

T. imperforata, globoso-depressa, nitida, concentrice subtilissime et confertissime striata, virescenti-flava, apice nigro-violacea, area basali saturate castanea; anfr. 5 planiusculi, ultimus irregularis, lateraliter subcompressus, prope aperturam tumidus; apertura lunato-elliptica; perist. album, acutum, late reflexum, margine supero intus callo castaneo munito, basali in tuberculum horizontale incrassato. — Diam. maj. 25, min. 20, alt. 14 mill. (Mus. Cuming.)

Helix paradoxa Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 39.
— — *Phil.* Icon. I. 7. p. 153. Helix t. 4. f. 7.

β. Albida, peristomate et apertura intus flavis. (Coll. Nr. 418.)
Helix paradoxa Chemn. ed. II. Helix N. 420. t. 71. f. 1. 2.

Habitat in provincia Albaiensi insulae Luzon (Cuming).

Obs. Aliquantulum affinis H. Thersitae. (Conf. N. 781.)

701. H. constricta Pfr.

T. imperforata, semiglobosa, nitida, concentrice minutissime striata, flavo-albida, fasciis 2 fuscis, interruptis ad peripheriam ornata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus basi subplanatus, antice subito descendens, constrictus; apertura intus nitide flava, lunaris; perist. acutum, album, late reflexum, margine basali subin-

crassato; area columellaris callosa, subexcavata. — Diam. maj. 23, min. 19, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 419.)

Helix constricta Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 39.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 413. t. 69. f. 21. 22.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (Cuming).

702. H. alauda Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, solidiuscula, nitida, albido-grisea, fulvo-coerulescente zonata et marmorata; anfr. 5 convexi, ultimus antice subito deflexus, basi circa columellam excavatus; apertura lunato-subcircularis, intus livido-fulva; perist. simplex (plerumque roseum), margine supero expanso, columellari dilatato, oblique interdum dentato. — Diam. maj. 22, min. 18, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 420.)

Helix alauda (Helicostyla) *Fér.* pr. 319. Hist. t. 103. f. 2. 3.
— — *Lam.* 55. p. 80. ed. Dh. p. 51.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 56.
— — *Orb.* moll. cub. I. p. 149. t. 9. f. 8—10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 421. t. 71. f. 12.
— *purpuragula Lea* obs. I. p. 163. t. 19. f. 60.
Helicostyla alauda et *purpuragula Beck* ind. p. 36.

β. Alba, fasciis 2 latis castaneis ornata:
Helix alauda var. Chemn. l. c. t. 71. f. 11.

γ. Albida, cingulis 2 nigro-castaneis ornata, cingulo superiore lato, castaneo-reticulato, perist. roseo vel albo.
Helix alauda var. Fér. hist. t. 104. f. 4. 5.
— — *var. bizonalis Grat.* Bord. XI. p. 412. t. 1. f. 7.
— — *var. Chemn.* l. c. t. 71. f. 9. 10.
Helicostyla pudibunda Beck ind. p. 36. (Male citatur Fér. t. 104. f. 1.)

δ. Minor: diam. maj. 18, min. 15½, alt. 10 mill.
Helix alauda var. min. Chemn. l. c. t. 71. f. 7. 8.

Habitat in insula Cuba, prope San Yago de Cuba.

703. H. Adansoni Webb et Berthelot.

T. imperforata, depresso-globosa, solida, virenti-fulva, minutissime granulata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus convexus, angulatus, antice inflatus, ad aperturam deflexus, constrictus; apertura subtriangulato-lunaris, intus lactea; perist. incrassatum, margine supero breviter reflexo, infero recto, late appresso, ad columellam subtuberculato. — Diam. maj. 25½, min. 21, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 421.)

Helix Adansoni Webb et *Berth.* syn. p. 313.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 416. t. 70. f. 11. 12.

Helix Pouchet Adans. Seneg. p. 10. t. 1. f. 2.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 73. Hist. t. 42. p. 3.
— — *Lam.* ed. Dh. 138. p. 92.
— — *Orb.* canar. p. 56.
Otala pouchet Beck ind. p. 36.

Habitat in provincia Senegalensi Africae.

704. H. consobrina Férussac.

T. imperforata, globoso-depressa, reticulato-malleata, fusco et flavido marmorata et obsolete fasciata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus magnus, ad aperturam constrictus; apertura subhorizontalis, transverse auriformis, intus nitida, coerulescens; perist. late expansum, reflexum, roseum, marginibus subparallelis, basali dilatato, late tuberculato. — Diam. maj. 23, min. 19, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 422.)

Helix consobrina (Helicogena) *Fér.* pr. 72. Hist. t. 42. f. 2.
— — *Webb* et *Berth.* syn. p. 311.
— — *Orb.* canar. p. 54.
— *Pouchet var. Lam.* ed. Dh. p. 93.
Otala consobrina Beck ind. p. 36.

Habitat in insulis Canariis, Teneriffa (prope Sta. Cruz: Webb).

705. H. modesta Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, minute reticulato-malleata, unicolor virenti-lutea; spira subelevata; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus antice subito deflexus, basi subgibbus; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus alba; perist. late expansum, reflexiusculum, album vel roseum, marginibus subconniventibus, basali strictiusculo, dilatato, planato. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 423.)

Helix modesta (Helicogena) *Fér.* pr. 71. Hist. t. 42. f. 1.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 72.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 419. t. 70. f. 1. 2.
Otala modesta Beck ind. p. 36.

Habitat in insulis Canariis.

706. H. Gaudryi Orbigny.

T. imperforata, depresso-globosa, striata, obsolete malleata, superne fusco-violacea, maculis violaceis in zonas 4 dispositis vel maculis albidis ornata; spira brevis, obtusa; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus antice subito deflexus; apertura perobliqua, lunato-oblonga; perist. subincrassatum, album, marginibus subparallelis,

supero expanso, basali strictiusculo, dilatato, appresso. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 11½ mill. (Coll. Nr. 424.)

Helix Gaudryi Orb. canar. p. 57. t. 3. f. 15—17. *)

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 417. t. 71. f. 15. 16.

Habitat in insulis Canariis, Gomera.

707. H. advena Webb et Berthelot.

T. imperforata, depresso-globosa, tenuis, creberrime undulato-striata, pallide cornea, fascia lata fusca, saepe albo-maculata supra peripheriam, 2 angustioribus obsoletis subtus notata; anfr. 4 convexiusculi, ultimus antice sensim descendens; apertura lunato-subcircularis; perist. simplex, margine supero subexpanso, columellari dilatato-appresso. — Diam. maj. 17, min. 14½, alt. 11½ mill. (Coll. Nr. 425.)

Helix advena Webb et *Berth.* syn. p. 324.

— — *Orb.* canar. p. 58. t. 1. f. 18—20.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 418. t. 70. f. 13. 14.

Pomatia advena Beck ind. p. 44.

Habitat in insulis Canariis, Azoris, St. Vincent.

708. H. amoena Pfr.

T. imperforata, globoso-depressa, lineis longitudinalibus et spiralibus sub lente decussata, albida, fascia unica spadicea supra peripheriam, lineaque suturali rufa ornata; anfr. 4 vix convexiusculi, ultimus obsolete angulatus, antice deflexus, basi parum convexus; apertura transverse lunato-oblonga, intus concolor; perist. simplex, marginibus subparallelis, dextro expanso, basali antice reflexo, ad columellam dilatato, appresse reflexo. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 10½ mill. (Coll. Nr. 426.)

Helix amoena Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 65.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 412. t. 69. f. 19. 20.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

Obs. Affinis varietatibus ecarinatis H. Hügeli.

709. H. erubescens Lowe.

T. imperforata, depresso-globosa, ruguloso-striata et malleata, roseo-fulva, saepe fasciis interruptis ornata; spira vix elevata, obtusa; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus magnus, antice vix descendens; apertura lunato-subcircularis; perist. acutum, carneum, intus sublabiatum, margine supero expansiusculo, colu-

*) T. orbiculato-convexa, imperforata, crassa, laevigata, supro fusco violacea, maculis violaceis in zonas 4 dispositis vel maculis albidis ornata; spira obtusa; anfr. 5 subdepressis; apertura ovali; perist. crasso, albo, subreflexo. — Diam. 17, alt. 8 mill. (W. et B. l. c.)

mellari subplanulato. — Diam. maj. 13, min. 11, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 427. Spec. Lowean.)

Helix erubescens Lowe Faun. Mader. p. 40. t. 5. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 422. t. 71. f. 5. 6.

Habitat in insulae Maderae sylvis.

§. 54.

710. H. Codringtoni Gray.

T. imperforata, subdepressa, solida, striata, fusco-corneo et albido irregulariter strigata et marmorata; spira depresso-conoidea; anfr. 5 convexiusculi, ultimus linea obsoleta alba cingulatus; apertura perobliqua, semiovalis, intus nitidissima; perist. acutum, intus albo-labiatum, margine columellari breviter arcuato, basali late dilatato, prope columellam incrassato. — Diam. maj. 45, min. 38, alt. 25 mill. (Coll. Nr. 428.)

Helix Codringtoni Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 67.
— — *Müll.* synops. p. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 27. p. 53. t. 7. f. 1 2
— *Ferussaci Crist.* et *Jan* Mant. p. 1. (Nec Less.)
— *spiriplana Desh.* Expéd. de Morée p. 163.
— — *Lam.* ed. Dh. 143. p. 95.
— — *Rossm.* VI. p. 39. f. 369 a.
— *vermiculata var. Cantr.* Malac. p. 106.
Helicogena Codringtonii Beck ind. p. 37.

β. Major, depressior, pallide carnea, fasciis obsoletis fusculis ornata: diam. maj. 49, min. 39, alt. 25 mill. (Spec.)

γ. Flavescens, fusco-variegata et fasciis 4 nigricantibus interruptis vel maculosis ornata, plerumque minor:
Helix spiriplana var. Rossm. VI. f. 369 b.
— — *Audouin* p. 162. Descr. de l'Eg. t. 2. f. 4.

δ. Minor, fasciis 4 fuscis interruptis:
Helix spiriplana Fér. hist. t. 38. f. 3.

Habitat in Graecia (prope Navarin), Morea et in insulis graecis.

Obs. H. spiriplana var. Fér. t. 38. f. 4—6 neque ad nostram speciem, neque ad veram H. spiriplanam Oliv. (cf. Nr. 951.) pertinere, sed forma globosa et praecipue peristomate late expanso et reflexo distincta esse videtur.

711. H. Ehrenbergi Roth. †

T. imperforata, globoso-depressa, transverse dilatata, calcarea, crassa, solida; anfr. 4½, ultimus ventricosus; apertura angulosa, latior quam alta; perist. rectum, superstructum, margine columellari stricto, calloso, gibbo, albo; faux fusca. — Diam. 18, alt. 13 lin. (R.)

Helix Ehrenbergii Roth diss. p. 12. t. 1. f. 15.

Helix irregularis var. Fér. t. 28 B. f. 8. 9?
Descript. de l'Egypte Moll. t. 2. f. 8 juv.?

Habitat ad lacum Mareotidem, ubi specimen unicum exsiccatum legit Cl. Roth.

712. H. lactea Müller.

T. imperforata, globoso-depressa, transverse dilatata, albida vel lutescens, unicolor vel rufo-fasciata, lacteo-atomata; anfr. 4½—5, summi planulati, ultimus convexus, antice deflexus; apertura perobliqua, late lunaris; perist. incrassatum, obtusum, sublabiatum, reflexum, margine columellari stricto, calloso, gibbo; faux et peristoma castanea. — Diam. maj. 39, min. 29, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 429. Spec. maj.) — Diam. maj. 29, min. 23, alt. 17 mill. (Spec. min.)

Helix lactea Müll. verm. II. p. 19. N. 219.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 78. Hist. t. 39 A. f. 7. 8. (c. anim.) t. 45. f. 1—10.
— — *Lam.* 36. p. 75. ed. Dh. p. 43.
— — *Mich.* compl. p. 19. t. 14. f. 5. 6.
— — *Rossm.* V. p. 7. f. 302. IX. p. 1. f. 545—551.
— — *Wagner* Reise, Atlas t. 12. f. 9—11.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 68.
— *faux nigra Chemn.* IX. P. 2. p. 127. t. 130. f. 1161.
Otala atomaria Schumach. p. 191.
Helicogena lactea Beck ind. p. 37.
Lister t. 51. f. 49. t. 95. f. 96.

β. Spira elatiore:
Helix hispanica Mich., Terv. p. 16. t. 1. f. 7. 8.

γ. Peristomate pallido: diam. 10—12 lin. (Müll.)
Helix punctata Müll. verm. II. p. 21. N. 220.
— *punctatissima Jeniss.* in collect.

Habitat in Gallia meridionali, Hispania, Lusitania, Italia et Africa boreali, nec non in Teneriffa (Webb et Berth.), Montevideo (Orb. syn. p. 2.).

713. H. irrorata Say. †

T. imperforata, depresso-subglobosa, pallide rufa, punctis numerosissimis albis et 4 fasciis obscurioribus obsoletis ornata; anfr. 5 convexi, supremi striati; spira convexa, depressa; apertura intus livescens; perist. simplex, reflexum, margine columellari calloso. — Diam. 1 1/10, alt. 3/5 poll. (S.)

Helix irrorata Say in Philad. journ. II. p. 370.

Habitat in Pennsylvania.

Obs. «Affinis H. lacteae, spira magis elata, callo columellari non angulato, apertura minus ampla.» (S.) — Nihilominus specimen fortuito introductum H. lacteae esse videtur; scriptores recentiores americani speciei mentionem non faciunt.

714. H. hispanica Partsch. †

T. imperforata, globoso-depressa, fusculo-albida, fusculo-variegata albidoque maculata, castaneo-5-fasciata; anfr. 5 celeriter accrescentes, planulati; apertura perobliqua, late rotundato-lunaris; perist. hepaticum, sublabiatum, margine exteriore reflexiusculo, interiore calloso. — Diam. maj. 30, min. 25, alt. 15 mill. (ex ic. Rossm.)

Helix hispanica Partsch in Mus. Caes. Vindob.
— — *Rossm.* VII. p. 15. f. 460.
— *speciosa* et *balearica Zgl.* Mus.
β. Minor, perist. albo: diam. maj. 21, min. 18, alt. 12½ mill.
Helix hispanica var. Rossm. X. p. 11. f. 591.

Habitat in Hispania, var. *β* in Pyrenaeis.

715. H. Juilleti Terver.

T. imperforata, subgloboso-depressa, albida, sordide fusco-5-fasciata, substriata, solida; spira convexa; anfr. 5½ sensim accrescentes, summi plani, ultimus antice valde deflexus; apertura subovato-lunaris, transversalis, perobliqua, fauce et columella castaneis; perist. simplex, intus sublabiatum, obtusum, margine columellari strictiore, calloso, gibbo. — Diam. maj. 31, min. 25, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 430.)

Helix Juilleti Terver cat. p. 17. t. 2. f. 3. 4.
— *Wagneri Rossm.* IX. p. 3. f. 554.
— — *Rossm.* in *Wagn.* Reise p. 256. Atlas t. 12. f. 12.

Habitat prope Mascara Algeriae (Wagner).

716. H. vermiculata Müller.

T. imperforata, globoso-depressa, lutescens, lineolis punctisque incrassatis albis, fasciisque rufis (superis saepissime taeniatis) multimode ludens; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura perobliqua, late lunaris; perist. album, sublabiatum, late reflexum, margine columellari strictiusculo, calloso. — Diam. maj. 35, min. 27, alt. 21 mill. (Coll. Nr. 431.)

Helix vermiculata Müll. verm. II. p. 20. N. 219.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 120. t. 129. f. 1148.
— — *Drap.* p. 96. t. 6. f. 7. 8.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 59. Hist. t. 37. t. 39 A. f. 5. 6. (c. anim.)
— — *Lam.* 10. p. 68. ed. Dh. p. 34.
— — *Rossm.* V. p. 6. f. 301. VIII. p. 28. f. 499. 500.
— — *Wagner* Algier, Atlas t. 12. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix t. 1. f. 5. 6.
— *lactea Hartm.* in Neue Alpina I. p. 244.

Descr. de l'Egypte t. 2. f. 5! (H. spiriplana var.? Aud.)
Gualt. t. 1. f. G.
Knorr Vergn. II. p. 27. t. 13. f. 4.
β. Tenuis, fragilis:
Helix thalassina Porro, Villa disp. syst. p. 55.
γ. Scalaris: Fér. t. 27 A. f. 11.

Habitat in Gallia meridionali, Italia, Sicilia, Hispania, Illyria, Albania; var. β in scopulis maritimis littorum Sardiniae.

717. H. constantina Forbes.

T. imperforata, subglobosa, striatula, nitida, albida, fasciis 5, interdum obsoletis, fuscis vel rufis ornata; anfr. 5 convexi, ultimus antice deflexus; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, album, sublabiatum, late expansum, margine columellari strictiusculo, subdentato. — Diam. maj. 27, min. 23, alt. 19—20 mill. (Coll. Nr. 432.)

Helix constantina Forb. in Jard. Ann. II. 1838.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 20. p. XV. t. 5. f. 9—13.
— *Cirtae Terv.* cat. p. 11. t. 1. f. 1.
— — *Küster* in Chemn. ed. II. Helix p. 46.
— *vermiculata var. Cirtae Rossm.* X. p. 12. f. 592.
— — *var. Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 1.

Habitat in Africa boreali: Bona, Guelma, Constantine, Bugia.

Obs. Differt ab H. vermiculata non solum magnitudine et forma globulosa, sed praecipue structura testae homogenea, punctis albis in H. vermiculata in ipsa testae substantia incrassatis, nec unquam deficientibus, in H. constantina nunquam existentibus. Conf. Küster l. c.

718. H. Dupotetiana Terver.

T. imperforata, subglobosa, albida, rugulis et lineis spiralibus subopaca, fusco-5-fasciata vel concolor; anfr. 5, supremi planulati, 2 ultimi convexi, ultimus antice subito valde deflexus; apertura perobliqua, late lunaris; perist. fusculo-albidum, reflexum, acutum, sublabiatum, margine columellari strictiore, gibbo, fauceque castaneis. — Diam. maj. 31, min. 26, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 433.)

Helix Dupotetiana Terv. cat. p. 13. t. 1. f. 4—6.
— — *Rossm.* X. p. 2. f. 553.
— — *Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 7.
β. Minor, alba: diam. maj. 26, min. 21, alt. 14 mill. (Spec.)
Helix zaffarina Terv. p. 12. t. 1. f. 2. 3.
— *Dupotetiana var. Rossm.* IX. f. 552.
— — *var. Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 6.
Helicogena zapharina Beck ind. p. 39.

Habitat in Africa boreali: Oran, Mascara; var. β circa Oran, Tremecen (Terv.), et in insulis Zaffarinis (Berthelot).

719. H. xanthodon Anton.

T. imperforata, subglobosa, depressula, alba, solida; spira convexa; anfr. 5 convexiusculi, sensim accrescentes; apertura rotundata, perobliqua, minuscula; perist. reflexum, albo-labiatum, margine columellari calloso, unidentato, fauceque castaneis. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 15 mill.

Helix xanthodon Ant. in litt. ad Rossm.
— — *Rossm.* IX. p. 6. f. 563.
— — *Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 8.

Habitat in Africa boreali, circa Oran.

Obs. Differt ab H. Dupotetianae var. zaffarina anfractibus lentius accrescentibus et apertura parvula.

720. H. arabica Terver.

T. imperforata, globosa, albida, solida, minutissime striata, fasciis fuscis, interruptis, albo-punctatis ornata; anfr. 5 planiusculi, lente accrescentes, ultimus antice inflatus, subito deflexus; apertura angustata, intus castanea; perist. album, labiatum, marginibus subparallelis, dextro expanso, basali dilatato, gibbo, unidentato. — Diam. maj. 27, min. 22, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 434.)

Helix arabica Terv. cat. p. 14. t. 2. f. 1. 2.
— — *Rossm.* in Wagn. Alg. Atl. t. 12. f. 3.

Habitat in monte Atlas: Beni-ou-Assan.

* * *

721. H. atrolabiata Krynicki.

T. imperforata, depresso-globosa, solida, rugoso-striata, epidermide sordide flavescente induta, nigro-trifasciata; spira exserta, apice obtusa; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice valde deflexus; apertura transversim dilatata, lunaris; perist. late expansum, intus atro-brunnescens, marginibus callo nigro, introrsum diffuso junctis, basali reflexo, lato, plano, medio subincrassato. — Diam. maj. 40, min. 33, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 435.)

Helix atrolabiata Kryn. Bull. Mosc. VI. p. 425. t. 9. IX. p. 157.
— — *Eichw.* Fauna caspio-caucas. p. 197. t. 38. f. 4. 5.
— *sylvatica var. insignis Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 21.

β. Fasciis obliteratis.

γ. Unicolor fulvescens, labro et fauce albis. (Mus. Cuming.)

Habitat in Caucaso, circa Kasan.

722. H. vindobonensis C. Pfr.

T. imperforata, subglobosa, costulato-striata, luteo-alba vel lutea, 5-fasciata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice breviter deflexus; apertura late subangulato-lunaris; perist. late expansum,

hepaticum, marginibus approximatis, columellari strictiusculo, albo-labiato, basi replicatim adnato. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 436.)

Helix vindobonensis C. Pfr. III. p. 15. t. 4. f. 6. 7.
— *sylvatica var. vindob. Fér.* pr. 54. Hist. t. 32 A. f. 6. 7.
— — *var. Lam.* ed. Dh. p. 56.
— *mutabilis Hartm.* Gast. I. p. 213.
— — *var. montana Sturm* Fauna VI. 6. i. k. l.
— *austriaca Mühlf.* Mus.
— — *Rossm.* I. p. 60. f. 7. VIII. p. 27. f. 495.
— *arvensis Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 159.
Cepaea vindobonensis Held in Isis 1837. p. 910.

β. Minor, globosa:

Helix sylvatica var. alpicola Fér. t. 30. f. 5. t. 32 A. f. 5?
— *austriaca var. Rossm.* VIII. f. 495 e. (Spec. Dresd.)

Habitat in Austria (circa Vindobonam), Styria («im Mürzthal»), provincia littorali (prope Görz!), Carniolia (Schmidt), in Saxonia (Dresdae: Rm.), Silesia (Scholtz), Albania.

Obs. Variat spira magis minusve elata, fasciis nonnullis vel omnibus obsoletis vel confluentibus (in Albania).

723. **H. nemoralis Linn.**

T. imperforata, subglobosa, striata, fasciata vel concolor; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice descendens; apertura late angulato-lunaris; perist. reflexum, labiatum, margine dextro arcuato, columellari illum superante, strictiusculo, dilatato, calloso; faux et perist. fusca vel nigricantia. — Diam. maj. 25, min. 21, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 437.)

Helix nemoralis L. syst. ed. X. p. 773. ed. XII. p. 1247.
— — *Chemn.* IX. f. 1196—98.
— — *Drap.* p. 94. t. 6. f. 3—5.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 56. Hist. t. 32 A. f. 2. t. 33. t. 34. t. 39 A. f. 3. 4. (c. anim.)
— — *Lam.* 58. p. 81. ed. Dh. p. 53.
— — *Sturm* Fauna VI. 2. 6.
— — *C. Pfr.* I. p. 27. t. 2. f. 10. 11. III. t. 2. et t. 3.
— — *Rossm.* I. p. 57. f. 5. V. p. 6. f. 298. VIII. p. 26. f. 494.
— — *Guér.* Iconogr. Moll. t. 6. f. 7.
— — *Gray* Man. p. 132. t. 3. f. 23.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 68.
— *cincta* et *quinquefasciata Shepp.* Linn. tr. XIV. p. 163.
— *turturum Stewart* el. nat. hist. II. 413. (Gray.)
— *etrusca Zgl.* Mus.
— *mutabilis β Hartm.* Neue Alpina I. p. 242.
Tachea nemoralis Leach Moll. p. 84.

Tachea nemoralis Hartm. Gast. I. p. 189. t. 68. 69.
Helicogena nemoralis Risso IV. p. 60.
— — *Küst.* Icon. Moll. et Test. P. I. Fasc. II. t. 2. f. 1—9.
Cepaea nemoralis Held in Isis 1837. p. 910.

β. Peristomate albo vel roseo, plerumque minor:
Helix hortensis Müll. verm. II. p. 57. N. 247.
— — *Chemn.* IX. f. 1199—1201.
— — *Drap.* p. 95. t. 6. f. 6.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 57. Hist. t. 35. t. 36. t. 39 B. f. 2. (c. anim.)
— — *Lam.* 59. p. 81. ed. Dh. p. 54.
— — *C. Pfr.* I. p. 29. t. 2. f. 12. 13. III. t. 2. 3. 4.
— — *Sturm* Fauna VI. 2. 7.
— — *Rossm.* I. p. 59. f. 6. V. p. 6. f. 299. 300.
— — *Gray* Man. p. 130. t. 3. f. 24.
— — *Gould* report p. 172.
— *hybrida Poir.* coq. fl. p. 71.
— — *Gray* Man. p. 132.
— *mutabilis α Hartm.* l. c. p. 242.
— *subglobosa Binn.* in Bost. journ. I. p. 485. t. 17.
Tachea hortensis Leach Moll. p. 85.
— — *Hartm.* Gast. I. p. 24. t. 9. 10.
Helicogena hortensis et *hybrida Beck* ind. p. 39.
Cepaea hortensis Held in Isis 1837. p. 910.

γ. Major:
Helix lucifuga Zgl. Mus.
— — *Hartm.* Gast. I. p. 191. t. 70.
— *nemoralis* (Cryptomphalus) *var. maxima Charp.* cat. moll. Suisse p. 7. t. 1. f. 5.

δ. Diaphana, citrina, perist. rubro-violaceo:
Helix libellula Risso IV. p. 62. t. 4. f. 21.

ε. Monstrosa sinistrorsa:
Chemn. IX. t. 109. f. 924. — ed. II. Helix t. 12. f. 3. 4.
Fér. hist. t. 34. f. 8. 9. t. 36. f. 10.

ζ. Scalaris:
Chemn. IX. t. 128. f. 1139. n. 2 et 3?
Fér. t. 28 B. f. 10. t. 32 A. f. 2. t. 36. f. 11. 12.
C. Pfr. III. t. 2. f. 6. 7.

Habitat in Europa media et boreali, nec non in America boreali. Var. insignis, fasciis pallidis, fusco-punctatis (Fér. t. 33. f. 4.) praesertim in Carniolia legitur.

Obs. H. nemoralis et hortensis specifice distingui non possunt, cum praeter colorem peristomatis et magnitudinem characteres nulli erui possint. (Conf. Voith in Zeitschr. f. Mal. 1845. Jun. p. 92.) Species valde variabilis quoad colorem sulphureum, citrinum, roseum, lateritium, fuscum, et quoad fasciarum numerum et dispositionem. (Conf. Martens in Act. Acad. Leop. Carol. 1832. VIII.)

724. H. sylvatica Draparnaud.

T. imperforata, depresso-globosa, albido-lutescens, striata, 5-fasciata: fasciis plerumque maculose interruptis vel laceris; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura lunato-rotundata; perist. vix patulum, rectum, labiatum, margine columellari callo introrsum vix dilatato munito, maculaque umbilicali plerumque violaceo-rufis. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 438.)

Helix sylvatica Drap. p. 93. t. 6. f. 1. 2.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 54. Hist. t. 30. f. 4. 6—8. t. 32 A. f. 8.
— — *Lam.* 60. p. 82. ed. Dh. p. 55.
— — *Rossm.* VIII. p. 27. f. 496.
— — *Gray* Man. p. 11. f. 1.
— *signata α Fér.* hist. t. 32 A. f. 3. 4?
— *mutabilis γ Hartm.* Neue Alpina I. p. 242.
— *nemoralis var. Desh.* in Lam. p. 55.
Tachea sylvatica Hartm. Gast. I. p. 214. t. 82.
Helicogena sylvatica Beck ind. p. 38.
Cepaea sylvatica Held in Isis 1837. p. 910.
β. Minor: diam. maj. 18, min. 16, alt. 12½ mill. (Spec.)
γ. Scalaris? Fér. t. 32. f. 7.

Habitat in Gallia et Helvetia, var. *β* in Sabaudia.

Obs. Ab H. nemorali et vindobonensi jam primo aspectu differt peristomate non reflexo.

725. H. montana Studer.

T. imperforata, conico-globosa, leviter striata, nitidula, albida, fasciis 5 interruptis, fuscis ornata; spira conica, obtusiuscula; anfr. 5 convexi, ultimus antice deflexus; apertura rotundato-lunaris; perist. rectum, intus labiatum, marginibus subparallelis, columellari replicatim adnato, callo intus subabrupto, dentem simulante. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 439.)

Helix montana Stud. in Coxe travels.
— — *Hartm.* in Sturm Fauna VI. 6. 5.
— *lucorum Razum.* hist. nat. du Jorat I. 274.
— *sylvatica Fér.* hist. t. 30. f. 9.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 5.
Tachea montana Hartm. Gast. I. p. 212. t. 81.

Habitat in Helvetia.

Obs. Differt ab H. sylvatica testa magis conica, anfractibus convexioribus, sutura magis impressa et callo dentiformi marginis basalis peristomatis.

726. H. alabastrites Michaud.

T. imperforata, depresso-globosa, subtiliter striata, nitida, alba, concolor vel fasciis 5 pallide fuscis ornata; spira convexa,

obtusa; anfr. 5 planulati, lente accrescentes, ultimus compressus, obsolete angulatus, antice subito valde deflexus; apertura fere horizontalis, angusta, lunato-ovalis; perist. intus vix labiatum, marginibus approximatis, callo tenui junctis, dextro arcuato, expanso, columellari strictiusculo, introrsum vix dilatato. — Diam. maj. 24, min. 19½, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 440.)

Helix alabastrites et *soluta Mich.* cat. Moll. d'Alger.
— — *Terv.* cat. p. 18. t. 4. f. 1—3.
— — *Rossm.* IX. p. 4. f. 557—59.
— — *Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 21. p. XV et 47. t. 6. f. 4. 5.
Helicogena alabastrites Beck ind. p. 39.

Habitat in Africa boreali: Algeria, Oran etc.

Obs. Variat spira elatiore: haec 5fasciata est H. soluta Mich. — Var. albam in Sicilia lectam esse affirmat Cl. Terver.

727. H. hieroglyphicula Michaud.

T. imperforata, depressa, solida, nitida, albido-carnea, fusco-atomata, fasciis 4—5 nigro-fuscis, superioribus plerumque maculose interruptis ornata; spira convexa, obtusa; anfr. 5 plani, summi carinati, ultimus antice valde deflexus; apertura ovato-lunaris, subhorizontalis, intus castanea; perist. obtusatum, marginibus subparallelis, callo lato, nitido, castaneo junctis, dextro leviter arcuato, sublabiato, columellari strictiore, calloso, gibbo, dentato fauceque castaneis. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 441.)

Helix hieroglyphicula Mich. cat. moll. d'Alger.
— — *Terv.* cat. p. 17. t. 4. f. 4—6.
— — *Rossm.* IX. p. 3. f. 555. 56.
— — *Wagn.* Alg. Atl. t. 12. f. 5.

Habitat in Africa boreali: Algeria, Oran etc.

728. H. marmorata Férussac.

T. imperforata, globoso-depressa, lutescenti-cornea, interrupte 5-fasciata, fusculo albidoque marmorata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura late lunaris; perist. simplex, intus roseum, marginibus conniventibus, dextro patulo, columellari appresso, subdilatato, laevigato. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 442.)

Helix marmorata (Helicogena) *Fér.* pr. 65. Hist. t. 40. f. 8.
— — *Rossm.* IV. p. 10. f. 243.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 40. t. 9. f. 1. 2.

Habitat prope Gibraltar.

729. H. melitensis Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, glabra, albida, unicolor vel maculis pallide fuscis, subseriatis nubeculata; anfr. 4 planiusculi, ultimus antice deflexus; apertura lunato-elliptica, intus livida; perist. album, reflexum, marginibus conniventibus, dextro arcuato, basali stricto, calloso. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 443.)

Helix melitensis (Helicogena) *Fér.* pr. 58. Hist. t. 25. f. 11. 12.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 43.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 38.
— — *Cantr.* Malac. p. 106. (inclus. H. soluta Mich. cat. f. 9. 10. et? Chemn. IX. 1191. 92.)

Habitat in insula Malta.

730. H. circumornata Férussac. †

T. imperforata, globoso-depressa, glabra, alba, fascia unica rufa in medio, et 3 seriebus macularum aurantio-fuscarum cingulata; anfr. 4 planulati, ultimus inflatus; apertura lunato-elliptica, intus fuscula; perist. subreflexum. — Diam. maj. 19, min. 15, alt. 11 mill. (ex ic.)

Obs. Prorsus diversam censeo speciem delineatam in Fér. hist. t. 53 A. f. 3, quae non solum dente basali, sed etiam impressione laterali carere videtur.

794. H. lychnuchus Müller.

T. imperforata, orbiculato-conoidea, solida, fusca, undique granulata; spira conoidea, obtusa; sutura linearis; anfr. 5 subplanulati, ultimus acute carinatus, antice subito deflexus, infra carinam profunde scrobiculatus; apertura subrhombea; perist. fuscum, incrassatum, marginibus callo crasso junctis, supero vix expanso, basali dilatato, reflexo, intus bidentato: dentibus intrantibus, antico multo validiore. — Diam. maj. 29, min. 26, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 483.)

Helix lychnuchus Müll. verm. II. p. 81. N. 278 *).
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 126. Hist. t. 56 A. f. 2—8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 349. t. 62. f. 13. 14.
Carocolla lychnuchus Lam. 12. p. 98. ed. Dh. p. 147.
Pleurodonta lychnuchus Beck ind. p. 33.
Lucerna lychnuchus Swains. Malac. p. 329.
Lister t. 96. f. 97.

Habitat in insulis Martinique, Guadeloupe.

Obs. Speciem descriptam ubique in Museis nomine H. lychnuchi Müll. designatam vidi, nec dubito, eam veram Mülleri speciem esse, etsi synonyma non exacte quadrent. — Cl. Beck iconem Chemnitzianam H. lucernae ad lychnuchum refert, quamvis Müllerus lucernam ex specimine Chemnitziano descripserit. (Conf. Nr. 822.)

795. H. granifera Gray.

T. imperforata, orbicularis, depresso-conica, solida, pallide brunnea, granis minutis albis aspersa; spira convexa, obtusa; anfr. 5 convexiusculi, ultimus acute carinatus, antice deflexus, subgibbus, basi planus, vix scrobiculatus; apertura subhorizontalis, transverse triangulari-ovalis; perist. album, incrassatum, marginibus callo albo junctis, supero expanso, reflexiusculo, basali lato, strictiusculo, dentibus 2—3 non intrantibus munito. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 484.)

Helix granifera Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 68.
— — *Müll.* synops. p. 9.

*) T. imperforata, carinata, alba, trochiformi, fasciis fulvis; apertura transversa, bidentata. (List. t. 90. f. 90.) Diam. 11 lin. — Differt ab H. lucerna vertice, non anfractibus, depresso et fascia in superiore anfractus parte duplici, altera juxta marginem, altera juxta carinam, in inferiore infra carinam posita. (Müll. l. c.)

Helix granifera Chemn. ed. II. Helix N. 350. t. 62. f. 16. 17.
— *perplexa Fér.* hist. t. 56 A. f. 1. (Spec. min. detrit.)
Pleurodonta granifera Beck ind. p. 33.

Habitat vulgaris in India occidentali (Gray), in insulis Trinidad, Granada (Beck).

796. H. sinuata Müller.

T. imperforata, depresso-globosa, solida, undique elegantissime granulata, saturate castanea, pallide unifasciata, basi violacescens; spira semiglobosa; anfr. 5 convexiusculi, ultimus carinatus, basi convexus, antice deflexus, valde constrictus et scrobiculatus; apertura horizontalis, angustissime lunaris; perist. subincrassatum, marginibus callo junctis, supero expanso, basali quadridentato: dentibus compressis, intrantibus. — Diam. maj. 26, min. 22, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 485.)

Helix sinuata Müll. verm. II. p. 18. N. 217.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 91. t. 126. f. 1110—12.
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 116. Hist. t. 54. f. 1.
— — *Lam.* 50. p. 79. ed. Dh. p. 48.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 51. t. 10. f. 5. 6. t. 20. f. 12—14.
Dentellaria sinuata Schumach. p. 230.
Pleurodonta sinuata Beck ind. p. 34.
Lucerna sinuata Swains. Malac. p. 329.
Lister t. 97. f. 98.

β. Depressior, maculis fulguratis cinereis ornata, perist. magis incrassato: diam. maj. 26, min. 23, alt. 13 mill. (Spec.)
Helix sinuata Born Mus. p. 370. t. 14. f. 13. 14.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 10.
— — *var. Chemn.* ed. II. Helix t. 15. f. 5. 6.
— *sinuosa Gmel.* p. 3622. N. 163.
— — *Fér.* pr. 117. Hist. t. 54. f. 3.

Habitat in insula Jamaica.

Obs. Rarissime occurrunt specimina aperte umbilicata.

797. H. Bronni Pfr.

T. imperforata, semiglobosa, striatula, sub lente punctata, nitidula, castanea, apice obtuso pallida; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus obsolete carinatus, basi planiusculus, granulatus, coerulescenti-albidus, infra carinam fascia 1 castanea ornatus, antice deflexus, profunde scrobiculatus; apertura subhorizontalis, elliptico-oblonga; perist. late incrassatum, marginibus callo tenui junctis, basali dilatato, reflexo, fusco-maculato, intus 4-dentato:

dentibus 2 anticis majoribus, compressis, a margine remotis. — Diam. maj. 25, min. 21, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 486.)

Helix Bronni Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 131.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 80. t. 15. f. 9. 10.
— *sinuata var. Fér.* hist. t. 54. f. 2.

Habitat in insula Jamaica (Adams).

Obs. Differt ab H. sinuata testa semiglobosa, glabriuscula, colore constante et dentibus omnibus minoribus, anticis profundioribus, approximatis, basi junctis, extus scrobiculum confluens formantibus.

nux denticulata Chemn.

798. H. punctata Born.

T. imperforata, conoideo-globosa, solida, oblique antrorsum plicatulo-striata, castanea, zona pallida circumdata; spira obtuse conoidea; anfr. 5½ carinati, ultimus teres, basi inflatus, antice subito deflexus, superne gibbus et constrictus; apertura obliqua, lunaris, ringens; perist. fusco-aurantium, crassum, marginibus callo lato, dentem magnum, obliquum emittente, junctis, supero brevi, stricto, dextro bidentato, basali dentem 1 majorem et minores nonnullos gerente. — Diam. maj. 23, min. 21, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 487.)

Helix punctata Born test. p. 372. t. 14. f. 17. 18.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 122. t. 21. f. 6. 7.
— *nux denticulata Chemn.* XI. p. 275. t. 209. f. 2055. 56.
— — — (Helicodonta) *Fér.* pr. 93. Hist. t. 49. f. 3. 4.
— — — *Sow.* Conch. Man. f. 273.
— *hippocastanum Lam.* Journ. d'hist. nat. t. 42. f. 3.
— — *Lam.* 51. p. 79. ed. Dh. p. 49.
— — *Küst.* in ind. fascic. 44 ed. nov. Chemn.
Dentellaria hippocastanum et *punctata Beck* ind. p. 34. 35.
Lucernella hippocastanum Swains. Malac. p. 330.
β. Major: diam. maj. 30, min. 26, alt. 18 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Martinique.

799. H. nucleola Rang.

T. imperforata, globosa, solida, fusco-nigrescens, striata; spira semiglobosa; sutura linearis; anfr. 5, summi plani, ultimus teres, antice deflexus, basi constrictus; apertura perobliqua, ringens, late lunaris; perist. incrassatum, marginibus callo crasso, dentem triangularem emittente, junctis, dextro brevi, basali valde dilatato, denticulato. — Diam. maj. 18, min. 16, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 488.)

Helix nucleola Rang in Guér. mag. 1834. t. 57.
— — *Lam.* ed. Dh. 219. p. 132.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 353. t. 62. f. 5—7.

Helix nux denticulata β Fér. t. 49. f. 1.
Dentellaria nucleola Beck ind. p. 34.

Habitat in insulae Martinique monte « Pelée » (Rang).

800. H. obesa Beck.

T. imperforata, depressa, solida, striata, superne saturate rufa, subtus virenti-lutea; anfr. 5½ planiusculi, ultimus obsolete angulatus; apertura obliqua, transverse lunaris, coarctata; perist. late incrassatum, marginibus callo crasso, ad insertionem marginis dextri tuberculum prominens formante, junctis, supero brevissimo, basali subbidentato. — Diam. maj. 23, min. 20, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 489.)

Dentellaria obesa Beck ind. p. 35. (ex synon.)
Helix punctata Fér. hist. t. 48. f. 3. Nec Born.
— — *Desh.* Enc. méth. II. p. 255. N. 125.
— *obesa Chemn.* ed. II. Helix N. 352. t. 62. f. 3. 4.
Lister t. 87. f. 88. (H. ringens δ? Gmel.)

Habitat in insulis Martinique, Guadeloupe.

801. H. dentiens Férussac.

T. imperforata, subglobosa, solida, oblique striata, nigrescenti-fusca; sutura linearis; anfr. 5 planiusculi, ultimus subangulatus, antice gibbus; apertura subhorizontalis, coarctata, transverse oblonga; perist. late incrassatum, marginibus callo junctis, supero introrsum dilatato, basali irregulariter denticulato. — Diam. maj. 23, min. 20, alt. 13—14 mill. (Coll. Nr. 490.)

Helix dentiens (Helicodonta) *Fér.* pr. 88. Hist. t. 48. f. 2. t. 49 A. f. 2.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 48.
— — *Lam.* ed. Dh. 174. p. 111.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 81. t. 15. f. 11—13.
Dentellaria dentiens Beck ind. p. 35.

Habitat in insulis Martinique, Guadeloupe, Cayenne.

802. H. Isabella Férussac.

T. orbiculato-convexa, depressiuscula, imperforata, glabra, pallide rufa; spira obtusa; apertura angustata, marginibus connexis, rufis; labrum extus marginatum. — Diam. 9½ lin. (Lam.) — Coll. Nr. 491?

Helix Isabella (Helicogena) *Fér.* pr. 87. Hist. t. 47. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 48. t. 10. f. 1. 2?
— *barbadensis Lam.* 49. p. 78. ed. Dh. p. 48.
Dentellaria barbadensis Beck ind. p. 35.
Lucidula barbadensis Swains. Malac. p. 329.

Habitat in insula Barbados.

Obs. Nonne var. H. dentientis?

803. **H. formosa Férussac.**

T. imperforata, semiglobosa, castanea, fasciis fulvis et strigis obliquis, denticulatis, stramineis vel albidis ornata; anfr. 4½ planiusculi, ultimus antice subito deflexus, basi granulosus; apertura subhorizontalis, angusta, ovalis, intus fulva; perist. infundibuliforme, marginibus acutis, continuis, solutis, supero expanso, columellari introrsum dilatato, incrassato, late dentato. — Diam. maj. 24, min. 20, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 492.)

Helix formosa (Helicogena) *Fér.* prodr. p. 67.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 1.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 28.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 82. t. 15. f. 14—16.
— *lenocinia Fér.* pr. 83. Hist. t. 47. f. 1.
Dentellaria formosa Beck ind. p. 34.
β. Albida, fasciis 2 rufis ornata. (Mus. elect. Cassell.)

Habitat . . . ?

804. **H. parilis Férussac.**

T. imperforata, depresso-globosa, nitida, striis minutissimis, confertissimis longitudinalibus et obliquis reticulata, castanea, maculis et flammulis stramineis varie picta; spira obtusissima; anfr. 4 planiusculi, ultimus prope aperturam rugosus, vix descendens; apertura perobliqua, angusta, ringens; perist. incrassatum, griseo-violacescens, marginibus callo junctis, dextro ad insertionem et in medio tuberculifero, basali obsolete serrato-denticulato. — Diam. maj. 18, min. 16, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 493.)

Helix parilis (Helicodonta) *Fér.* pr. 92. Hist. t. 49. f. 2.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 49.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 37.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 354. t. 62. f. 8—10.
Dentellaria parilis Beck ind. p. 34.
Lister t. 74. f. 74.

Habitat in insula Guadeloupe.

805. **H. pseudo-parilis Grateloup.** †

T. orbiculato-convexa, subdepressa, imperforata, virescenti-nitida, maculis fuscis luteolisque adspersa; apertura obliqua, trigona, simplex; labrum incrassatum, subreflexum, caerulescente-album; spira obtusissima; anfr. 4. — Alt. 10, diam. 18 mill. (G.)

Helix pseudo-parilis Grat. Bord. XI. p. 403. t. 1. f. 17. 18.
— *parilis var. Grat.* ibid. p. 163.

Habitat in Brasilia (Grat.).

Obs. Num forma juvenilis praecedentis, peristomate nondum perfecto?

806. **H. nigrescens Wood.**

T. imperforata, globulosa, oblique rugosa, saturate fusca; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus ventrosus, obsolete angulatus, prope aperturam scrobiculatus; apertura subverticalis, lunaris; perist. subexpansum, incrassatum, marginibus callo lato, juxta insertionem dentem validum, compressum, intrantem emittente junctis, basali inaequaliter bidentato. — Diam. maj. 20, min. 16, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 494.)

Helix nigrescens Wood suppl. t. 7. f. 32.
— — *Chemn.* ed. II. H. Helix N. 50. t. 10. f. 15. 16.
— *fuliginea* (Helicodonta) *Fér.* pr. 120 et Mus.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 37.
Dentellaria globularis Schum. p. 230. (Favanne 64. C. 4 ?) teste Beck.
— *fuliginea* et *nigrescens Beck* ind. p. 35.
β. Minor: diam. maj. 16, min. 13⅔, alt. 10 mill. (Spec.)
γ. Fusco-viridis: diam. 15, alt. 10—12 mill.
Helix fuliginea var. Grat. Bord. XI. p. 403. t. 1. f. 15.

Habitat in insula Guadeloupe.

807. **H. pachygastra Gray.**

T. imperforata, depresso-globosa, oblique striata, saturate fusca; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus ventrosus, obsolete angulatus, extus scrobiculatus; apertura obliqua, rhombeo-lunaris, coarctata; perist. incrassatum, marginibus callo lato, prominente junctis, basali bidentato: dente minore prope columellam, altero linguiformi intrante, marginem non attingente. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 11½ mill. (Coll. Nr. 495. Spec. max.)

Helix pachygastra Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 68.
— — *Müll.* synops. p. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 49. t. 10. f. 3. 4.
— *dolata* (Helicodonta) *Fér.* pr. 119 et Mus.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 37.
Dentellaria dolata Beck ind. p. 35.

Habitat in insula Guadeloupe.

808. **H. badia Férussac.**

T. imperforata, semiglobosa, fusco-nigrescens, striata, sub lente confertissime punctata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus subcarinatus, basi planiusculus, antice gibbus, subito deflexus; apertura subhorizontalis, transverse oblonga; perist. atro-fuscum, subincrassatum, basi reflexum, marginibus callo funiculato junctis, basali bidentato: dentibus inaequalibus, in ipso margine positis. — Diam. maj. 17½, min. 15½, alt. 10½ mill. (Coll. Nr. 496.)

Helix badia (Helicodonta) *Fér.* pr. 124. Hist. t. 56. f. 1—4.
— — *Lam.* ed. Dh. 171. p. 109.

Helix badia Chemn. ed. II. Helix N. 366. t. 63. f. 7—10.
Dentellaria badia Beck ind. p. 35.
Lister t. 74. f. 73.
β. Minor, perist. albo: diam. maj. 16, min. 14½, alt. 8½ mill. (Spec.)
Habitat in insulis Martinique, Guadeloupe; Cayenne.

809. **H. Josephinae Férussac.**

T. imperforata, orbiculato-convexa, subdepressa, eleganter granuloso-striata, virescenti-lutea, fulvo-fasciata, maculis flavis ornata; anfr. 4½ planiusculi, ultimus antice subito deflexus; apertura perobliqua, elliptica; perist. album, superne simplex, expansum, marginibus callo tenui junctis, basali reflexo, calloso, inaequaliter bidentato, dente majore extus scrobiculum formante. — Diam. maj. 26, min. 23, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 497.)

Helix Josephinae (Helicodonta) *Fér.* pr. 125. Hist. t. 56. f. 9. 10.
— — *Lam.* ed. Dh. 175. p. 111.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 355. t. 62. f. 11. 12.
Carocolla scabrella Menke catal. Malsb. p. 5.
Pleurodonta Josephinae Beck ind. p. 33.
β. Unicolor lutescens vel virens, maculi basali castanea: Fér. t. 56. f. 5—8.
Habitat in insula Guadeloupe.

810. **H. barbadensis (Carocolla) Guilding.** †

T. solida, transversim plicata, ferrugineo-fusca, fascia angusta, flavida; labiis crassis, sordido-lividis; dentibus obsoletioribus. — Junioris testa acuta, adultae solida, rotundata, adiaphana. (G.)

Carocolla barbadensis Guild. in Zool. Journ. IV. p. 167.
Helix Guildingii Pfr. Symb. II. p. 81.
β. Pallida, flava.
Habitat copiosissime sub lapidibus Barbadensibus (Guild.).

Obs. Specimina vidi nonnisi incompleta in Musaeo Britannico.

* * *

811. **H. aspera Férussac.**

T. imperforata, transverse pyriformis, solida, undique confertim et irregulariter granosa, alba; spira brevis, obtusa, strigis nonnullis rufis fulgurata; anfr. 4 planulati, rapide accrescentes, ultimus obsolete angulatus, turgidus, a latere subcompressus, antice deflexus; apertura angusta, transverse ovalis, intus nitida, fauce castaneo-fulva; perist. valde incrassatum, reflexum, marginibus callo junctis, supero repando, basali dilatato, prope colu-

mellam bidentato, aetate calloso, bisinuoso. — Diam. maj. 52, min. 36, alt. 32 mill.

Helix aspera (Helicogena) *Fér.* pr. 77. Hist. t. 44. f. 1—3.
— — *Lam.* ed. Dh. 173. p. 110.
— *granosa Wood* suppl. t. 7. f. 45.
Dentellaria aspera Beck ind. p. 35.
Thelidomus asper Swains. Malac. p. 330.
Lister t. 94. f. 95.

β. Minor: margine peristomatis basali regulariter et eleganter quadridentato, anfractu ultimo interdum costis pluribus obsoletis angulato: diam. maj. 48, min. 34, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 498.)
Helix aspera var. Fér. hist. t. 46 A. f. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 348. t. 62. f. 1. 2.

Habitat in insula Jamaica.

812. H. platyodon Pfr.

T. imperforata, depresso-turbinata, minutissime granulato-striata, alba, fasciis fuscis albo-guttatis ornata; spira elevata, obtusiuscula; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus basi subplanulatus, antice deflexus; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus alba; perist. late expansum, reflexum, marginibus callo albo junctis, columellari perdilatato, appresso, dente lato compresso munito. — Diam. maj. 30, min. 26, alt. 19 mill. (Mus. Cuming.)

Helix platyodon Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 132.
— — *Phil.* Icon. II. 11. p. 83. Helix t. 7. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 370. t. 63. f. 11. 12.

Habitat . . . ?

813. H. denticulata Jay. †

T. imperforata, subglobosa, straminea, glabra, apice obtusa; anfr. 4½ convexiusculi; sutura brunneo-notata; columella intus dilatata denticulata; perist. reflexum, album, rufo-marginatum. — Diam. 30, alt. 21 mill. (Jay.)

Helix denticulata Jay catal. 1839. p. 114. t. 1. f. 21.

Habitat . . . ?

814. H. exceptiuncula Férussac.

T. imperforata, depresso-globosa, glabra, alba, fasciis rufis, nigricantibus et flavis varie cingulata; spira subelevata, apice depressa, plana; anfr. 5 convexi, ultimus antice inflatus, ad aperturam perobliquam, lunato-rotundatam subconstrictus; perist. album, tenue, late reflexum, marginibus conniventibus, columel-

lari intus dente prominente instructo. — Diam. maj. 27, min. 21, alt. 16 mill. (Mus. Cuming. Spec. max.)

Helix exceptiuncula (Helicella) *Fér.* pr. 176. Hist. t. 70. f. 1. t. 73 A. f. 1.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 75.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 453. t. 76. f. 1—3.
Planispira exceptiuncula Beck ind. p. 29.

β. Minor: diam. maj. 22, min. 16½, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.

Habitat in Archipelago insul. austral. (Beck.)

Obs. Cl. Férussac hanc speciem ob affinitatem naturalem cum H. zonaria etc. Helicellis adnumerat, quamvis umbilicus (apertus) non adsit.

815. H. malleata Férussac.

T. subglobosa, subtus convexa, imperforata, striis exilissimis subdecussata, lutescens, zonis fasciisque virentibus ornata; spira brevis, conoidea; labrum album, reflexum, superne bidentatum, extus costa carinata instructum. — Diam. 6½ lin. (Lam.)

Helix malleata (Helicodonta) *Fér.* pr. 91. Hist. t. 48. f. 4.
— — *Webb* et *Berth.* syn. p. 312.*)
— — *Orb.* canar. p. 54. t. 1. f. 15—17.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 351. t. 61. f. 7—9.
— *bidentalis Lam.* 52. p. 79. ed. Dh. p. 50.
Dentellaria bidentalis Beck ind. p. 35.

β. T. depresso-globosa, solidiuscula, confertim granulato-striata, virenti-fulva, fasciis saturate castaneis ornata: anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus inflatus, antice breviter deflexus; apertura perobliqua, obtuse triangularis; perist. fusco-carneum, incrassatum, breviter reflexum, margine dextro ad insertionem obsolete, in medio valide tuberculato, basali strictiusculo, introrsum dilatato, calloso. — Diam. maj. 21½, min. 18, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 499.)
Helix malleata var. Chemn. l. c. t. 61. f. 10. 11.

Habitat in insulis Canariis, Teneriffa.

Obs. Permulta vidi specimina varietatis *β*, nec unquam var. *α*. Num revera eadem species?

816. H. monodonta Lea.

T. imperforata, depresse ovata, opaca, glabra, nitida, albida, fusco-bifasciata vel multilineata; spira brevis; anfr. 4 convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus obsolete angulatus, antice subito valde deflexus; apertura subhorizontalis, transverse lunato-ovalis, intus sublabiata; perist. simplex, expansum, margine basali re-

*) T. subglobosa, crassa, solida, striata, punctis excavatis notata, olivacea, obsolete fasciata; apertura subovata; perist. crassum, 3 dentatum, album; umbilicus clausus. — Axis 8, diam. 11 lin. Anfr. 5. (W. et B. l. c.)

flexiusculo, columellari dilatato, excavato, introrsum unidentato. — Diam. maj. 11½, min. 9½, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 500.)

Helix monodonta Lea obs. I. p. 165. t. 19. f. 62.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 367. t. 63. f. 1—4.

β. Unicolor, carneo-fulva. (Spec.)

Habitat in insula Haiti. (Mke in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 61.)

§. 59.

817. H. acuta Lam.

T. obtecte perforata, discoidea, utrinque convexa, solida, fulva, minutim granulosa; anfr. 5½ planiusculi, ultimus convexus, carinatus; apertura fere horizontalis, late lunaris; perist. simplex, marginibus callo junctis, supero parum expanso, basali subrecto, late reflexo, bidentato. — R. a. = 11 : 14. — Diam. maj. 45, min. 38, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 501.)

Helix acuta Lam. Enc. méth. t. 462. t. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 369. t. 63. f. 13. 14.
— *Lamarckii* (Helicodonta) *Fér.* pr. 129. Hist. t. 57. f. 1.
— — *Griff.* anim. kingd. t. 36. f. 5.
Pleurodonta Lamarckii Beck ind. p. 33.
Carocolla Lamarckii Villa disp. p. 19.

β. Anfractu ultimo depresso, supra carinam acutissimam excavato, margine ruguloso: diam. maj. 60, min. 54, alt. 24 mill. (Mus. Cuming.)
Helix Lamarckii var. Fér. hist. t. 57. f. 3.
— *acutissima Desh.* Enc. méth. II. p. 261. N. 140.
Carocolla acutissima Lam. 1. p. 95. ed. Dh. p. 143.
— — *Swains.* Zool. Ill. II. t. 96. (c. anim.)
Pleurodonta acutissima Beck ind. p. 33.
Lucerna acutissima Swains. Malac. p. 329.

γ. Monstrosa, anfractu tertio exserto, acute carinato:
Helix heteroclites Lam. 34. p. 74. ed. Dh. p. 43.
— *Lamarckii var. Fér.* t. 57. f. 2.

Habitat in insula Jamaica.

818. H. Bainbridgei Pfr.

T. obtecte umbilicata, depressa, subdiscoidea, solida, undique granulata, cinnamomea vel violacescens, basi pallidior; spira vix elevata, obtusa; anfr. 5 — 5½ plani, ultimus rotundatus, ad peripheriam saepe albo-zonatus, basi convexiusculus; apertura perobliqua, lunato-subtriangularis, intus nitida, carnea; perist. subincrassatum, fusco-carneum, marginibus callo junctis, supero late expanso, basali reflexo, subappresso, dente unico, valido, complanato instructo, columellari perdilatato, umbilicum medio-

crem obturante. — Diam. maj. 61, min. 50, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 502.)

Helix Bainbridgei Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 44.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 368. t. 63. f. 5. 6.
— *Lamarckii var. unident. Fér.* hist. t. 58. f. 1. 2.

Habitat in Demerara (Bainbridge).

Obs. Variat umbilico semiaperto. (Mus. Cuming.)

819. **H. peracutissima Adams.** (†

T. magna, imperforata, lenticularis, subtenuis, fusca, exile sagrinata; anfr. 5, inferi supra concavi, ultimus medio in angulum acutissimum, lamelliformem expansus, subtus convexus; apertura perdepressa, infra H. sinuatae Müll. similiter 4-dentata; labrum medio acute angulatum. — Div. 140°. Alt. 0,6, lat. max. 1,6, lat. min. 1,43 poll. (Ad.)

Helix peracutissima Adams in Bost. Proc. 1845. p. 15.

Habitat in insula Jamaica.

820. **H. Martiniana Pfr.**

T. obtecte perforata, discoidea, acute carinata, solida, striata et minutissime granulata, olivaceo-fusca; spira depressa; anfr. 5 planulati, ultimus non descendens, basi inflatus, antice profunde scrobiculatus; apertura depressa, late angulato-lunaris, intus lactea; perist. album, incrassatum, marginibus callo tenui junctis, supero expanso, basali reflexo, dentibus 2 conjunctis, columellari dilatato, dentibus 2 inaequalibus armato. — Diam. maj. 34, min. 30, alt. 14 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Martiniana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 44.

Habitat in insula Jamaica (Attanasio).

Obs. An forte eadem ac praecedens? — Variat testa subperforata. — Conf. H. Schroeteriana (Nr. 1045).

821. **H. Okeniana Pfr.**

T. obtecte perforata, orbicularis, utrinque convexiuscula, obtuse carinata, undique regulariter granulata, superne fusca, basi pallida; anfr. 5½ rotundato-planati, ultimus antice deflexus, basi profunde biscrobiculatus; apertura subhorizontalis, elliptica, coarctata; perist. carneo-fuscum, incrassatum, marginibus callo junctis, supero expanso, basali reflexo, tridentato: dentibus aequidistantibus, 2 minoribus prope columellam, tertio majore superne sulcato. — Diam. maj. 37, min. 30, alt. 17 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Okeniana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 63.

Habitat in insula Jamaica: Savannah la Mar (Attanasio).

822. H. lucerna Müller.

T. obtecte perforata, orbicularis, glabriuscula, supra convexo-plana, fusco-violacea vel pallide fulvescens, subtus inflata, albida, obsolete fulvo-cingulata, minutissime granulata; spira brevissima; sutura linearis, marginata; anfr. 5 planulati, ultimus convexus, obtuse carinatus, antice vix descendens; apertura late lunaris; perist. simplex, marginibus callo tenuissimo junctis, supero expanso, subincrassato, columellari brevi, dilatato, perforationem tegente, basali reflexo, calloso, bidentato: dentibus fere aequalibus, compressis, parum intrantibus. — Diam. maj. 32, min. 28, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 503.)

Helix lucerna Müll. verm. II. p. 13. N. 212.*)
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 90. t. 126. f. 1108. 9!
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 128. Hist. t. 56 B. f. 4. 6. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 121. t. 20. f. 8. 9. t. 62. f. 15.
— *lychnuchus Küst.* in ind. fasc. 32.
Caprinus recognitus Montf. p. 143. t. 36.
Carocolla lucerna Lam. 5. p. 97. ed. Dh. p. 145.
— — Jay catal. 1839. p. 51.
Pleurodonta lucerna Beck ind. p. 33.
List. t. 90. f. 90.

β. Spira elatiore, basi planiore:
Helix lucerna var. Fér. hist. t. 56 B. f. 1—3.
— *Julia Fér.* olim.
Carocolla Julia Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.

γ. Straminea, acute carinata: diam. 37, alt. 17 mill.
Helix lucerna Fér. hist. t. 56 B. f. 5.

~~(δ. Minima: diam. maj. 17, min. 15, alt. 8 mill. (Spec.)~~

Habitat in insula Jamaica.

Obs. Conf. H. lychnuchus Müll. (Nr. 794.)

823. H. calomorpha Jonas. †

T. imperforata, orbiculata, tenuiuscula, supra convexa, castanea, subtus turgida, albescens; spira obtusa; anfr. 6 plani, tenuiter oblique striati, striis elegantissime granulosis; anfr. ultimus obtuse angulatus: angulo fascia alba circumdato; apertura effusa, subquadrangularis; labrum castaneum, valde expansum, reflexum,

*) T. imperforata, carinata, alba, supra planiuscula, subtus gibba; apertura transversa, bidentata. — Diam. 13 lin. — Testa alba, absque omni stria, subtus elevatior, pone aperturam sinuata. Anfractus valde depressi. Centrum clausum labro aperturae. Haec transversalis margine labii reflexo, introrsum dentibus 2 notato, extrorsum sinuato. In Mus. Chemnitz. (Müll. l. c.)

juxta axin incrassatum, inferne dente albo instructum. (Jon.) — Diam. maj. 62, min. 53, alt. 35 mill. (ex ic.)

Helix calomorpha Jonas in Wiegm. Arch. 1839. I. p. 341. t. 10. f. 3. 4.

Habitat....?

Obs. Conf. H. Oreas Koch (Nr. 1041).

* * *

824. **H. zaleta Say.**

T. obtecte perforata, depresso-globosa, confertissime costulato-striata, flava; spira parum elata vel depressiuscula; anfr. 5½ convexiusculi; apertura rotundato-lunaris; perist. angulatim late reflexum, intus album, nitidum, callosum, marginibus callo tenuissimo, dentem compressum, linguiformem, oblique intrantem emittente junctis, columellari brevi, arcuato, dilatato. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 504.)

Helix zaleta Say. Binn. in Bost. journ. I. p. 492. t. 20.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 53. t. 10. f. 19. 20.
— *albolabris var. Fér.* hist. t. 46 A. f. 6.
— — *δ Pfr.* Symb. II. p. 22.

Habitat in America boreali: Ohio, Missouri, etc.

Obs. Pro varietate H. albolabris (Conf. Nr. 757.) non sine jure haberi potest.

825. **H. palliata Say.**

T. obtecte perforata, depressa, tenuis, fusco-cornea, granulato-striata; spira vix elevata; anfr. 5 subplanulati, ultimus obtuse angulatus, antice paululum descendens; apertura coarctata, subtriangularis; perist. tenue, angulato-reflexum, intus bidentatum: dente 1 in margine dextro, altero transverso in basali; paries aperturalis dente tertio linguiformi munitus. — Diam. maj. 21, min. 18, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 505.)

Helix palliata Say in Philad. journ. II. p. 152.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 353. t. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 371. t. 63. f. 15. 16.
— *denotata* (Helicodonta) *Fér.* pr. 102. Hist. t. 49 A. f. 5.
— — *Lam.* ed. Dh. 181. p. 115.
— *notata Desh.* in Enc. méth. II. 48.
— *caroliniensis Lea* obs. I. p. 112. t. 15. f. 33.
Tridopsis palliata Beck ind. p. 22.

Habitat in America boreali: Illinois et prope cataractam Niagarae (Say), frequentissima in provinciis occidentalibus (Binn.).

826. **H. obstricta Say.**

T. obtecte perforata, depressa, costulato-striata, epidermide nuda, pallide fusca vestita; spira planiuscula; anfr. depressi, ultimus basi convexus, acute carinatus: carina prominente; apertura obliqua, subtriangularis, dente linguiformi, arcuatim intrante parietis aperturalis coarctata; perist. tenue, late expansum, intus late albo-callosum, margine supero valide unidentato, basali stricto, dilatato, reflexo, obsolete unidentato. — Diam. maj. 26, min. 22, alt. 11 mill. (Mus. Cuming.)

Helix obstricta Say in Philad. journ. II. p. 154.
— *denotata var. Fér.* hist. t. 50 A. f. 7.
Carocolla helicoides Lea obs. I. p. 113. t. 15. f. 34.

Habitat in America boreali: Ohio (Say).

Obs. Peraffinis H. palliatae. Num ejus varietas habenda?

827. **H. appressa Say.**

T. obtecte perforata, orbiculato-depressa, pellucida, costulato-striata, corneo-lutescens; spira planulata; anfr. 5 superne planulati, ultimus obtuse angulatus (angulo antice evanescente), antice constrictus; apertura coarctata, subtriangularis; perist. angulatim late reflexum, intus callosum, marginibus callo tenui, dentem linguiformem, oblique intrantem emittente, junctis, dextro et basali strictiusculo obsolete dentatis. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 506.)

Helix appressa Say in Philad. journ. II. p. 151.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 356. t. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 372. t. 63. f. 17. 18.
— *linguifera* (Helicodonta) *Fér.* pr. 95. Hist. t. 49 A. f. 3.
— — *Lam.* 93. p. 90. ed. Dh. p. 70.
Tridopsis appressa Beck ind. p. 22.

Habitat in America boreali: Ohio et Missouri.

828. **H. dentifera Binney.** (†)

T. obtecte perforata, superne depressa, subtus convexa, oblique subtiliter striata, unicolor luteo-cornea; anfr. 5 vix convexiusculi; apertura coarctata, lunaris; perist. album, late et abrupte reflexum; paries aperturalis dente prominente albo instructus. — Diam. 21, alt. 10 mill. (B.)

Helix dentifera Binn. in Bost. journ. I. p. 495. t. 21.

Habitat in America boreali: Vermont.

829. **H. elevata Say.**

T. obtecte perforata, subglobosa, oblique striata, sub epidermide lutescente alba; spira elevata, turbinata; anfr. 7 convexius-

culi, ultimus inflatus; apertura subtriangularis; perist. latum, intus album, labiatum, marginibus callo tenui, dentem validum, linguiformem emittente junctis, dextro expanso, basali strictiusculo, reflexo, columellari dilatato. — Diam. maj. 25, min. 20, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 507.)

Helix elevata Say in Philad. journ. II. p. 154.
— — *Say* Amer. Conch. t. 37. f. 2.
— — *Binn.* in Bost. journ. I. p. 490. t. 19.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 27.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 30. p. 56. t. 7. f. 11. 12.
— *Knoxvillina* (Helicodonta) *Fér.* pr. 94. Hist. t. 49. f. 5. 6.
Mesodon helicinum Rafin. (Fér.)
Tridopsis elevata Beck ind. p. 22.

Habitat in America boreali: Cincinnati, Ohio (Say), Knoxville, Tennessee (Fér.), Pennsylvania, Virginia (Binn.).

§. 60.

830. H. mammilla Férussac.

T. anguste umbilicata, subglobosa, valde rugosa et sulcata, fulvescens, fusco-bifasciata; spira semiglobosa; anfr. 6 convexi, sensim accrescentes; apertura perobliqua, irregulariter lunato-ovalis; perist. late expansum, reflexum, albidum, marginibus callo junctis, basali dilatato, umbilicum angustum, pervium semitegente. — Diam. maj. 43, min. 37, alt. 29 mill. (Spec. Mus. Brit.)

Helix mammilla (Helicella) *Fér.* pr. add. p. 67. Hist. t. 25. f. 1. 2.
— — *Quoy* et *Gaim.* Astrol. II. p. 93. t. 7. f. 3—5. (c. anim.)
— — *Lam.* ed. Dh. 163. p. 105.
Obba mammilla Beck ind. p. 30.

Habitat in insula Celebes. Rarissima!

831. H. papilla Müller.

T. anguste umbilicata, ovato-globosa, solida, valide undulato-costata, superne coerulescente et rufo variegata (costis albis), basi albida; spira elata, apice obtusa, nitida; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus obtuse angulatus, antice deflexus; apertura perobliqua, transverse oblonga, intus nitida, livida; perist. late reflexum, marginibus callo continuo, prominente, umbilicum fere tegente junctis, supero sinuoso, basali obsolete dentato. — Diam. maj. 32, min. 25, alt. 23 mill. (Mus. Cuming.)

Helix papilla Müll. verm. II. p. 100. N. 298.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 43. Hist. t. 25 B. f. 5.
— — *Lam.* 79. p. 87. ed. Dh. p. 65.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 124. t. 21. f. 8. 9.

Trochus papilla Chemn. IX. P. 2. p. 51. t. 122. f. 1053. 54.
Obba papilla Beck ind. p. 30.

Habitat in Archipelago insularum Australiae (Beck). Rarissima!

832. H. bipartita Férussac.

T. umbilicata, subglobosa, inflata, inaequaliter striatula, sub lente minutissime granulata, fulva, ad suturam anguste castaneo-fasciata, basi fusco-nigra; spira semiglobosa; sutura crenulata; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus supra peripheriam fulvus, basi nigricans, antice paululum deflexus; apertura rotundato-lunaris, intus lactea; perist. subincrassatum, album, marginibus callo tenui junctis, supero breviter expanso, columellari dilatato, reflexo. — Diam. maj. 51, min. 42, alt. 34 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix bipartita (Helicella) *Fér.* hist. t. 75 A. f. 1.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 59.
— — *Lam.* ed. Dh. 169. p. 108.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 318. t. 56. f. 9. 10.
Arianta? bipartita Beck ind. p. 41.

Habitat in Archipelago insularum Australiae, Percy island etc.

833. H. globulus Müller.

T. umbilicata, globoso-conoidea, irregulariter costulato-striata et malleata, lutescens, violacescenti-cinereo nebulosa; anfr. 5 convexi, ultimus magnus, inflatus; umbilicus angustus, semiobtectus; columella laevis, subarcuata; apertura lunato-ovalis, intus nitide violaceo-purpurea; perist. incrassatum, reflexum, rubicundum, marginibus distantibus, callo diffuso violaceo-purpureo junctis, columellari dilatato, reflexo. — Dimens. variab.

α. Normalis: diam. maj. 27, min. 23, alt. 22 mill. (Coll. Nr 508.)
Helix globulus Müll. verm. II. p. 68. N. 264. *) Nec Lam.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 16. p. XIII. t. 4. f. 5. 6.
— *lucana Lam.* 19. p. 71. ed. Dh. p. 37. Nec Müll.
— — *Fér.* hist. t. 28. f. 11. 12.
— — *Rossm.* V. p. 4. f. 293.
— *rosacea Jon.* in Wiegm. Arch. 1839. I. p. 339. t. 9. f. 3. 4.
— — *Küst.* Helix p. 40.
— *pomatia var. Chemn.* IX. P. 2. p. 113. t. 128. f. 1138 c.
Galaxias globulus Beck ind. p. 42.

---

*) Testa globosa, subumbilicata, alba, labro reflexo. — Diam. 12 lin. — T. alba, immaculata, unicolor (rubore saepe suffusa), glabra, crassiuscula, transversim saepe subcostata, costis distantibus sat parum conspicuis. Foramen in centro distinctissimum, subumbilicatum, pervium, unico tantum anfractu conspicuo, licet labrum reflexum jam perfectum sit. Apertura concolor, lunata. Anfractus 5, vertex elatus, non depressus. Labium crassum, reflexum. (Müll. l. c.)

Coenatoria lucana Held in Isis 1837. p. 910.
Gualt. t. 2. f. C.
Lister t. 46. f. 44.

β. Major: diam. maj. 45, min. 34, alt. 35 mill. (Spec.)
Helix rosacea Müll. verm. II. p. 76. N. 272.
— — *Lam.* ed. Dh. 142. p. 94.
— *globulus var. Chemn.* ed. II. Helix t. 55. f. 7. 8.

Habitat in promontorio bonae spei, ad fluvium Elephantum, Namaqua.

Obs. H. globulus Lam. etc. est H. semirugata Beck. (Conf. Nr. 66.)

834. H. pomum Pfr.

T. umbilicata, globosa, striis incrementi subrugata, lineisque transversis obsolete sculpta, sub epidermide tenui, olivacescente albida vel superne rufescens, basi pallida; sutura irregulariter crenulata; spira brevis, obtusa; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus subito deflexus, juxta umbilicum angustum, pervium canaliculatus; apertura lunato-rotundata; perist. album, margine dextro incrassato, subreflexo, columellari intus late dentato, extus reflexo, umbilicum semitegente. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 41, min. 35, alt. 33 mill. (Coll. Nr. 509.)

Helix pomum Pfr. Symb. II. p. 37.
— — *Phil.* Icon. I. 2. p. 24. Helix t. 2. f. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 316. t. 55. f. 11—13.
— . . . . *Gray* New Zeal. t. 1. f. 1?

Habitat in Nova Hollandia ad portum Essington.

835. H. sphaeroidea Le Guillou. †

T. sphaeroideo-subovata, perforata, rufa, longitudinaliter rugulosa, strigis transversis, fere obsoletis et crebris impressa; spira conico-rotundata, obturata; anfr. 6 convexi; sutura profunda, tenuiter canaliculata; umbilicus rimalis, (interdum subreflexo labro) magnus, profundus; apertura rotundata alba aut turturina; labrum reflexum, album, inferne ad umbilicum dilatatum, compressum et intus angulosum; labium saepius callosum et tenuissime granulatum. — Diam. 45, alt. 41 mill. (G.)

Helix spheroidea Le Guill. in Revue zool. 1845. Mai. p. 188.

Habitat ad portum Essington Australiae septentrionalis.

Obs. An varietas praecedentis?

836. H. argillacea Férussac.

T. anguste umbilicata, subglobosa, tenuis, diaphana, corneo-rufescens; sutura mediocris; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus inflatus, antice subito deflexus; apertura perobliqua, lunato-ovalis;

perist. late expansum, breviter reflexum, marginibus approximatis, columellari dilatato, umbilicum semitegente. — Diam. maj. 22, min. 17½, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 510.) — Spec. Féruss. 25 mill. diam.

Helix argillacea (Helicogena) *Fér.* pr. 38. Hist. t. 26. f. 1. 2.
— — *Lam.* 53. p. 80.*) ed. Dh. p. 50.
— — *Fér.* in Voy. de Freycin. Zool. p. 468. t. 67. f. 6. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 326. t. 58. f. 4. 5.
Galaxias argillacea Beck ind. p. 42.

β. Minor: diam. maj. 20, min. 16, alt. 13 mill. (Spec.)
Helix argillacea var. Fér. t. 26. f. 3.

Habitat in insulis Timor et Rawak.

837. H. cyclostomopsis Lea. †

T. subglobosa, superne depressa, inferne inflata, longitudinaliter et minute striata, pellucida, cornea, late umbilicata; anfr. 4; spira depressa; apertura subcircularis; labrum crassum et reflexum; columella laevis, ad basin crassescens. — Diam. 0,9, long. 0,6 poll. (Lea.) — Diam. 22, alt. 14 mill. (ex ic.)

Helix cyclostomopsis Lea obs. I. p. 165. t. 19. f. 63.

Habitat . . . . ?

Obs. Etsi umbilicus in diagnosi latus dicatur, tamen ex icone suspicor, speciem ab H. argillacea non satis diversam esse.

838. H. campanula Pfr.

T. umbilicata, globosa, solida, subtiliter et regulariter oblique striata, castanea; spira semiglobosa, apice obtuso pallida; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus antecedente vix latior, antice vix descendens, medio pallide cingulatus; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus livescens; perist. fuscum, subincrassatum, breviter reflexum, marginibus callo junctis, basali introrsum obsolete albo-unidentato, extrorsum dilatato, umbilicum angustum, profundum, semioccultante. — Diam. maj. 27, min. 23, alt. 21 mill. (Mus. Cuming.)

Helix campanula Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 65.

β. Pallide fuscescens, apice castanea, perist. albo. (Coll. com. de Seckendorff.)

Helix campanula var. Chemn. ed. II. Helix N. 694. t. 111. f. 13. 14.

Habitat . . . ?

Obs. Similis varietatibus quibusdam Bulimi brachyodontis.

839. H. codonodes Pfr.

T. umbilicata, globoso-conoidea, solida, oblique striatula, lineis spiralibus confertis subtilissime sculpta, nitida, alba vel

*) T. subglobosa, perforata, diaphana, corneo-rufescente; spira brevi, obtusa; labro margine albo, reflexo. — Diam. 10½ lin. (Lam. l. c.)

straminea, castaneo 1—2fasciata; spira campanulata, apice obtusiuscula; anfr. 5½ vix convexi, ultimus antice descendens, basi juxta aperturam gibboso-subconstrictus; apertura obliqua, subquadrangulari-rotundata; perist. incrassatum, reflexum, marginibus subapproximatis, callo nitido junctis, columellari intus protuberantia dentiformi munito, extus dilatato, patente, sinuoso. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 17 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 511.)

Helix codonodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 112.
— — — *Chemn.* ed. II. Helix N. 695. t. 111. f. 15. 16.

Habitat in insula Nicobaria majore (Theod. Philippi).

840. H. Jannelleï Le Guillou. †

T. globoso-obtusa, dilute olivacea; anfr. 5 transversim tenue rugulosi (rugis undulatis), superne rotundati; sutura profunda; spira convexa, obtusa; apertura obliquissima, albida; labrum reflexum, album; labium obliquum, reflexum, umbilicum profundum occultans. — Diam. et alt. 25 mill. (G.)

Helix Jannellei Le Guill. in Revue Zool. 1842. p. 137.

Habitat in Australia septentrionali.

Obs. «Variat spira conico-obtusata, umbilico clauso. In junioribus ultimus anfractus superne subcarinatus».

841. H. Tilii Anton. †

T. globosa, tenuis, subtiliter striata, transversim regulariter striatula, lutescenti-alba, pervio-umbilicata; anfr. 5 convexi; sutura profunda; apertura subrotunda; perist. acutum, vix reflexiusculum. — Diam. 9, alt. 5½ lin. (A.)

Helix Tilii Ant. Verzeichn. p. 34. N. 1288.

Habitat . . . ?

842. H. leptogramma Pfr.

T. umbilicata, globosa, tenuis, striata, lineis impressis, concentricis, confertis sculpta, carneo-albida, superne fasciis 3—4 angustis, rufis ornata; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus inflatus, antice breviter descendens; apertura vix obliqua, rotundato-lunaris, intus concolor; perist. album, simplex, breviter expansum, marginibus callo tenuissimo, diffuso junctis, columellari valde dilatato, albo, nitido, reflexo, umbilicum angustum semioccultante. — Diam. maj. 17, min. 14, alt. 13 mill. (Mus. Cuming.)

Helix leptogramma Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 127.

Habitat in Australia septentrionali «Cynet Bay».

843. **H. pachyloma Menke.**

T. angustissime umbilicata, conoideo-globosa, tenuiuscula, subtilissime striatula, pallide cornea; spira conoidea, vertice acutiusculo; anfr. 5½ vix convexiusculi, ultimus ventrosus, antice constrictus, non descendens; apertura subverticalis, subtriangulato-lunaris; perist. breviter expansum, intus callosum, margine dextro cum supero brevi angulum obsoletum formante, columellari ad umbilicum reflexo. — Diam. maj. 12, min. 10½, alt. 9 mill. (Coll. Menke.)

Helix pachyloma Menke in Zeitschr. f. Mal. 1847. p. 32.

Habitat in Texas.

Obs. Hoc loco conferantur species in §. 51 enumeratae, interdum aperte perforatae.

* * *

844. **H. Mobiliana Lea.** †

T. subglobosa, rufo-cornea, nitida, perforata; spira brevis, obtusa; sutura impressa; anfr. 6 convexi; apertura lunata; labrum reflexum. (L.) — Dimens.?

Helix Mobiliana Lea in Proc. Am. phil. Soc. 1841. II. p. 82.

Habitat in America boreali, prope Mobile Alabamae.

§. 61.

845. **H. pileiformis Moricand.**

T. perforata, trochiformis, tenuis, striata, fragilis, olivaceo-fusca; spira elata, conica, acuta; anfr. 7 planati, ultimus carinatus, basi convexiusculus; apertura subquadrangularis; perist. simplex, marginibus callo tenui junctis, dextro et basali expansis, columellari dilatato, reflexo, foramen occultante. — Diam. maj. 12, min. 11, alt. 14½ mill. (Coll. Nr. 512.)

Helix pileiformis Moric. Mém. Gen. VII. P. II. p. 420. t. 2. f. 2.
— — *Lam.* ed. Dh. 224. p. 134.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 315. t. 55. f. 9. 10.
Geotrochus pileiformis Beck ind. p. 47.
Bulimus pileiformis Pfr. Symb. II. p. 120.

Habitat in Brasilia: Illheos (Moric.).

Obs. Ex affinitate cum Bul. opalino Sow. aliisque speciebus H. pileiformem antea Bulimis adnumeraveram.

846. **H. pileus Müller.**

T. perforata, coniformis, laevigata, alba, rufo varie fasciata; spira elongata, acutiuscula; anfr. 6 planiusculi, ultimus obsolete angulatus, basi planulatus, castaneus; columella brevis, obliqua;

apertura lunato-ovalis, intus concolor; perist. simplex, late expansum, album, margine supero antrorsum subarcuato, basali reflexo, columellari dilatato, reflexo, perforationem fere occultante. — R. a. = 5 : 7. — Diam. maj. 25, min. 22, alt. 25 mill. (Coll. Nr. 513.)

Helix pileus Müll. verm. II. p. 80. N. 277.
— — *Born* test. p. 380. t. 16. f. 11. 12.
— — (Helicigona) *Fér.* pr. 141. Hist. t. 63 A. f. 3—8.
— — *Lam.* 78. p. 87. ed. Dh. p. 64.
— — *Sow.* Conch. Man. f. 278.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 123. t. 21. f. 1—3.
— *pileata Gmel.* p. 3639. N. 173.
Trochus pileus Chemn. IX. P. 2. p. 148. t. 122. f. 1046—48.
Geotrochus pileus Swains. Zool. Ill. II. t. 91.
— — *Beck* ind. p. 48.

β. Unicolor, isabellina, basi castanea, linea suturali castanea ornata. (Mus. Cuming.)

γ. Major, anfr. 7, rubello-cornea, fasciis opacis albidis ornata, perist. nigro: diam. maj. 29, min. 24, alt. 29 mill. (Spec.)
Helix pileus var. Chemn. ed. II. Helix t. 40. f. 5.

Habitat in India orientali (Chemn.), in insula Amboina (Hinds).

847. H. pileolus Férussac.

T. perforata, trochiformis, apice obtusiuscula, irregulariter rugoso-striata, subdiaphana, alabastrina; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus basi carinatus, subtus vix convexior; columella brevis, subverticalis; apertura depressa, subquadrangularis; perist. simplex, margine dextro breviter expanso, basali strictiusculo, reflexo, columellari roseo, perdilatato, perforationem non occultante. — Diam. maj. 20½, min. 18, alt. 21½ mill. (Spec. coll. Meyer Hamburg.)

Helix pileolus (Helicigona) *Fér.* pr. 142. Hist. t. 63 A. f. 2?
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 58.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 75.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 457. t. 76. f. 14—17?
Carocolla Pileolus Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Geotrochus pileolus Beck ind. p. 47.

Habitat . . . ?

Obs. H. pileolus Fér. t. 63 A. f. 1 ad H. Gaberti (Nr. 612.) potius referenda videtur.

* * *

848. H. Sagraiana Orbigny.

T. anguste umbilicata, subtrochiformis, liris permultis, concentricis, acute elevatis cincta, solidiuscula, albida; spira conoi-

dea; anfr. 6½ vix convexiusculi, ultimus subcarinatus, basi convexiusculus, circa umbilicum subcompressus; apertura obliqua, lunaris; perist. breviter reflexum, margine columellari dilatato, tuberculato-sinuato. — Diam. maj. 32, min. 27, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 514. Spec. californ.)

Helix Sagraiana Orb. moll. cub. I. p. 145. t. 7. f. 4—6.*)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 312. t. 55. f. 1. 2.

Habitat in insulae Cubae regionibus intimis (Orb.), California (Sowerby).

849. H. labium Férussac.

T. anguste umbilicata, conoidea, oblique striatula, nitida, tenuis, pallide fulva, rufo-unicingulata; spira late conoidea, apice acuta; anfr. 6 convexiusculi, ultimus depressiusculus, basi subplanus; columella brevis, obliqua; apertura angulato-lunaris, intus albida, fascia pellucente; perist. tenue, latissime expansum, reflexum, album, latere dextro angulatum, margine columellari umbilicum semioccultante. — Diam. maj. 38, min. 31, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 515.)

Helix labium (Helicigona) *Fér.* hist. t. 64. f. 6.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 75.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 313. t. 55. f. 3. 4.

Habitat in insula Mindanao Philippinarum. (Mus. Cuming.)

850. H. Pennantiana Pfr.

T. anguste umbilicata, orbiculato-conoidea, acute carinata, tenuis, striatula, irregulariter et leviter malleata, unicolor carnea, apice rufescens; anfr. 5½ vix convexiusculi, ultimus antice vix descendens, basi planiusculus; apertura perobliqua, angulato-lunaris, intus alba; perist. roseum, late expansum, margine basali reflexo, columellari brevi, strictiusculo, umbilicum fere tegente. — Diam. maj. 37, min. 30, alt. 20 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Pennantiana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 67.

Habitat . . . ?

Obs. Differt ab H. labio testa malleata et acute carinata, et apertura depressa.

851. H. grata (Carocolla) Michelin.

T. anguste umbilicata, trochiformis, tenuis, striata, citrina, epidermide fulva fasciatim obducta; spira conica, acuta; anfr. 5

*) T. conico-depressa, perforata, tenuis, transversaliter sulcata; spira subelevata, conica; anfr. 7 minime carinati; apertura semilunaris; labrum margine reflexum; columella incrassata, tuberculato-sinuata. (Orb. l. c.) — Diam. maj. 28, min. 25, alt. 20 mill. (ex ic.)

planiusculi, ultimus acute carinatus, basi convexiusculus; columella oblique descendens, dilatata; apertura subrhombea; perist. simplex, late expansum, margine columellari dilatato, arcuatim reflexo, umbilicum occultante, nec obtegente. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 18 mill. (Mus. Cuming.)

Carocolla grata Mich. in Guér. mag. 1831. t. 9.
Helix grata Pfr. Symb. II. p. 81.
— *acuta Quoy* et *Gaim.* Astrol. II. p. 98. t. 8. f. 1—4.
— — *Lam.* ed. Dh. 198. p. 123.
— . . . *Fér.* hist. t. 63 B. f. 1—3.

Habitat ad portum Dorey Novae Guineae (Quoy).

852. **H. multizona Lesson.** †

T. perforata, orbiculato-conoidea, laevigata, alba vel fulvida, lineis numerosis rufis cincta; spira acuta; anfr. 6 planiusculi, ultimus obsolete angulatus; apertura lunari-elliptica; perist. album, reflexum, margine columellari dilatato, perforationem semitegente. — Diam. maj. 32, min. 26, alt. 20 mill. (ex ic.)

Helix multizona Less. voy. de la Coq. p. 308.
— *multizonata Lam.* ed. Dh. 165. p. 106.
— *tenuiradiata Quoy* et *Gaim.* Astrol. II. p. 101. t. 8. f. 8—10.
— . . . . *Fér.* hist. t. 106. f. 3—5.

Habitat ad portum Dorey Novae Guineae.

853. **H. lituus Lesson.**

T. anguste umbilicata, orbiculato-conoidea, apice obtusa, nitida, albicans, luteo-fusca vel rufo-castanea, zona rufa vel nigricante circumdata; anfr. 6 sensim accrescentes, convexiusculi, ultimus basi planiusculus; apertura transverse ovata; perist. valde reflexum, intus nigricans vel roseum, margine basali strictiusculo, cum columellari dilatato, umbilicum fere tegente, angulum formante. — Diam. maj. 37, min. 29, alt. 25 mill. (ex ic. Quoy.)

Helix lituus Less. voy de la Coq. p. 309.
— — *Lam.* ed. Dh. 161. p. 104.
— *Ardouinii Desh.* in Encycl. méth. II. p. 266.
— *papuensis Quoy* et *Gaim.* Astrol. II. p. 96. t. 7. f. 10—13.
— . . . . *Fér.* hist. t. 106. f. 6—9.
Geotrochus papuensis Beck ind. p. 48.

Habitat ad portum Dorey Novae Guineae.

854. **H. vitrea Férussac.** †

T. umbilicata, depresso-conica, carinata, vitrea, nitida; anfr. 4 planiusculi; apertura lunari-elliptica; perist. simplex, reflexum,

umbilicum semitegens. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 16 mill. (ex ic.)

Helix vitrea (Helicigona) *Fér.* pr. 145. Hist. t. 64. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 459. t. 76. f. 18. 19.

Habitat . . . ?

Obs. H. multizonae similis, umbilico majore distincta.

855. H. Poeyi Petit.

T. anguste umbilicata, orbiculato-convexa, tenuis, confertim costulato-striata, badia, epidermide decidua, subvelutina; anfr. 5 planiusculi, ultimus carinatus, antice deflexus; columella brevis, verticalis; apertura subangulato-lunaris; perist. simplex, margine supero expanso, basali reflexo, columellari valde dilatato, foramen semioccultante. — Diam. maj. 26, min. 24, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 516.)

Helix Poeyi Petit in Guérin mag. 1836. t. 74.
— — *Orb.* moll. cub. I. p. 150. t. 5. f. 11—13.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 314. t. 55. f. 5. 6.
— *staminea Menke* in litt. olim.

Habitat in insulae Cubae regionibus interioribus.

856. H. Blainvillei Le Guillou. †

T. pyramidata, trochiformis, umbilicata, albido-lutescens; anfr. 7—8 tenue striati, depresso-convexi, linea fusco-rufa inferne picti, ultimus carinatus, subtus plano-convexiusculus, striis obsoletis concentricis interdum notatus; apertura subquadrata, reflexa, albida, anterius subangulata; columella violascens, umbilicum concolorem, profundum non occultans. — Diam. 19—21, alt. 23—25 mill. (G.)

Helix Blainvillei Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 140.

Habitat in insula Arrow.

857. H. Arrowensis Le Guillou. †

T. trochiformis, carinata, subumbilicata, alba, hyalina; anfr. 5 convexiusculi, basi depressi, substriati, ultimus carina acuta instructus, subtus convexo-depressus; spira conica, supra obtusa; apertura subsemiovata, margine reflexa; labium latius, umbilicum suboccultans. — Diam. 17, alt. 12 mill. (G.)

Helix Arrowensis Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 139.

Habitat in insula Arrow.

858. H. reflexiuscula Pfr. †

T. trochoidea, carinata, vix umbilicata, hyalina, subvitrea, anfr. 6 subconvexi, basi depressi, tenue striati, ultimus carina

acuta, sursum reflexiuscula instructus, subtus convexo-depressus; apertura sublanceolata, anterius acuta, basi rotundata, subreflexa, versus umbilicum oblique rectiuscula. — Diam. 15, alt. 10 mill. (G.)

Helix hyalina Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 139. Nec Fér.

— *reflexiuscula Pfr.* Symb. II. p. 98.

Habitat in insulis Salomon.

859. **H. Tritoniensis Le Guillou.** †

T. trochoidea, subumbilicata, albido-fulva, substriata; anfr. 5—6 convexiusculi, ultimus rotundatus, subtus convexus; spira conico-depressa; apertura angusta; labrum subreflexum; umbilicus minimus, punctiformis. — Diam. 9, alt. 7½ mill. (G.)

Helix Tritoniensis Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 138.

Habitat in Nova Guinea, ad Triton-Bay.

860. **H. albula Le Guillou.** †

T. discoidea, albula, umbilicata, acute carinata, supra conico-depressa, subacuta, tenuiter striata, subtus depresso-convexa, crebre striata; anfr. 5½ depresso-convexi, ultimus carinatus: carina rufescente; apertura suboblonga, anterius acuta, basi depresso-recta; perist. superne subreflexum, subtus et anterius lamina lata, reflexa, acuta; umbilicus profundus, infundibuliformis. — Diam. 27, alt. 16 mill. (G.)

Helix albula Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 139.

Habitat in insula Ternate.

861. **H. ternatana Le Guillou.** †

T. orbiculato-subconoidea, umbilicata, rufa, tenuiter striata; anfr. 7 subconvexi, ultimus margine carinatus: carina albida; infima facies depresso-convexiuscula; umbilicus profundus, margine effuso; spira conico-depressa, obtusa; apertura obliqua, subquadrata, marginata, alba, subreflexa, basi incrassata. — Diam. 22, alt. 12 mill. (G.)

Helix Ternatana Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 138.

Habitat in insula Ternate.

§. 62.

862. **H. Ghiesbreghti Nyst.**

T. umbilicata, orbiculato-convexa, striata, epidermide pilosa induta, brunnea, zonis nigricantibus et luteis ornata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus magnus, rotundatus, circa umbilicum mediocrem subcompressus; apertura lunato-rotundata; perist. expansum, album, breviter reflexum, marginibus conniventibus,

columellari dilatato. — Diam. maj. 63, min. 53, alt. 37 mill. (Mus. Cuming. et Gruner. Coll. Nr. 517. Spec. juv.)

Helix Ghiesbreghtii Nyst in Bull. Brux. VIII. 1841. p. 343. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 317. t. 56. f. 1. 2.

β. Fulva, superne rufo-zonata: diam. maj. 57, min. 45, alt. 33 mill.

Habitat in Mexico: prope Chiapa (Nyst), in America centrali (Mus. Cuming).

863. H. Hogoleuensis Le Guillou. †

T. orbiculato-conoidea, crassiuscula, umbilicata, sub epidermide castanea rufescens, subtus convexo-depressa; anfr. 5 supra depresso-declives, longitudinaliter rugosi, saepius eleganter ac crebre striati, supremi pallidi, obtuse planulati, infimus in junioribus subangulatus, in adultis sulcis irregularibus 2 cinctus; apertura pallide fulva, fascia rufa angusta saepius in medio decurrente: labrum margine valde incrassatum, superne oblique productum, subangulosum, inferne et intus sinuatum; umbilicus angustus, profundus, extus in canali continuatus, angulo externo cinctus. — Diam. 49, alt. 28 mill. (G.)

Helix Hogoleuensis Le Guill. in Revue zool. 1845. p. 187.

β. Anfractibus inferioribus basi fascia castanea, angusta et saltem intus perspicua pictis. — Diam. 38, alt. 20 mill.

γ. Testa sub epidermide lutescente alba, fascia extus et intus carente. — Diam. 39, alt. 20 mill.

Habitat frequentissima in insulis Hogoleu Carolinarum.

864. H. eximia Pfr.

T. umbilicata, depresso-globosa, oblique rugosa et confertissime granulosa, olivaceo-cornea, fasciis 5 fusco-viridibus ornata; anfr. 4½ convexiusculi, rapide accrescentes, ultimus permagnus, circa aream umbilicarem fuscam compresso-inflatus; apertura lunato-ovalis, intus margaritacea, lilacina; perist. simplex, anguste reflexum, umbilicum angustum semitegens. — Diam. maj. 41, min. 32, alt. 26 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 518. Spec. juv.)

Helix eximia Pfr. in Phil. Icon. I. 7. p. 153. t. 5. f. 6.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 336. t. 60. f. 23. 24.

Habitat in America centrali, prope Veracruz prov. Honduras.

865. H. Incei Pfr.

T. umbilicata, depresso-globosa, solidula, striata, sub epidermide pallide fulva alba, fasciis angustis castaneis cingulata; spira elevata, acutiuscula; anfr. 7 vix convexiusculi, ultimus circa

umbilicum mediocrem, pervium subcompressus; columella arcuata; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. album, tenue, intus sublabiatum, margine dextro vix expanso, basali reflexo, columellari in laminam triangularem dilatato, umbilicum semitegente. — Diam. maj. 38, min. 32, alt. 28 mill. (Coll. Nr. 519.)

Helix Incei Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 126.
— — *Phil.* Icon. II. 11. p. 83. Helix t. 7. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 325. t. 58. f. 1—3.

β. Minor, epidermide castanea, fasciis indistinctis, anfractu ultimo basi flavo. — Diam. maj. 32, min. 27, alt. 21 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in Australia septentrionali (Ince).

866. H. cicatricosa Müller.

T. sinistrorsa, umbilicata, depresso-globosa, tenuiuscula, irregulariter rugosa et cicatricosa, fulvicanti-flava, lineis et fasciis rufis varie ornata; anfr. 5½, ultimi 2 inflati, supremi planulati, ultimus ad peripheriam angulatus, ad umbilicum mediocrem, pervium compressus; apertura lunaris, intus margaritacea; perist. expansum, subincrassatum, marginibus callo tenui junctis, columellari breviter arcuato, late expanso, umbilicum semitegente. — Diam. maj. 40, min. 32, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 520.)

Helix cicatricosa Müll. verm. II. p. 42. N. 242.
— — *Chemn.* IX. P. 1. p. 1. Vign. f. A. t. 109. f. 923.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 64. t. 12. f. 1. 2. 7—9.
— *cicatrosa Lam.* ed. Dh. 132. p. 89.
— *senegalensis Chemn.* IX. P. 1. p. 85. t. 109. f. 917. 18.
— — *Lam.* 31. p. 74. ed. Dh. p. 42.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 189. Hist. t. 78. f. 1. 2.
— *chinensis Voigt* in Cuv. Thierr. III. p. 61.
Ariophanta cicatricosa Beck ind. p. 5.
Kämmerer t. 11. f. 6.

Habitat in China: Woosung. — Nec in prov. Senegalensi.

867. H. monochroa Sowerby.

T. umbilicata, semiglobosa, tenuiuscula, pallide brunnea, interdum rufo varie fasciata, minute rugulosa; spira mediocris; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus rufo-bifasciatus; umbilicus mediocris, pervius; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus lactea; perist. extus fuscum, subincrassatum, reflexum, marginibus callo tenui junctis, columellari crasso, late expanso, umbilicum semitegente. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 50, min. 40, alt. 30 mill. (Coll. Nr. 521.)

Helix monochroa Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 1.

Helix monochroa Pfr. Symb. II. p. 34.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 324. t. 57. f. 1—3.
Habitat in insula Tablas Philippinarum (Cuming).

868. **H. mercatoria Gray.**

T. umbilicata, turbinato-depressa, solida, costulato-striata, fulva, zona unica rufa, utrinque pallide marginata circumdata; spira elevata, obtusiuscula; anfr. 6½ convexiusculi, ultimus obsolete angulatus, basi inflatus; umbilicus angustissimus, vix pervius; apertura lunaris; perist. incrassatum, breviter reflexum. — Diam. maj. 38, min. 34, alt. 25 mill. (Mus. Brit.)

Helix mercatoria Gray in Mus. Brit.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Malak. 1845. p. 154.
Habitat in China.

869. **H. Sauliae Pfr.**

T. umbilicata, globoso-depressa, solidiuscula, oblique striata, fulvida, medio fascia unica, alba, utrinque rufo-marginata ornata; spira brevis, obtusa; anfr. 4 vix convexiusculi, ultimus basi subplanatus, antice subito deflexus, circa umbilicum angustum, pervium rufus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. breviter reflexum, marginibus conniventibus, callo tenui junctis, columellari castaneo, valde dilatato, umbilicum fere occultante. — Diam. maj. 32, min. 27, alt. 20 mill. (Mus. Cuming. et Saul.)

Helix Sauliae Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 72.
Habitat . . . ?

870. **H. chlorozona Grateloup.** †

T. orbiculato-subconoidea, subtus convexa, late umbilicata, nitida, subdiaphana, rufo-castanea, oblique tenuiter striata; anfr. 4—5; umbilicus pervius; apertura ovata; labrum subreflexum, marginatim luteo-albescens. — Diam. 30, alt. 18 mill. (Gr.)

Helix chlorozona Grat. in Act. Bord. XI. p. 409. t. 1. f. 4.
Habitat in insula Madagascar (Duisabo).

Obs. «Differt ab H. Nuttalliana zonarum dispositione, apertura non rotundata, spira conoidea, anfractuum numero.»

871. **H. lucana Müller.**

T. aperte umbilicata, depresso-globosa, subpellucida, nitida, superne luteo-fulvescens, subtus et in suturis alba; anfr. 5, supremi lente accrescentes, planulati, ultimus magnus, convexus; apertura lunato-rotundata; perist. crassum, reflexum, marginibus

conniventibus, callo junctis. — Diam. maj. 30, min. 25, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 522.)

Helix lucana Müll. verm. II. p. 75. N. 270.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 124. t. 130. f. 1155.
— — *Jonas* in Wiegm. Arch. 1839. I. p. 338. t. 9. f. 1. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 339. t. 60. f. 1. 2.
— *Lucena Gmel.* p. 3636. N. 78.
— — *Wood* ind. t. 34. f. 86.
Galaxias lucana Beck ind. p. 42.

β? Peristomate aurantiaco:
Helix . . . . Fér. hist. t. 10 B. f. 3—5.

Habitat in Africa australi ad fluvium Elephantum! Tranquebar (Chemn.).

872. **H. Alexandri (Dorcasia) Gray.**

T. rimato-perforata, depressa, pallide fulva vel albida, superne minute costulato-striata, basi laevigata; spira vix elevata; anfr. 5 convexi, ultimus inflatus, antice subito perdeflexus, basi devians, rimam umbilicarem formans; apertura perobliqua, subcircularis; perist. continuum, undique expansum, reflexum. — Diam. maj. 32, min. 25, alt. 14 mill. (Mus. Brit.)

Dorcasia Alexandri Gray in Mus. Brit.
Helix Alexandri Pfr. in Zeitschr. f. Malak. 1845. p. 87. adnot.

Habitat circa Damarha Africae meridionalis (Alexander).

873. **H. prunum Férussac.**

T. umbilicata, subdepresso-globosa, fulva vel rufa, nitida, oblique striata, obsolete granulata; spira brevis; anfr. 6 planuli, ultimus ventrosus, basi inflatus, antice parum descendens; apertura lunato-subcircularis, intus nitida, rubescens; perist. album, breviter expansum, margine columellari superne dilatato, umbilicum angustum semioccultante. — Diam. maj. 30, min. 25, alt. 19 mill. (Coll. Walton.)

Helix prunum (Helicogena) *Fér.* pr. 34. Hist. t. 26. f. 7. 8.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 38.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 75.
— — *Gray* New Zeal. t. 1. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 446. t. 74. f. 11—13.
— *argillacea Gray* in Griff. anim. kingd. t. 28. f. 2.
Arianta prunum Beck ind. p. 41.

β. Magis conica, interdum linea saturatiore circumdata: diam. maj. 28, min. 23, alt. 20 mill. (Coll. Walton.)
Helix prunum var. Fér. t. 26. f. 9.

Habitat in Australia.

874. **H. pelodes Pfr.**

T. umbilicata, subdepresso-globosa, tenuiuscula, striata et minute granulata, rubello-fusca; spira brevis, obtusiuscula; anfr. 6 convexiusculi, ultimus inflatus, antice breviter descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-circularis, intus margaritacea; perist. expansum, saturate carneum, margine columellari perdilatato, fornicatim reflexo. — Diam. maj. 31, min. 25, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 523.)

Helix pelodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 126.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 327. t. 58. f. 6. 7.

Habitat in littore septentrionali Australiae.

Obs. Differt ab H. argillacea (Nr. 836.) magnitudine, forma depressiore, testa granulata, umbilico latiore et peristomate non reflexo.

875. **H. Bonplandii Lamarck.**

T. anguste umbilicata, orbiculato-convexa, rufa, nigro obsolete bicingulata, striis incrementi et spiralibus tenuissimis subdecussata; anfr. 4½ — 5 convexiusculi; apertura transverse ovalis, intus fusco-violacea; perist. simplex, margine dextro patulo, basali subincrassato, ad columellam reflexo, umbilicum fere tegente. — Diam. maj. 35, min. 28½, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 524. Spec. max.) Diam. maj. 29, min. 24, alt. 15½ mill. (Spec. min.)

Helix Bonplandii Lam. 26. p. 72. ed. Dh. p. 40.
— — *Fér.* hist. t. 46 A. f. 2.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 9.
— — *Orb.* moll. cub. I. p. 148. t. 7. f. 10—12.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 337. t. 60. f. 3—6.

Habitat in insula Cuba, ubi in vicinia urbium Havana et Matanzas, praecipue in truncis Oreodoxae regiae, legi.

876. **H. supertexta Pfr.**

T. anguste umbilicata, orbiculato-conoidea, solidiuscula, striis incrementi et lineis impressis concentricis subdecussata, rufescenti-fulva, medio rufo-unifasciata, epidermide hydrophana radiatim induta; sutura profunda, crenulata; anfr. 5 convexi; apertura lunato-ovalis, intus fusca; perist. album, margine supero expanso, basali incrassato, reflexo, umbilicum angustum semitegente. — Diam. maj. 24, min. 20, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 525.)

Helix supertexta Pfr. in Zeitschr. f. Malak. 1845. p. 153.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 338. t. 60. f. 7. 8.

Habitat in insula Cuba, ubi ad Punta Maya prope Matanzas rarissimam legit Dr. Gundlach.

Obs. Similis H. Bonplandii; differt magnitudine, epidermide, anfractibus convexioribus, minus celeriter accrescentibus.

877. **H. bigonia Férussac.**

T. umbilicata, depresso-conoidea, tenuis, oblique striatula, fulvido-alba, fasciis rufis ornata, basi planulata; sutura linearis; spira late conoidea; anfr. 4½ planiusculi, ultimus basi angulatus; umbilicus angustus, pervius; apertura horizontalis, elliptica; perist. simplex, margine supero expanso, basali late reflexo. — R. a. = 3 : 4. — Diam. maj. 23, min. 19, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 526.)

Helix bigonia (Helicella) *Fér.* hist. t. 70. f. 2.
— — *Lam.* ed. Dh. 170. p. 108.
— — *Phil.* Icon. I. 4. p. 78. Helix t. 4. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 329. t. 58. f. 13. 14.
— *Samarensis Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 87.
Planispira bigonia Beck ind. p. 30.

Habitat in insula Samar Philippinarum (Cuming).

877ª. **H. pedestris Gould.** †

T. rudis, depresso-globosa, late perforata, luteo-cornea, ad apicem virens, striis incrementalibus conspicuis inaequalibus et striis minutissimis confertis volventibus decussata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus ventricosus, prope aperturam deflexus; apertura obliqua, transversa, rotundato-lunaris; perist. reflexum, album, ad basim dilatatum, juxta columellam sinuatum. — Lat. ⅞, alt. ½ poll. (G.)

Helix pedestris Gould 1846. Exped. shells p. 18.

Habitat in Nova Hollandia (New South Wales).

Obs. «Forma et aspectus H. zaletae; subtus H. profundae similior».

878. **H. Recluziana Le Guillou.** †

T. orbicularis, supra convexo-depressa, rufo-fusca, subtus albida; anfr. 5 leviter ac crebre striati, convexo-depressi, ultimus rotundatus, fascia alba, linea rufa superne marginata circumcinctus; apertura subrotunda, reflexa, fusco-tincta; columella dilatata, intus truncata et obtuse unidentata; umbilicus consolidatus, rufescens. — Diam. 26 — 27, alt. 17 — 20 mill. (G.)

Helix Recluziana Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 137.

Habitat . . . ?

879. **H. dichroa Pfr.**

T. umbilicata, globoso-depressa, tenuis, oblique striata, lineis confertis sub lente decussata, pallide cornea, diaphana, cingulis permultis, opacis, albis, interruptis ornata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus antice deflexus, basi convexus; umbilicus angustus; apertura lunato-circularis, intus concolor; perist. tenue, marginibus conniventibus, supero expansiusculo, basali brevissime reflexo,

columellari dilatato, nitido, fornicatim reflexo. — Diam. maj. 15½, min. 13½, alt. 10½ mill. (Coll. Nr. 527.)

Helix dichroa Pfr. Symb. III. p. 76.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 684. t. 109. f. 16. 17.

Habitat . . . ?

880. **H. tenuicostata Dunker.**

T. perforata, depresso-globosa, solidula, oblique costulato-striata, alba, rufo-multifasciata; spira elevata, late conica; anfr. 4½ convexiusculi, sensim accrescentes, ultimus antice deflexus; apertura lunato-ovalis; perist. acutum, intus sublabiatum, margine dextro subexpanso, columellari reflexo, appresse dilatato, foramen fere tegente. — Diam. maj. 13, min. 11, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 528.)

Helix tenuicostata Dkr. in Phil. Icon. II. 9. p. 6. t. 6. f. 13.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 683. t. 109. f. 14. 15.

Habitat in republica mexicana?

Obs. Similis H. gilvae; differt spira elevatiuscula, perforatione angustissima, fere tecta, margine peristomatis basali subappresso, anfractibus lentius crescentibus. — Num forte H. Troscheli varietatibus adnumeranda? (Conf. Nr. 630.)

881. **H. gilva Férussac.**

T. umbilicata, globoso-depressa, tenuis, striis obliquis, confertis corrugata, carneo-albida, fasciis angustis nigricantibus vel fuscis cingulata; spira parum elevata, interdum obtusissima; anfr. 4½ planiusculi, celeriter accrescentes; apertura rotundato-lunata; perist. simplex, acutum, margine dextro patulo, columellari late reflexo, rosco, intus nigro-purpurascente. — Diam. maj. 15, min. 12½, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 529.)

Helix gilvus (Helicogena) *Fér.* pr. 36. Hist. t. 21 B. f. 1.
— *gilva Orb.* moll. cub. I. p. 157. t. 8. f. 9. 15.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Malak. 1845. p. 23.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 342. t. 60. f. 9. 10.
— *corrugata Pfr.* Symb. I. p. 41.

β. Fusca, fascia 1 albida, nigro-marginata ad peripheriam, altera ad suturam, perist. castaneo.

Helix gilva var. Chemn. ed. II. Helix t. 60. f. 11. 12.

Habitat in insula Cuba, var. *β* prope Holguin in parte septentrionali Cubae.

882. **H. sordida Pfr.**

T. perforata, globoso-depressa, striis incrementi rugosa, epidermide sordide cornea induta, obtuse carinata; spira depressa; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus subtus inflatus; umbilicus

angustissimus, non pervius; apertura lunato-rotundata; perist. simplex, reflexiusculum. — Diam. maj. 11½, min. 10, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 530.)

Helix sordida Pfr. Symb. II. p. 39.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 341. t. 60. f. 19. 20.

Habitat in India orientali, prope Pondichery (teste Guérin).

883. **H. fasciola Draparnaud.** †

T. anguste umbilicata, subdepressa, tenuis, diaphana, cornea, albida; anfr. 5½ planiusculi, ultimus vix subcarinatus, linea rufa cinctus; apertura non rotundata, triangularis; perist. album, incrassatum, subangulatum. (Dr.) — Diam. maj. 15, min. 12, alt. 9 mill. (ex ic. Drap.)

Helix faciola Drap. p. 110. t. 6. f. 22—24.
— *fasciola Fér.* pr. 252. Hist. t. 69 A. f. 1?
— — *Lam.* ed. Dh. 122. p. 84?

Habitat...? Accepit Drap. ex Rochelles, sed in Gallia indigena non est.

Obs. An forte varietas sequentis?

884. **H. similaris Férussac.**

T. anguste umbilicata, subdepresso-globosa, minute striata, diaphana, pallide cornea, unicolor vel rufo-unizonata; spira magis minusve elata; anfr. 5 convexiusculi; apertura rotundato-lunaris; perist. album, reflexum, margine columellari subdilatato. — Diam. maj. 15½, min. 14, alt. 9—11 mill. (Coll. Nr. 531.)

Helix similaris (Helicogena) *Fér.* pr. 262. Hist. t. 25 B. f. 1. 4. t. 27 A. f. 3.
— — *Rang* in Ann. sc. nat. XXIV. p. 15.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 343. t. 60. f. 13—16.
— *translucens King* in Zool. Journ. V. p. 339.
— *Woodiana Lea* obs. I. p. 169. t. 19. f. 69.
— *cestus Bens.* in Journ. As. Soc. V. p. 353.
Bradybaena similaris Beck ind. p. 18.

β. Solidula, anfractu ultimo saepe angulato: diam. maj. 14, min. 12, alt. 8½ mill. (Spec. javan.)
Helix addita Fér. pr. add. p. 71. Hist. t. 25 B. f. 2. 3.

γ. Major: diam. 19, alt. 12 mill. (ex ic.)
Helix similaris var. Fér. hist. t. 27 A. f. 1. 2.

δ. Minima: diam. maj. 14, min. 12, alt. 10 mill. (Spec.)

ε. Cornea unicolor, peristomate rubello. (Mus. Cuming.)

Habitat in Brasilia circa Rio Janeiro frequens; in insulis Bourbon et Cuba (Rang); Java (Winter!); ins. Seychell.: Malé, Praslin (Dufo p. 198.); Bengalia et China: Macao (Cantor, Lea); var. δ in ins. Mauritii (Barclay).

884ª. **H. flavescens Mus. Berol.**

T. perforata, depresso-globosa, tenuis, laevigata, opaca, pallide flavescens, lineis spiralibus et strigis pellucidis variegata, cingulo 1 laete castaneo ornata; spira brevis, obtusiuscula; sutura levis, plicatula; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus antice descendens, subconstrictus; apertura obliqua, rotundato-lunaris; perist. album, breviter expansum, margine basali strictiusculo, columellari superne perdilatato, perforationem suboccultante. — Diam. maj. 12, min. 10, alt. 8 mill. (Mus. Berol.)

Helix flavescens M. B. Chemn. ed. II. Helix N. 704. t. 112. f. 14. 15.

Habitat in Mexico; prope Papantla legit Deppe.

Obs. Species intermedia inter H. similarem et griseolam, ab utraque umbilico angustissimo, etc. diversa.

885. **H. griseola Pfr.**

T. umbilicata, depresso-globosa, oblique striatula, nitidula, grisea, cingulis pallide fulvis, albo-marginatis circumdata; spira brevis; anfr. 4—4½ vix convexiusculi; umbilicus angustissimus; apertura lunaris; perist. simplex, album, reflexiusculum, margine columellari subexpanso. — Diam. maj. 10, min. 8⅔, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 532.)

Helix griseola Pfr. Symb. I. p. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 344. t. 60. f. 17. 18.
— *cicercula Fér.* Mus.!
— *splendidula Ant.* Verz. p. 36. (indescript.)
Bradybaena pisum Beck ind. p. 18. (Ant. in litt.)

β. Pallide cornea, fascia 1 fulva, utrinque albo-marginata; spira magis elata; apertura rotundato-lunari. — Diam. maj. 10, min. 8⅔, alt. 7½ mill. (Spec.)

Habitat in republica mexicana, prope Veracruz (Hegewisch); var. β in America centrali.

§. 63.

886. **H. stenomphala Menke.**

T. umbilicata, globoso-depressa, subtiliter striata, lutescens, castaneo-trifasciata: fasciis lateralibus dilatatis et dilutis; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus inflatus, antice vix descendens; apertura late lunaris; perist. reflexiusculum, albo-labiatum, marginibus distantibus, columellari dilatato, reflexo, umbilicum angustum semioccultante. — Diam. maj. 31, min. 26, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 533.)

Helix stenomphala Mke syn. ed. II. p. 126.
— — *Rossm.* VII. p. 14. f. 458.

Helix stenomphala Chemn. ed. II. Helix N. 486. t. 80. f. 11. 12.
Campylaea stenomphala Beck ind. p. 25.

Habitat in Croatia.

887. **H. banatica Partsch.**

T. aperte umbilicata, globoso-depressa, minutissime decussata, opaca, olivaceo-fuscula, rufo-unifasciata; anfr. 5½ planiusculi, ultimus non descendens, carinatus: carina antice evanescente; apertura oblique late lunaris; perist. acutum, albo-labiatum, margine dextro expanso, columellari dilatato, reflexo. — Diam. maj. 30, min. 26, alt. 15½ mill. (Coll. Nr. 534.)

Helix banatica Partsch in Mus. Caes. Vindob.
— — *Rossm.* VII. p. 14. f. 457.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 488. t. 80. f. 15. 16.
— *praetexta Zgl.* olim.

Habitat in Banatu Hungariae.

* * *

888. **H. fidelis Gray.**

T. umbilicata, orbiculato-conoidea, ruguloso-striata, superne albida, fusco-nebulosa, basi planulata castanea, infra peripheriam pallide unifasciata; anfr. 7 planiusculi; umbilicus mediocris, pervius; apertura obliqua, lunaris, intus lactea, fasciata; perist. superne expansum, basi incrassatum, subreflexum, margine columellari dilatato. — Diam. maj. 34, min. 30, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 535.)

Helix fidelis Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 67.
— — *Müll.* synops. p. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 320. t. 57. f. 12. 13.
— *Nuttalliana Lea* obs. II. p. 88. t. 23. f. 74.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 369. t. 12.

Habitat in America boreali: Fort Vancouver, Oregon.

889. **H. Dupetithouarsii Deshayes.**

T. umbilicata, orbiculato-convexa, laevigata vel substriata, saturate castanea, superne pallidior, nigricanti-rufo cingulata; spira conoideo-obtusa; anfr. 7—8 angusti, convexiusculi, ultimus inflatus; apertura ovato-semilunaris, intus alba, fasciata; perist. simplex, brevissime reflexum, margine columellari arcuato, superne dilatato-reflexo, umbilicum mediocrem non occultante. — Diam. maj. 29, min. 25, alt. 17 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Dupetithouarsii Desh. in Revue zool. 1839. p. 360.
— — *Guérin* mag. 1841. t. 30.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 319.

β. Major, superne fulvescens, fasciis saturatioribus obsoletis, infra peripheriam subangulosam anfractus ultimi castanea; anfr. 5. — Diam. maj. 33, min. 28, alt. 11 mill. (Mus. Grun. et Coll. Nr. 536.)

Helix Dupetithouarsii var. Chemn. l. c. t. 56. f. 3—5.

Habitat in California.

Obs. Differt ab H. fideli testa magis globosa, anfract. angustis, ultimo inflato, etc. — Var. β H. bipartitae valde affinis videtur.

890. **H. californiensis Lea.**

T. anguste umbilicata, depresso-globosa, tenuis, rugulosa, granulata, fulva, luteo-maculata; spira subturbinata; anfr. 6—7 convexiusculi, ultimus supra peripheriam fascia unica angusta, rufa cinctus, basi inflatus; apertura lunato-rotundata, intus alba, unifasciata; perist. intus albo-labiatum, reflexiusculum, margine columellari dilatato, reflexo, umbilicum semioccultante. — Diam. maj. 28, min. 23, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 537.)

Helix californiensis Lea obs. II. p. 99. t. 23. f. 79.

— — *Chemn.* ed. II. N. 321. t. 57. f. 14. 15.

β. Spira majore, depressiore:

Helix Nickliniana Lea obs. II. p. 100. t. 23. f. 84.

Habitat in California, prope «Columbia-River».

Obs. Variat praeterea umbilico magis minusve obtecto. — Conf. H. tudiculata Binn. (Nr. 740.)

890². **H. gulosa Gould.** †

T. globulosa, crassa, rudis, subperforata, obsolete carinata, pallide castanea, colore saturatiori nubilata et interdum fasciata; anfr. 6 rotundati, striati, ultimus amplissimus, obsolete costato-carinatus; sutura profunda; apertura magna, rotundata, fauce livida; labrum modice reflexum, albidum, prope columellam latius, umbilicum rimatum tegens. Lat. 1 1/10, alt. 3/5, apert. 3/5 poll. (G.)

Helix gulosa Gould 1846. Exped. shells p. 17.

Habitat in Nova Hollandia (New South Wales).

Obs. «Altitudine anfractus ultimi insignis. Forma H. californianae, textura H. albolabris, color H. badiae.»

891. **H. arbustorum Linn.**

T. subobtecte perforata, depresso-globosa, tenuis, concentrice minutissime striata, longitudinaliter, praesertim ad suturam, ruguloso-striatula, fusca, stramineo conspersa, plerumque rufo-unifasciata; spira magis minusve elevata; anfr. 6 convexi, ultimus antice vix descendens; apertura lunato-rotundata; perist. candide labiatum, margine supero expanso, basali reflexo, ad umbilicum dilatato. — Diam. maj. 24, min. 20, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 538. Spec. typ.)

Helix arbustorum L. syst. ed. X. p. 771. N. 596. ed. XII. p. 1245.

Helix arbustorum (Helicogena) *Fér.* pr. 40. Hist. t. 27. f. 5—8. t. 39 B. f. 3. (c. anim.)
— — *Lam.* 56. p. 51. ed. Dh. p. 51.
— — *Drap.* p. 88. t. 5. f. 18.
— — *C. Pfr.* I. p. 24. t. 2. f. 7. 8.
— — *Rossm.* I. p. 56. f. 4. V. p. 5. f. 297 a—e.
— — (Cryptomphalus) *Charp.* catal. p. 5. t. 1. f. 2.
— — *Gray* Man. p. 137. t. 3. f. 25.
— — *Pfr.* in Wiegm. Arch. 1841. I. p. 217.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 323. t. 57. f. 4—7.
— *gothica L.* syst. ed. X. p. 770? Gmel. p. 3621. N. 32?
— *castanea Mühlf.* (Ant.)
Cochlea unifasciata Costa p. 75. t. 17. f. 6. (Gray.)
Arianta arbustorum Leach moll. p. 86.
— — *Beck* ind. p. 41.
— — *Hartm.* Gast. I. p. 55. t. 15. p. 140. t. 43.

β. Major: diam. maj. 30, min. 27, alt. 20 mill. (Spec. salisburgens.)

γ. Minor, epidermide rugoso-plicata: diam. maj. 21, min. 18, alt. 14 mill.
Helix rudis Mühlf. Mus.
— *arbustorum var. Rossm.* I. f. 78. (c. anim.) V. f. 297 e.

δ. Tenuissima, papyracea, olivacea, unicolor vel unifasciata, rugoso-plicata: diam. maj. 20, min. 17, alt. 13 mill. (Spec.)
Helix picea Zgl. Mus.
— *Wittmanni Zawadzky. Rossm.* V. f. 297 d.
— *arbustorum var. Chemn.* ed. II. Helix t. 57. f. 8. 9.

ε. Solida, virescenti-flavida, subtus brunnescens, umbilico mediocri, subobsoleto: diam. 18, alt. 11 mill.
Helix Xatartii Farin. Ann. sc. nat. II. 1834. p. 122.
— — *Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 41.
— *canigonensis Boubé.* (teste Beck.)

ζ. Minor, solida, fere omnino lutea, unifasciata: diam. maj. 19, min. 16, alt. 12 mill.
Helix alpestris Zgl. Rossm. V. 297 b.
— *subalpina Hartm.* in sched.

η. Minima, solida, subunicolor flavida, umbilico vix aperto, perist. vix expanso: diam. maj. 14, min. 13, alt. 10 mill. (Spec.)

ϑ? Depressa: Fér. t. 27 A. f. 8. 9.

ι. Sinistrorsa: Fér. t. 29. f. 3. — Hartm. I. t. 73. f. 7. 8.

κ. Scalaris: Hartm. I. p. 192. t. 73. f. 1—6.

λ. Monstrosa, elevata, scalaris:
Helix arbustorum monstr. Fér. t. 29. f. 1. 2.
— *turgidula Wood* suppl. t. 7. f. 6.

Habitat in Germania, Helvetia, Gallia, Anglia, Suecia, Podolia, Italia boreali; var. β in monte Mönchsberg prope Salzburg legi; γ in alpibus Tyrolensibus; δ in Carinthia (in alpe granitica: Koralpe prope Wolfsberg!), Gallia, Volhynia; ε in Pyrenaeis; ζ in alpibus

Tyroliae et Helvetiae; η in alpe Gamsgrube Carinthiae superioris, ad pedem montis Glockner, circa 8600′ supra mare!

Obs. Omnes varietates laudatae formis intermediis junctae sunt.

892. H. Townsendiana Lea.

T. umbilicata, depresso-globosa, tenuis, concentrice minutissime striata, longitudinaliter costulato-rugosa, corneo luteoque variegata; spira parum elevata; anfr. 6 planiusculi, ultimus inflatus, antice deflexus; apertura rotundato-lunaris, intus lactea; perist. album, intus labiatum, marginibus conniventibus, supero late expanso, basali strictiusculo, reflexo, columellari brevi, dilatato, umbilicum angustissimum non occultante. — Diam. maj. 29, min. 24, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 539.)

Helix Townsendiana Lea obs. II. p. 99. t. 23. f. 80.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 371. t. 13.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 322. t. 57. f. 10. 11.

Habitat in America boreali: Wahlamat (Lea), California.

893. H. Estella Orbigny.

T. umbilicata, globuloso-depressa, tenuis, diaphana, irregulariter reticulata, brunneo-flavicans vel albida, fascia unica rufo-brunnea ornata; spira brevis, apice obtusa, brunnea; anfr. 4 convexi, ultimus antice deflexus; apertura lunato-subcircularis; perist. reflexum, album, margine columellari dilatato, appresso, umbilicum fere occultante. — Diam. maj. 29, min. 24, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 540.)

Helix Estella (Helicella) *Orb.* synops. p. 4.
— — *Orb.* voy. p. 241. t. 25. f. 5—8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 685. t. 109. f. 18—21.
— .... *Fér.* hist. t. 73 B. f. 1. 2.
Campylaea Estella Beck ind. p. 27.

α. Reticulata, obtecte perforata: diam. maj. 24, min. 20, alt. 14 mill. (ex ic.)
β. Substriata, perforata, magna: diam. 38, alt. 20 mill.
γ. Laevigata, perforata, depressa: diam. 23, alt. 11 mill.

Habitat in Bolivia: Valle grande (Orb.).

894. H. bicincta Pfr.

T. umbilicata, depresso-globosa, tenuis, glabra, pellucida, pallide griseo-lutescens, bicincta: cingulis angustis, contiguis, superiore rufo, inferiore lacteo; sutura albo-marginata; anfr. 4½ planiusculi, ultimus juxta aperturam vitta nigricante, peristoma circumdante ornatus; apertura lunato-ovalis; perist. patulum, acutum, subreflexum, margine columellari arcuato, parum dila-

tato. — Diam. maj. 20, min. 16½, alt. 12¾ mill. (Spec. Hegewisch. — Coll. Nr. 541. juv.)

Helix bicincta Pfr. Symb. I. p. 38.
— — *Phil.* Icon. I. 3. p. 49. Helix t. 3. f. 5.

Habitat in provincia Oajaca Mexicanorum (Hegewisch).

895. H. vittata Müller.

T. perforata, depresso-globosa, striata, albida, fusco et luteo varie fasciata; spira brevis, apice saepe nigricans; anfr. 5 planulati, ultimus basi convexus, antice descendens; apertura lunato-ovalis, intus cum fauce fusco-nigricans; perist. labiatum, expansum, marginibus conniventibus, callo junctis, columellari dilatato, umbilicum semitegente. — Diam. maj. 28, min. 22½, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 542.)

Helix vittata Müll. verm. II. p. 76. N. 271.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 142. t. 132. f. 1190—92.
— — (Helicogena) *Fér.* pr. 35. Hist. t. 25 A. f. 9. t. 26. f. 4—6.
— — *Lam.* 54. p. 80. ed. Dh. p. 50.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 328. t. 58. f. 15. 16.
— *nemoralis* ζ ζ *Gmel.* p. 3648. (Schröt. Einl. t. 4. f. 12.)
Arianta? vittata Beck ind. p. 42.

β. Minor, unicolor albida, vertice coerulescenti-fusco: diam. maj. 22, min. 18, alt. 15 mill. (Spec.)

Helix Spinolae Villa disp. syst. p. 55.
— *vittata var. Grat.* Bord. XI. p. 401. t. 1. f. 19.
— — *var. Chemn.* ed. II. Helix t. 58. f. 17. 18.

γ. Var.?

Helix vittata var. Fér. hist. t. 26. f. 6.
— *zonula Wood* suppl. t. 7. f. 8.

Habitat in insula Ceylon, in Malabar, Coromandel.

896. H. deflexa Pfr.

T. anguste umbilicata, depresso-globosa, solidiuscula, obliique striata, albida, fusco obsolete cingulata et maculata; spira brevis; anfr. 4½ planiusculi, ultimus antice valde deflexus, basi planulatus; apertura lunato-ovalis, coarctata; perist. expansum, marginibus approximatis, callo junctis, columellari intus recto, acuto, dilatato, excavato, perforationem angustam fere tegente. — Diam. maj. 22, min. 18⅓, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 543.)

Helix deflexa Pfr. in Zeitschr. f. Malak. 1845. p. 153.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 340. t. 60. f. 21. 22.

Habitat in insula Cuba (Petit de la Saussaie).

897. **H. columbiana Lea.**

T. umbilicata, globoso-depressa, tenuis, luteo-cornea, striata, pilis brevibus, rigidis obsita; spira elevatiuscula; anfr. 6 convexi, ultimus antice vix deflexus, ad aperturam constrictus; apertura rotundato-lunaris; perist. late expansum, intus albo-callosum, margine columellari brevi, subverticali, dilatato, reflexo, umbilicum angustum fere occultante, basali strictiusculo. — Diam. maj. 17, min. 14, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 544.)

Helix columbiana Lea obs. II. p. 89. t. 23. f. 75.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 331. t. 58. f. 10—12.

Habitat in America boreali: Fort Vancouver (Lea), California, Nootka Sund (Hinds).

Obs. Variat magnitudine. Specim. minorum diam. maj. 15, min. 12½, alt. 9 mill.

897*. **H. labiosa Gould.** †

T. depresso-conica, subtus convexa, arcte umbilicata, luteo-cornea, pilis sericeis quincuncialiter dispositis undique villosa; anfr. 6 convexi, ultimus immodice crescens et pone labrum valde contractus; apertura angusta, lunata; labrum album, late revolutum; faux livida. — Lat. 7/10, alt. 4/10 poll. (G.)

Helix labiosa Gould 1846. Exped. shells p. 16.

Habitat ad Astoria, Oregon.

Obs. Ab auctore comparatur cum H. palliata, nec non cum H. columbiana Lea, illi incognita. Hanc eandem speciem esse suspicor.

* * *

898. **H. desertorum Forskal.**

T. subobtecte umbilicata, subglobosa, depressiuscula, longitudinaliter striata aut laeviuscula, varie colorata et zonata; anfr. 4½ convexiusculi; apertura angulata (margine columellari in angulum descendente); faux fusca; perist. simplex vel reflexum. — Dimens. variab., plerumque diam. maj. 30, min. 26, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 545.)

Helix desertorum Forsk. Ehrenb. Symb. phys.
— — *Roth* diss. p. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 45. t. 9. f. 15. 16. 19. 20.
— *maculosa Born* test. p. 371. t. 14. f. 15. 16.
— — *Lam.* 24. p. 72. ed. Dh. p. 39.
— *irregularis* (Helicogena) *Fér.* pr. 44. Hist. t. 28. f. 5—10.
— — *Caill.* voy. à Méroë IV. p. 264. t. 60. f. 1—3.
— *rhodia Chemn.* IX. P. 2. p. 136. t. 132. f. 1179. 80?
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 46. t. 9. f. 17. 18?
— *phytophila Parr.*

Helicogena desertorum Beck ind. p. 41.
Descript. de l'Egypte. Atl. zool. t. 2. f. 6. 7. 9—12.

α. H. Forskalii Ehrenb. — T. depressa, anfractu ultimo ventroso, minutim longitudinaliter et transverse striata, solidiuscula, modo unicolor albicans vel rufa, modo fasciis aut continuis aut interruptis ornata; anfr. 4½; umbilicus in plurimis obtectus, relicta in nonnullis rima parva; aperturae pars inferior insigniter angulata; perist. reflexum, sublabiatum. — Alt. 10, lat. 15 lin.
Roth dissert. p. 10.
Descript. de l'Egypte l. c. f. 9. 11.
Fér. hist. t. 28. f. 9. 10. t. 32 A. f. 9. 10.

β. H. arabica Roth. — T. minor, valde depressa, obtecte umbilicata, tenuis, longitudinaliter striata, scabra, flavido-grisea, rarius fasciata; anfr. 4½, ultimus in medio subangulatus; apex spirae capituli seu mammillae instar prominens; apertura angulata (angulo marginis columellaris obtusiore quam in *α*); faux fusca; perist. subreflexum, simplex, acutum. — Alt. 6 — 6½, lat. 10½ lin.
Roth diss. p. 10. t. 1. f. 16.
Descr. de l'Egypte l. c. f. 10.

γ. H. Hemprichii Ehrenb. — T. globoso-depressa, umbilicata, striata, scabriuscula, alba, interrupte flavo-fusco zonata, vel fusca, albo-zonata, tamquam characteribus hieroglyphicis inscripta; spira parum elata; anfr. 4½; aperturae ovatae pars inferior rotundata (in junioribus angulosa); faux fusca; perist. subsimplex, rectum. — Alt. 8, diam. 12 lin.
Ehrenb. Symb. phys. Helix N. 4.
Roth diss. p. 11.
Descript. de l'Egypte l. c. t. 2. f. 12.

δ. H. Hasselquistii Ehrenb. — T. globoso-depressa, albida, calcarea, raro obsolete fasciata (juvenis longitudinaliter striata), solida, crassa; anfr 5, ultimus valde ventrosus; apertura irregularis, angulata; faux fusca; perist. reflexum, sublabiatum, superstructum, marginibus approximatis, interposito labio parvo; umbilicus obtectus. — Alt. 11, lat. 12 lin.
Ehrenb. Symb. phys. Helix N. 3. 6.
Roth diss. p. 11.
Descr. de l'Egypte t. 2. f. 6. 7.
Fér. hist. t. 28. f. 5—8.

Habitat in locis desertis Egypti, Lybiae, Arabiae petraeae, Judaeae.

Obs. In tractanda hac specie Cl. Rothium secutus sum, qui omnes varietates, invicem transeuntes, in locis natalibus sedulo observavit.

899. H. nicaeensis Férussac. †

T. subperforata, subglobosa, oblique striata, basi rugulosa, alba, cingulis 2 angustis, flavis ornata; anfr. 5 convexiusculi;

apertura lunari-rotundata; perist. subreflexum, margine columellari incrassato, umbilicum tegente, extus lutescente. — Diam. 26, alt. 21 mill. (ex ic.)

Helix nicaeensis (Helicogena) *Fér.* pr. 46. Hist. t. 28. f. 1. 2.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 41.
Helicogena Nicaeensis Beck ind. p. 41.

Habitat ad montem Olympum, prope Nicaeam (Fér.).

Obs. Species ex icone modo mihi nota. Num forsan varietatibus praecedentis adnumeranda?

§. 64.

900. H. thyroides Say.

T. anguste umbilicata, depresso-globosa, corneo-lutea, regulariter striata; spira magis minusve elevata; anfr. $5\frac{1}{2}$ planiusculi, ultimus basi convexus; apertura lunaris; perist. reflexum, intus album, callosum, marginibus callo tenui, medio tuberculum dentiforme gerente, junctis, columellari umbilicum semioccultante. — Diam. maj. 22, min. $19\frac{1}{2}$, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 546.)

Helix thyroidus Say in Philad. journ. II. p. 161.
— — *Say* Amer. Conch. t. 13. f. 2.
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 96. Hist. t. 49 A. f. 4.
— — *Lam.* ed. Dh. 180. p. 114.
— — *Binn.* in Bost. journ. I. p. 488. t. 18.
— — *Gould* report p. 171. t. 108.
— *thyroides Chemn.* ed. II. Helix N. 330. t. 58. f. 8. 9.
Mesodon leucodon Rafin. (teste Fér.)
Tridopsis thyroidus Beck ind. p. 23.
Lister t. 91. f. 91.

β? Dente in pariete aperturali nullo: diam. maj. 18, min. 16, alt. 12 mill. (Spec.)
Helix thyroidus var. Fér. hist. t. 50 A. f. 6.

Habitat in America boreali: Ohio, Missouri, Carolina, etc.

Obs. Var. β (?) a pluribus auctoribus pro H. Mitchelliana Lea habetur, et sub hoc nomine ex America mittitur; sed haec imperforata dicitur. (Conf. Nr. 760.)

901. H. trizonalis Grateloup. †

T. crassiuscula, orbiculato-convexa, subglobosa, perforata, eleganter sulcato-plicatula, supra fulvo-zonata, infra candida, plicis longitudinalibus obliquis symmetrice dispositis; anfr. 4—5 convexi, ultimus trizonatus, postice cicatrosus; apertura oblique ovata, intus bidentata; perist. subcontinuum, margine albo, subreflexo; columella incrassata. — Alt. 14—15, diam. 20 mill. (Gr.)

Helix trizonalis Grat. in Act. Bord. XI. p. 401. t. 1. f. 8.

Habitat in insula Cuba (Laterrade).

902. **H. porcellana Grateloup.** †

T. orbiculato-depressa, umbilicata, nitidissima, diaphana, supra flavicans, subtus candida; spira retusa; anfr. 5 convexi, ultimus basi convexus, superne fasciis 2 laete fulvescentibus ornatus; umbilicus excavatus; apertura subovata, basi fortiter bidentata, extus scrobiculata; labrum margine reflexum, album. — Alt. 9, diam. 15 mill. (Gr.)

Helix porcellana Grat. Bord. XI. p. 410. t. 1. f. 5. 6.

Habitat in insula Cuba.

§. 65.

903. **H. Pouzolzi Deshayes.**

T. aperte umbilicata, orbiculato-convexiuscula, striata, superne spiraliter lineata, olivaceo-fuscescens, fusco-trizona: zona media angusta; anfr. 6 planiusculi, ultimus antice deflexus; apertura late lunaris; perist. reflexum, incrassatum, albidum vel sordide carneum. — Diam. maj. 47, min. 40, alt. 24 mill. (Coll. Nr. 547.)

Helix Pouzolzi Desh. in Guér. mag. 1831. t. 30.
— — *Rossm.* IV. p. 1. f. 215.
— — *Cantr.* Malacol. p. 112. t. 5. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 79. t. 14. f. 1. 2.
— *Varronis Cantr.* Bull. Brux. II. p. 109.
— *dalmatina Parr.* (Anton.)
— *ragusana Fér.* Mus.
— *gravosaensis Mühlf.*
— . . . *Fér.* hist. t. 69 G. f. 3. 4.

Campylaea Pouzolzi Beck ind. p. 26.

β. Unifasciata.

γ. Unicolor:

Helix brenoensis Mühlf. Mus.
— *Pouzolzi var. Chemn.* l. c. t. 14. f. 3. 4.
— . . . *Fér.* hist. t. 69 G. f. 1. 2.

δ. Minor: diam. maj. 34, min. 29, alt. 20 mill.

Helix montenegrina Zgl.
— *macarana Mühlf.*
— *Pouzolzi var. Rossm.* VII. p. 15. f. 459.

Habitat in Dalmatia! Corsica? (Pouzolz); var. *β* in Albania, *δ* in republica Montenegrina.

904. **H. Savignyana Ehrenberg.** †

T. late umbilicata, orbiculata, convexiuscula, transversim densius, longitudinaliter rarius subtilissime striata, olivacea

griseo-flavescente fasciata; labrum reflexum. — Lat. 21, alt. 11 lin. (E.)

Helix Savignyana Ehrenb. Symb. phys.
— *Pouzolzi var.?* (Beck.)
An *Sav.* descr. de l'Egypte t. 2. f. 20? (Ehr.)

Habitat ad lacum Mareotidem prope Alexandriam.

Obs. Cl. auctor speciem H. algirae et verticillo affinem dicit; ab his autem peristomate reflexo valde differt. Figura laudata Savignyana evidenter non ad hanc, sed ad H. algiram pertinet.

905. H. Sadleriana Ziegler.

T. late et aperte umbilicata, orbiculato-depressa, superne pilis brevissimis, rigidis dense obsita, tenuis, diaphana, lutescenti-cornea, rufo-unifasciata, in albida vitta utrinque fasciis dilutissimis terminata; anfr. 5 planulati; apertura rotundato-lunaris; perist. reflexum, albo-labiatum, marginibus distantibus. — Diam. maj. 30, min. 25, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 548.)

Helix Sadleriana Zgl. Mus.
— — *Rossm.* VIII. p. 29. f. 502.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 109. t. 18. f. 23. 24.

Habitat in Croatia, prope Fiume!

Obs. 1. Simillima H. planospirae. Differt testa pilosa, spira elatiore et peristomatis margine supero magis arcuato.

Obs. 2. Huic persimilis H. Raspailii Payr., ob umbilicum plane consolidatum alio loco quaerenda. (Conf. Nr. 739.)

906. H. planospira Lamarck.

T. aperte umbilicata, orbiculato-depressa, nuda, nitida, cornea, in albida vitta rufo-unifasciata, superius fascia altera rufa, diluta; anfr. 5½ planulati, ultimus antice breviter deflexus; apertura rotundato-lunaris; perist. reflexum, albo-labiatum, marginibus remotis. — Diam. maj. 30, min. 25, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 549.)

Helix planospira Lam. 48. p. 78. ed. Dh. p. 48.
— — *Rossm.* II. p. 3. f. 90. VIII. p. 30. f. 503.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 23.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 482. t. 80. f. 1—4.
— *zonata C. Pfr.* III. p. 19. t. 5. f. 7. 8.
— — *var. Fér.* hist. t. 68. f. 10. (fig. dextr. et sinistr.)
— *vittata Crist.* et *Jan* catal.
— *umbilicaris Brumati* p. 28.
Campylaea planospira Beck ind. p. 25.
Corneola planospira Held in Isis 1837. p. 912.
β. Minor: diam. maj. 23, min. 19, alt. 10 mill. (Spec.)
Helix planospira Mich. compl. p. 36. t. 14. f. 3. 4?

Helix zonata var. romana Fér. hist. t. 69 A. f. 4?
γ. Albina, vitrea absque fasciis.
Habitat in Illyria et Italia boreali; var. β et γ (rarissimam) in monte Loibl Carinthiae legi.

907. H. macrostoma Mühlfeldt.

T aperte umbilicata, orbiculato-depressa, opaca, superne subtilissime granulata, flavescens, rufo-unizonata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice descendens; apertura late lunaris; perist. late reflexum, albo-labiatum, palato subincrassato. — Diam. maj. 29, min. 25, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 550.)

Helix macrostoma Mühlf. in Mus. Caes. Vindob.
— — *Rossm.* IV. p. 1. f. 216.
— — *Phil.* Sicil. II. p. 111.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 108. t. 18. f. 17. 18.
— *planospira Phil.* Sicil. I. p. 130.
— — *var. Cantr.* Malac. p. 113.
— *siculina Zgl.* olim.
— *pervia* et *didyma Mühlf.* olim.
— . . . . *Fér.* hist. t. 69 E. f. 6—9. 10?
Campylaea macrostoma Beck ind. p. 25.
Corneola macrostoma Held in Isis 1837. p. 912.
β. Minor, tenuis, diaphana, diam. maj. 26, min. 22, alt. 11 mill. (Spec.)
Helix cryptozona Zgl. Mus.
— — *Rossm.* IV. p. 2. f. 217.
γ. Unicolor lutescens, solida, absque fascia.
Habitat in Sicilia.

Obs. Hoc loco conf. H. Quimperiana Nr. 1001.

908. H. setipila Ziegler.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, alutacea, opaca, nigro-setulosa, fusco-cornea, in albida vitta fusco-unifasciata, superius altera fascia pallide fusca; anfr. 4½ planulati, ultimus vix descendens; apertura rotundato-lunaris; perist. reflexum, albido-labiatum, marginibus remotis. — Diam. maj. 27, min. 22, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 551.)

Helix setipila Zgl. Mus. *Rossm.* II. p. 2. f. 89.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 31. t. 69 F. f. 1—5! (Nec t. 68. f. 3.)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 483. t. 80. f. 13. 14.
Campylaea setipila Beck ind. p. 26.
Corneola setipila Held in Isis 1837. p. 912.
Habitat in Italia.

909. H. hirta Menke.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, planospira, tenera, hirta, cinereo-cornea, obsolete unifasciata; anfr. 4½ planiusculi, ultimus vix descendens; apertura irregulariter late lunaris; perist. reflexum, flexuosum, candido-labiatum, margine columellari recto. — Diam. maj. 21, min. 17½, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 552.)

Helix hirta Mke syn. p. 76. ed. 2. p. 126.
— — *Rossm.* II. p. 5. f. 95. X. p. 12. f. 599.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 26. t. 69 F. f. 6—10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 477. t. 79. f. 17. 18.
— *Feburiana var. Cantr.* Malac. p. 114.
Campylaea hirta Beck ind. p. 26.
Corneola hirta Held in Isis 1837. p. 912.

Habitat in Illyria et Croatia. (Prope Fiume ipse legi!)

910. H. diluta Pfr.

T. umbilicata, depressa, orbicularis, tenuis, pellucida, flavocornea, fasciis 3 ornata: media saturate rufa, supera et infera latiore dilutis; anfr. 4 planiusculi; umbilicus angustus, pervius; apertura perobliqua, lunaris; perist. simplex, margine columellari expanso, carneo. — Diam. maj. 22, min. 17½, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 553.)

Helix diluta Pfr. Symb. II. p. 27.
— — *Phil.* Icon. I. 4. p. 80. t. 4. f. 11.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 484. t. 80. f. 7. 8.

Habitat in Peruvia: Cusco. (Mus. Paris.)

911. H. pyrenaica Draparnaud.

T. anguste umbilicata, orbiculato-depressa, superne planiuscula, tenuis, pellucida, olivaceo-cornea; anfr. 5 subplanulati, ultimus non descendens; apertura lunaris; perist. acutum, reflexum, candido-labiatum, margine columellari dilatato. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 8—9 mill. (Coll. Nr. 554.)

Helix pyrenaica Drap. p. 111. t. 13. f. 7.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 170. Hist. t. 69. f. 5.
— — *Lam.* ed. Dh. 124. p. 85.
— — *Rossm.* IV. p. 2. f. 218.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 106. t. 18. f. 21. 22. t. 19. f. 16. 17.
Campylaea pyrenaica Beck ind. p. 26.
Corneola pyrenaica Held in Isis 1837. p. 912.

Habitat in montibus Pyrenaeis.

912. H. pyrrhozona Philippi.

T. umbilicata, depressa, tenuis, subdiaphana, corneo-albida, superne confertim costulato-striata, basi tenuiter striata; spira parum elevata, apice non obtusata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus ad peripheriam rufo-unizonatus, teretiusculus, antice vix descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura subverticalis, lunaris; perist. vix expansiusculum, intus labio crasso, albo, marginem non attingente, ad basin tuberculum indistinctum formante, munitum. — Diam. maj. 14, min. 13, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 555.)

Helix pyrrhozona Phil. Icon. II. 9. p. 2. Helix t. 6. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 478. t. 79. f. 7—9.

Habitat in China (Largilliert).

913. H. frigida Jan.

T. aperte umbilicata, orbiculato-depressa, planospira, solida, cinereo-albida; anfr. 5 convexi, ultimus circa umbilicum mediocrem subcompressus, antice vix descendens; apertura rotundato-lunaris, intus fuscula; perist. albo-labiatum, marginibus distantibus, columellari reflexiusculo. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 556.)

Helix frigida Crist. et *Jan* catal. Mantissa p. 2.
— — *Rossm.* III. p. 5. f. 157.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 30. t. 69 F. f. 11—14.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 501. t. 82. f. 13. 14.
Campylaea frigida Beck ind. p. 24.
Cingulifera frigida Held in Isis 1837. p. 911.
β. Minor, unifasciata: diam. maj. 18, min. 15, alt. 8 mill. (Spec.)
Helix insubrica Crist. et *Jan* Mant. p. 2.
— *frigida var. Rossm.* VIII. p. 33. f. 512.

Habitat in Alpibus Italiae borealis.

914. H. Fontenillii Michaud.

T. late et profunde umbilicata, orbiculato-depressa, pellucida, albido corneoque marmorata, longitudinaliter striata; anfr. 6 subplani, ultimus carinatus, vix descendens; apertura subverticalis, lunaris; perist. reflexiusculum, albo-labiatum, margine columellari subdilatato. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 557.)

Helix Fontenillii Mich. Bull. Bord. III. p. 267. f. 13. 14.
— — *Mich.* compl. p. 38. t. 14. f. 18. 19.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 509. t. 82. f. 11. 12.
— *tigrina var. Michaudiana Rossm.* VIII. p. 32. f. 510.
— *strigata var. Cantr.* Malac. p. 111.
— . . . *Fér.* hist. t. 69 F. f. 19. 20.
Campylaea Fontenillii Beck ind. p. 25.

Habitat in Gallia. (Grande Chartreuse, Isère: Mich.)

915. **H. carascalensis Férussac.**

T. anguste umbilicata, globoso-depressa, striata, lutescens, corneo-variegata et subfasciolata; spira convexiuscula; anfr. $5\frac{1}{2}$ convexiusculi; apertura transverse rotundato-lunaris; perist. patulum, acutum, intus leviter labiatum, margine columellari late reflexo. — Diam. maj. 15, min. 13, alt. $8\frac{1}{2}$ mill. (Coll. Nr. 558.)

Helix carascalensis (Helicella) *Fér.* pr. 158. Hist. t. 67. f. 1.
— — *Mich.* compl. p. 29. t. 14. f. 23.
— — *Lam.* ed. Dh. 120. p. 83.
— — *Rossm.* IX. p. 7. f. 570.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 497. t. 82. f. 1—3.
Campylaea carascalensis Beck ind. p. 24.

Habitat in Arragonia (Fér.), Pyrenaeis (Mich.).

916. **H. virgulata Sowerby.** †

T. mediocriter umbilicata, suborbicularis, depressiuscula, lineis incrementi subprofunde striata, laete brunnea, leviter carinata, ad carinam castaneo-cingulata; spira subconica; anfr. 5 convexiusculi; apertura lata, lunaris, intus brunneo-fasciata; perist. intus incrassatum, leviter patulum. — Diam. maj. 19, alt. 12 mill. (ex ic.)

Helix virgulata Sow. in Zool. of Beech. voy. p. 144. t. 38. f. 9.

Habitat . . . ?

§. 66.

917. **H. campesina Ezquerra.**

T. umbilicata, subgloboso-depressa, striis incrementi distinctis et lineis profunde impressis spiralibus confertim reticulata, griseo-carnea, fusco obsolete fasciata et maculata; spira brevis, obtusa; anfr. $4\frac{1}{2}$ vix convexiusculi, ultimus inflatus, antice subito deflexus, basi juxta umbilicum mediocrem non pervium subcompressus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. acutum, intus sublabiatum, marginibus approximatis, supero expanso, basali valde reflexo, columellari dilatato, patente, umbilicum semioccultante. — Diam. maj. 39, min. 32, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 559.)

Helix campesina Ezq. (teste Bronn catal. 1845.)
— — *Pfr.* Symb. III. p. 76.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 111. t. 19. f. 14. 15.

Habitat in Hispania.

Obs. Habitu persimilis H. alonensi Fér. (Conf. Nr. 741.) Differt umbilico aperto, sculptura distinctiore, apertura magis deflexa, peristomatis marginibus valde approximatis, basali angulatim reflexo, libero. — Similis H. spiriplanae Oliv. (Nr 951.), sculptura, marginibus non junctis etc. diversa.

918. H. Hoffmanni Partsch.

T. subobtecte umbilicata, depresso-globosa, tenera, hispida, lutescens, uni- vel obsolete trifasciata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice valde deflexus; apertura perobliqua, rotundato-ovalis; perist. latum, reflexum, sublabiatum, marginibus conniventibus, basali dilatato, calloso. — Diam. maj. 31, min. 26, alt. 18 mill. (Coll. Nr. 560.)

Helix Hoffmanni Partsch in Mus. Caes. Vindob.
— — *Rossm.* IV. p. 4. f. 224.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 487. t. 80. f. 5. 6.
— *monozona Zgl.* Mus.
Campylaea Hoffmanni Beck ind. p. 26.
Corneola Hoffmanni Held in Isis 1837. p. 912.

Habitat circa Cattaro Dalmatiae.

919. H. insolida Ziegler.

T. umbilicata, globoso-depressa, nuda, corneo-lutescens, anguste 3-fasciata, striata; anfr. 5 convexi, ultimus antice subito deflexus; apertura obliqua, transverse ovalis; perist. reflexum, sublabiatum, marginibus conniventibus, subconnexis, columellari basi dilatato, tuberculifero. — Diam. maj. 32, min. 26, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 561.)

Helix insolida Zgl. Mus. *Rossm.* VIII. p. 31. f. 506.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 475. t. 79. f. 21—23.
— *praetextata Parr.*

Habitat in Albania.

Obs. Differt ab H. Hoffmanni testa nuda, umbilico latiore, tuberculo marginis basalis aperturae exquisito.

920. H. trizona Ziegler.

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, lutescenti-albida, castaneo-trizonata; anfr. 5—5½ subplanulati, ultimus antice deflexus; apertura perobliqua, rotundato-ovalis; perist. subsimplex, marginibus conniventibus, supero expanso, basali reflexo, columellari dilatato. — Diam. maj. 30, min. 26, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 562.)

Helix trizona Zgl. Mus. *Rossm.* II. p. 1. f. 87.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 23.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 474. t. 79. f. 5. 6.
— *zonata var. Fér.* hist. t. 68. f. 10. (med.) t. 69 A. f. 6.
— *planospira var. Cantr.* Malac. p. 113.
— *tricincta Mlf.* Mus.
Campylaea trizona Beck ind. p. 25.
Cingulifera trizona Held in Isis 1837. p. 911.

β. Minor, arctius spirata: diam. maj. 22, min. 19, alt. 11 mill. (Spec.)
Helix rumelica Zgl. Mus. *Rossm.* VIII. p. 30. f. 504.
— *rhodopea* et *Sanderiana Friv.*
— *trizona var. Chemn.* ed. II. Helix t. 79. f. 13. 14.

Habitat in alpibus Mehadiae Banatus, var. β in Rumelia.

921. H. trigrammephora Orbigny.

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, striatula, nitida, flavo-albida, lineis 3 castaneis ornata; spira brevis, obtusa; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice descendens; apertura rotundato-lunaris; perist. subsimplex, album, marginibus conniventibus, supero expanso, basali reflexo, columellari dilatato, umbilicum mediocrem non occultante. — Diam. maj. 25, min. 21, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 563.)

Helix trigrammephora (Cochlodon) *Orb.* synops. p. 22.
— — *Orb.* voy. p. 242. t. 25. f. 9—11.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 473. t. 79. f. 1—4.
— . . . *Fér.* hist. t. 69 H. f. 11. 12.
Campylaea trigrammephora Beck ind. p. 27.

Habitat in Bolivia: Valle grande (Orb.).

Obs. Variat spira magis minusve elevata, nec non umbilico angustissimo, margine columellari semiobtecto.

922. H. Naxiana Férussac.

T. umbilicata, depresso-globosa, oblique striata, fusca, albido-strigata et cingulo albo, rufo-marginato ornata; spira subelata; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice deflexus, subconstrictus; umbilicus angustus, pervius; apertura lunato-circularis; perist. intus albo-labiatum, reflexum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 14, min. 12, alt. 9 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Naxiana Fér. pr. p. 68.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 77.
— *Naxientia* (Helicella) *Fér.* pr. 166. Hist. t. 69. f. 1.

β. Alba, cingulis 3 rufis: diam. maj. 18, min. 15½, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 566.)
Helix Naxiana var. Chemn. ed. II. Helix N. 479. t. 79. f. 24. 25.

Habitat in insulis Naxos et Candia (Fér.), var. β prope Suda Candiae (Forbes).

923. H. lecta Férussac.

T. umbilicata, globoso-depressa, tenuis, oblique confertim costato-plicata, alba, unicolor vel fasciis 3 angustis, fuscis cingulata; anfr. 5 planiusculi, ultimus basi ventrosus, antice deflexus; umbilicus angustus, pervius; apertura perobliqua, subcircularis; perist. intus labiatum, album, undique breviter expansum, mar-

ginibus approximatis, callo junctis, columellari dilatato. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 10 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 565. juv.)

Helix lecta (Helicella) *Fér.* pr. 167. Hist. t. 69. f. 2.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 77.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 447. t. 74. f. 4. 5.
Theba lecta Beck ind. p. 12.

Habitat in insula Candia (Oliv., Fér.), ins. Theodoro in sinu Khania Candiae (Forbes), var. unicolor prope Trapezuntum.

924. H. pellita Férussac.

T. perforata, orbiculato-convexa, subdepressa, fulvida, fascia alba utrinque rufo-marginata ornata, costulato-striata, pilis erectis, rigidis obsita; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura subcircularis, intus margaritacea; perist. acutum, intus albo-labiatum, marginibus approximatis, callo tenui junctis. — Diam. maj. 15, min. 14, alt. 9½ mill. (Coll. Nr. 566.)

Helix pellita (Helicella) *Fér.* pr. 168. Hist. t. 69. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 480. t. 79. f. 19. 20.
— *peltita Lam.* ed. Dh. 136. p. 91.
— — *Roth* diss. p. 15.

β. Minor: diam. maj. 13, min. 11, alt. 7½ mill. (Spec.)

Habitat in Morea (Dh.), ins. Rhodo (Oliv.), ins. Syra (Roth, Forbes).

* * *

925. H. luhuana Sowerby.

T. late umbilicata, suborbicularis, depressiuscula, lineis incrementi irregulariter rugulosa, brunnea; anfr. 6 planiusculi, ultimus rotundatus, supra medium fascia angusta nigricante cinctus, antice vix descendens, circa umbilicum infundibuliformem subcompressus; apertura lata, rotundato-lunaris; perist. intus subincrassatum, marginibus conniventibus, supero arcuato, expanso, basali breviter reflexo, columellari vix dilatato. — Diam. maj. 41, min. 35, alt. 20 mill. (Mus. Cuming.)

Helix luhuana Sow. Beech. voy. p. 140. t. 35. f. 4.

Habitat ad Loo-Choo.

Obs. Habitu persimilis H. Pouzolzi.

926. H. Lefebvriana Férussac.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, planospira, tenera, pubescens, cinereo-cornea, unifasciata; anfr. 5 deplanati, ultimus antice deflexus; apertura perobliqua, rotundato-lunaris; perist. acutum, reflexum, albido-labiatum, marginibus conniventibus, curvatis. — Diam. maj. 29, min. 24, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 567.)

Helix Lefebvriana (Helicella) *Fér.* pr. 171. Hist. t. 69. f. 6.

Helix Lefebvriana Chemn. ed. II. Helix N. 489. t. 81. f. 1. 2.
— *Lefeburiana C. Pfr.* III. p. 21. t. 5. f. 10. 11.
— *Feburiana Rossm.* II. p. 5. f. 94. VIII. p. 29. f. 501.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 28.
— *deplana Mühlf.* Mus.
— *hirsuta Brumati* p. 29. f. 1. 2.
Campylaea Feburiana Beck ind. p. 26.
Corneola feburiana Held in Isis 1837. p. 912.

Habitat in Illyria, praesertim in prov. Austriae littorali (prope Görz!), in Carnioliae valle Wippacensi.

927. **H. foetens Studer.**

T. late umbilicata, depressa, cornea, albido-cincta, fusco-subfasciata et quasi variegata; anfr. $5\frac{1}{2}$ planulati, ultimus antice deflexus; apertura perobliqua, subrotundata; perist. simplex, expansum, marginibus approximatis, exteriore deflexo. — Diam. maj. 23, min. 20, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 568.)

Helix foetens Stud. Verzeichn. p. 14.
— — *C. Pfr.* III. p. 20. t. 5. f. 12.
— — *Rossm.* II. p. 4. f. 92.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 25.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 491. t. 81. f. 5. 6.
— *zonata var. Fér.* hist. t. 69 A. f. 3.
— — *var. Charp.* in Neue Denkschr. I. 1837.
— *zonaria γ Htm.* in Neue Alpina I. p. 228. t. 2. f. 10.
— *cornea Voith* in Sturm's Fauna.
Campylaea foetens Beck ind. p. 25.
Corneola foetens Held in Isis 1837. p. 912.
β. Minor, nitidissima, fascia supera saturate fusca:
Helix euzona Menke syn. ed. II. p. 18.
— *cingulata β Fér.* hist. t. 68. f. 4.
— *marginata Mühlf.* Mus.
— *achates Zgl.* Mus.
— *achatina Pot.* et *Mich.* gal. I. p. 68.
— *ichthyomma Held.*
— *foetens var. Rossm.* X. p. 12. f. 600.
— *cingulina Desh.* in *Fér.* hist. p. 26.*)

Habitat in Alpibus Helvetiae et Austriae, Salisburg. (« Öfen der Salzach » prope Golling!), Tyrolens. — Specimina majora usque 27 mill. diam. in Styria legi « im Mürzthal ». — Var. *β* in monte Schneeberg Austriae (Dh.).

*) T. orbiculato-depressa, plana, fucescente, translucida, exilissime striata, zonula albida superne fusco marginata cincta; anfract. subplanis, substriatis, ultimo basi late umbilicato; apertura ovato-lunari; margine angusto, albo, reflexo, extremitatibus disjunctis. — Diam. 21, alt. 9 mill. (Desh. l. c.)

928. H. cingulata Studer. *Z. n. 20. 8. 93. X. 1820. T. n. 27. 8. 93. X. 1820.*

T. umbilicata, orbiculato-convexa, griseo-carnea, fusco-unifasciata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus deflexus; apertura perobliqua, subrotunda; perist. simplex, acutum, intus sublabiatum, marginibus approximatis, supero expanso, basali reflexo, columellari dilatato. — Diam. maj. 26, min. 21, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 569.)

Helix cingulata Stud. Verzeichn. p. 14.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 164. Hist. t. 68. f. 5. 6.
— — *C. Pfr.* III. p. 19. t. 5. f. 6 et 9.
— — (Chilostoma) *Charp.* catal. moll. Suisse p. 8.
— — *Lam.* ed. Dh. 131. p. 89.
— — *Rossm.* II. p. 1. f. 88.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 31.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 107. t. 18. f. 15. 16.
— *subflava Fér.* olim.
— *zonaria β Hartm.* p. 228. t. 2. f. 9.
— *luganensis Schintz.* (teste Charp.)
Campylaea cingulata Beck ind. p. 25.
Cingulifera cingulata Held in Isis 1837. p. 911.

β. Unicolor, absque fascia:
Helix cingulata α Fér. hist. t. 68. f. 3!
— — *var. Rossm.* VI. p. 39. f. 371.

γ. Minor: diam. maj. 21, min. 18, alt. 10 — 11 mill.
Helix cingulata var. Rossm. VI. f. 372.

δ. Major, marginibus subconnexis, umbilico latiore: diam. maj. 29, min. 24, alt. 13 mill.
Helix baldensis Villa disp. syst. p. 55.
— *cingulata var. baldensis Rossm.* X. p. 13. f. 603. 4.

ε. Lactea, bizona, fascia altera inferiore diluta, marginibus remotioribus, apertura rotundiore, minus obliqua: diam. maj. 24, min. 21, alt. 12 mill.
Helix cingulata var. bizona Rossm. XI. p. 1. f. 683.

ζ. Fusco-aspersa, zona pallida: diam. et alt. sicut in *α*.
Helix colubrina Jan Mantissa p. 2.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 33. t. 69 F. f. 15—18.
— *striatula O. Fabr.* (teste Beck.)
— *cingulata var. Rossm.* VI. p. 39. f. 370.
Campylaea colubrina Beck ind. p. 25.

Habitat in Tyrolia, Illyria, var. *δ* in Monte Baldo, *ε* prope Nizza, *ζ* in Lombardia.

Obs. Etsi clari auctores H. colubrinam bonam speciem habeant, imo Cl. Porro (p. 30.) tres ejus varietates distinguat (sc. *α* nubilam Zgl., *β* fasciatam, *γ* albidam) characteres constantes praeter colorem eruere non potui.

929. H. Schmidtii Ziegler.

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, solida, fusca, rugoso-striata, stramineo vel albido variegata; anfr. 5 — 5½ convexi, sensim accrescentes, ultimus antice vix deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura rotundato-lunaris, fauce fusca; perist. albo-labiatum, marginibus conniventibus, supero vix expanso, basali breviter reflexo, columellari vix dilatato. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 570.)

Helix Schmidtii Zgl. Mus. *Rossm.* III. p. 5. f. 156.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 493. t. 81. f. 13—16.
— *colubrina var. Desh.* in *Fér.* hist. p. 33.
Campylaea Smithii Beck ind. p. 25.
Cingulifera Schmidtii Held in Isis 1837. p. 911.

Habitat in alpibus Carnioliae, ubi semper in Papavere alpino degentem detexit Cl. Schmidt.

930. H. alpina Faure-Biguet.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, obsolete carinata, luteola, epidermide decidua fusculo-variegata, striata, lineis spiralibus subtilissimis undulatis sculpta; anfr. 5 convexi; apertura rotundato-lunaris; perist. simplex, albo-labiatum, margine supero recto, basali breviter, columellari latius reflexo. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 571.)

Helix alpina (Helicella) *Faure-Big. Fér.* pr. 160. Hist. t. 67. f. 3.
— — *Mich.* compl. p. 34. t. 14. f. 16. 17.
— — *Rossm.* III. p. 6. f. 158.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 36.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 492. t. 81. f. 7. 8.
— *strigata var. Cantr.* Malac. p. 111.
Campylaea alpina Beck ind. p. 24.
Cingulifera alpina Held in Isis 1837. p. 911.
β. Unizonata: diam. maj. 21, min. 18, alt. 11 mill. (Spec.)
Helix phalerata Zgl. Rossm. III. p. 6. f. 159.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 34. t. 69 E. f. 11. 18—22.
— *alpina var. Chemn.* ed. II. Helix t. 81. f. 9—12.
Cingulifera phalerata Held in Isis 1837. p. 911.
γ. Major, unizonata: diam. maj. 27, min. 24, alt. 14 mill. (Spec.)

Habitat in alpibus Galliae (Grande Chartreuse: Mich.), et Carinthiae (!) var. β et γ in alpibus Carinthiae et Carnioliae.

Obs. H. alpina et phalerata distingui non possunt; utraque variat spira magis minusve elevata et magnitudine. In connubio legi concolorem et phaleratam in cacumine montis Ovir prope Klagenfurt. (Conf. Pfr. in Wiegm. Arch. 1841. I. p. 220.)

931. H. Preslii Schmidt.

T. late umbilicata, suborbiculata, superne planiuscula, striata, cinereo-carnea, supra fusculo-variegata, dilute subtrifasciata; anfr. 5 planulati, ultimus antice deflexus; apertura perobliqua, subcircularis; perist. reflexum, sublabiatum, marginibus conniventibus. — Diam. maj. 27, min. 22, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 572.)

Helix Preslii Schmidt. Rossm. IV. p. 4. f. 225.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 490. t. 81. f. 3. 4.
— *strigata var. Cantr.* Malac. p. 111.
— *insubrica Desh.* in *Fér.* hist. p. 30. *) (exclus. icon.)
Cingulifera Preslii Held in Isis 1837. p. 911.

β. Fascia media distincta, lateralibus in variegationem latam maculosam dissolutis:
Helix Preslii var. nisoria Rossm. VIII. p. 32. f. 509.

γ. Fasciis 3 dilutis nullis, marginibus aperturae approximatis:
Helix Preslii var. Phil. Sicil. II. p. 111.

Habitat in alpibus Carnioliae (Schmidt), *β* in Lombardia et Turcia (Friv.), *γ* circa Piedimonte d'Alife (Scacchi, Phil.).

Obs. 1. Ab H. cingulata semper differt spira plana, anfractibus lentius accrescentibus, marginibus peristomatis minus approximatis et striis confertioribus atque subtilioribus.

Obs. 2. Figurae Fér. t. 69 F. f. 1—5, a Deshayesio ad H. insubricam citatae, H. setipilam exhibent; fig. Fér. t. 68. f. 3, a Deshayesio ad setipilam citata, est H. cingulata var. unicolor.

932. H. tigrina Jan.

T. late umbilicata, suborbiculata, superne planiuscula, sericina, subtiliter striata, subtus convexa, fusculo albidoque variegata; anfr. 5 planiusculi, ultimus carinatus, antice subito deflexus; apertura subcircularis; perist. intus sublabiatum, marginibus conniventibus, supero simplice, basali reflexo. — Diam. maj. 23, min. 20, alt. 9½ mill. (Coll. Nr. 573.)

Helix tigrina Crist. et *Jan* catal. Mant. p. 2.
— — *Rossm.* IV. p. 4. f. 226.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 37. t. 69 J. f. 14—17.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 499. t. 82. f. 9. 10.
— *strigata var. Cantr.* Malac. p. 111.
Campylaea tigrina Beck ind. p. 25.
Cingulifera tigrina Held in Isis 1837. p. 911.

Habitat in alpibus Lombardiae.

*) T. late umbilicata, orbiculato-depressa, albo-grisea pallide fusco-guttata, obscure angulata; anfract. subplanis, tenue et irregulariter striatis; apertura perobliqua, ovata; perist. albo, reflexo, marginibus subapproximatis. — Diam. 22, alt. 10 mill. (Desh. l. c.) — Conf. descriptio accuratior.

933. H. zonata Studer.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, olivacea, subpellucida, fusco-unifasciata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice descendens; apertura lunato-ovalis; perist. simplex, marginibus subconniventibus, supero expanso, basali reflexo, columellari dilatato. — Diam. maj. 21, min. 18, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 574.)

Helix zonata Stud. Naturwiss. Anzeiger 1820. N. 11. S. 87.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 165. Hist. t. 68. f. 8. t. 75 B. f. 4. (c. anim.)
— — *Rossm.* II. p. 3. f. 91.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 27.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 496. t. 82. f. 4. 5.
— *zonaria α Hartm.* p. 228. t. 2. f. 8.
Chilostoma zonatum Fitz. syst. Verz. p. 98?
Campylaea zonata Beck ind. p. 25.
Corneola zonata Held in Isis 1837. p. 912.

β? Monstrosa:
Zonites planospirus Hartm. Gast. I. p. 161. t. 53.

γ? Scalaris:
Helix zonata monstr. Fér. t. 68. f. 9.

Habitat in alpibus Pedemontanis et Valesiacis, nec non in monte Scti Gotthardi.

934. H. faustina Ziegler.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, laevigata, nitida, superne lutea, rufo-unifasciata, subtus fuscescens; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice non deflexus; apertura lunato-rotundata; perist. albo-labiatum, angulatim reflexum, marginibus subconvergentibus. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 575.)

Helix faustina Zgl. Rossm. II. p. 4. f. 93.
— — *Kryn.* in Bull. Mosc. IX. p. 171.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 35. t. 69 J. f. 5—8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 104. t. 18. f. 15. 16.
— *javnaensis* et *Selemine Mühlf.* Mus.
— *volhyniensis Andrz.* (teste Kryn.)
— *sudetica Charp.* olim.
— *Charpentieri Scholtz* schles. Moll. 1843.
Corneola faustina Held in Isis 1837. p. 912

β. ~~Depressa, absque fasciis~~:
Helix associata Zgl. Rossm. VI. p. 40. f. 374.

γ. Aurantio-castanea:
Helix sativa Zgl.

Habitat in Gallicia et Bucowina, nec non in Silesia (Scholtz), Volhynia (Kryn.)

Obs. H. associata Cantr. (Malac. p. 119. t. 13. f. 4.) ad speciem nostram non referenda videtur.

935. H. cornea Draparnaud.

T. umbilicata, orbiculato-subdepressa, striatula, superne albido-cornea, dilute unizonata, subtus pallide fusca; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice subito deflexus; apertura perobliqua, transverse ovato-rotundata; perist. labiatum, angulatim reflexum, marginibus approximatis, basali strictiusculo, introrsum subdilatato. — Diam. maj. 17, min. 14½, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 576.)

Helix cornea Drap. p. 110. t. 8. f. 1—3.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 161. Hist. t. 67. f. 5. t. 69 J. f. 9.
— — *Lam.* 92. p. 90. ed. Dh. p. 69.
— — *C. Pfr.* III. p. 18. t. 4. f. 15. 16.
— — *Rossm.* II. p. 6. f. 96.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 39.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 105. t. 18. f. 13. 14.
— *zonaria δ Hartm.* l. c. p. 228.
Chilostoma corneum Fitzing. syst. Verz. p. 98.
Campylaea cornea Beck ind. p. 26.
Corneola cornea Held in Isis 1837. p. 912.

β. Subunicolor castanea:
Helix squamatina Fér. Mus.
— *cornea Fér.* hist. t. 67. f. 4.
— — *var. Rossm.* IV. p. 2. f. 219.
— — *var. Chemn.* l. c. t. 18. f. 11. 12.

γ. Concolor, virescenti-cornea, marginibus subconnexis:
Helix Desmoulinsii Farin. Ann. sc. nat. 1834. II. p. 121.
— — *Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 41.
— *Moulinsii Pot.* et *Mich.* gal. I. p. 81.
— *cornea var. Rossm.* VIII. p. 33. f. 511.

Habitat in montosis Germaniae et Galliae meridionalis et Italiae borealis, var. *γ* in montibus «Albères» (Desmoul.).

Obs. An eadem: Helicigona cornea Risso IV. p. 66? (Conf. Nr. 1102.)

936. H. Rossmässleri Pfr. †

T. perforata, globoso-depressa, tenera, supra lutea, rufo-unifasciata, subtus fuscescens; anfr. 4½ convexiúsculi; apertura rotundato-lunaris; perist. reflexum, tenue, marginibus distantibus. — Alt. 3½, long. 5½ lin. (Rm.) Diam. maj. 12, min. 10½, alt. 6½ mill. (ex ic.)

Helix Rossmässleri Pfr. Symb. II. p. 98.
— *advena Rossm.* XI. p. 2. f. 687. Nec Webb et Berth.

Habitat in montibus Carpathis, ubi legit Frivaldsky.

Obs. «Similis H. faustinae; differt magnitudine, umbilico angusto et peristomate acuto absque labio». (Rm.) — An huc referenda?

937. H. Narzanensis Krynicki. †

T. orbiculato-depressiuscula, tenuis, pellucida, transversim obsolete, longitudinaliter obsoletius striata, albescenti-unicolor aut fasciis 2, supera fusca, infera alba per medium excurrentibus notata; anfr. 6 rotundato-convexi; suturae profundiusculae; spira prominula; umbilicus mediocris, profundus; apertura rotundato-lunata; perist. intus marginatum, reflexum, extremitatibus remotis. — Diam. 8, alt. $4\frac{1}{2}'''$. (Kryn.)

Helix Narzanensis Kryn. in Bull. Mosc. IX. p. 172.

Habitat in Caucaso, ad balnea Narzanensia.

Obs. «Simillima H. faustinae, differt ab illa superficie longitudinaliter striata, apertura magis regulari, lunata, peristomate in adultis intus incrassato, et umbilico minus aperto».

938. H. pratensis Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, ruguloso-striata, albida, fasciis 2 castaneis cincta; spira subelevata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus antice vix descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura rotundato-lunaris; perist. expansum, intus remote albo-labiatum, marginibus conniventibus, columellari subdilatato, patente. — Diam. maj. 17, min. 14, alt. $9\frac{1}{2}$ mill. (Coll. Nr. 577.)

Helix pratensis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 132.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 98. t. 17. f. 17—19.

β. Absque fasciis, anfractu ultimo fuscescenti-carneo.

Habitat ad fluvium Tortoom Rossiae asiat. in pratis humidis, Kasbeck (Krauss).

Obs. Nonne forsan varietas praecedentis, cujus descriptio nuperrime tandem mihi innotuit?

939. H. Eichwaldi Pfr.

T. umbilicata, depressa, ruguloso-striata, nitida, albida, punctis corneis conspersa et corneo-bifasciata; spira planiuscula; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus antice deflexus; umbilicus latiusculus, pervius; apertura perobliqua, fere circularis; perist. expansum, intus remote et prominenter albo-labiatum, marginibus acutis fere contiguis. — Diam. maj. 18, min. 15, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 578.)

Helix Eichwaldi Pfr. Symb. III. p. 77.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 99. t. 17. f. 20—22.

Habitat in Caucaso.

940. H. cingulella Ziegler.

T. late umbilicata, depressa, tenuiuscula, striata, nitidula, sordide alba, livido-radiata, linea 1 fusca supra peripheriam

cincta; spira subplana; anfr. 5 depressi, ultimus superne obsolete angulatus, antice breviter descendens; apertura perobliqua, transverse ovali-subcircularis; perist. subsimplex, tenue, expansiusculum, marginibus approximatis, columellari subdilatato-patente. — Diam. maj. 16, min. 13⅔, alt. 7 mill. (Mus. Gruner.)

Helix cingulella Zgl. Mus. *Rossm.* VI. p. 40. f. 373.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 34. t. 69 J. f. 1—4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 498. t. 82. f. 6—8.
Cingulifera cingulella Held in Isis 1837. p. 911.

Habitat in alpibus Volhyniae, ubi detexit Zawadzky.

941. H. intermedia Férussac.

T. aperte umbilicata, depressa, suborbiculata, striata, lutescenti-albida, unicolor vel rufo-trifasciata: fasciis lateralibus interruptis; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice deflexus; apertura subhorizontalis, ovato-rotunda; perist. reflexum, marginibus fere contiguis, basali introrsum dilatato. — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 579.)

Helix intermedia (Helicella) *Fér.* pr. 163. Hist. t. 68. f. 1. 2.
— — *C. Pfr.* III. p. 18. t. 4. f. 17—19.
— — *Rossm.* III. p. 5. f. 155.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 103. t. 18. f. 17. 18.
— *cornea Brumati* p. 29?
— *catenulata Mühlf.* Mus.
Campylaea intermedia Beck ind. p. 24.
Cingulifera intermedia Held in Isis 1837. p. 911.

β. Majuscula, tetrazona, umbilico paulo angustiore: diam. maj. 23, min. 19, alt. 9 mill. (Spec.)

Helix tetrazona Jan Mantissa p. 2.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 38. t. 69 J. f. 20—23.
— *intermedia var. Rossm.* VIII. p. 32. f. 508.

Habitat in Carinthia, Carniolia, provincia Austriae littorali, Croatia; var. *β* in alpibus Lombardiae.

942. H. strigata Müller.

T. anguste umbilicata, orbiculato-depressiuscula, alba, interrupte quadrifasciata, superne costato-plicata; anfr. 4½ planiusculi, ultimus antice deflexus; apertura rotundato-ovalis; perist. reflexum, sublabiatum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 8½ mill. (Coll. Nr. 580.)

Helix strigata Müll. verm. II. p. 61. N. 256.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 162. Hist. t. 67. f. 6—8. t. 75 B. f. 5. (c. anim.)
— — *Lam.* 89. p. 89. ed. Dh. p. 68.

Helix strigata Rossm. IV. p. 5. f. 227.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 102. t. 18. f. 19. 20.
— *umbrica Charpent.*
Campylaea strigata Beck ind. p. 24.
Cingulifera strigata Held in Isis 1837. p. 911.

β. Paulo latius umbilicata, apertura magis rotundata:
Helix glabrata Zgl. Mus.
— *strigata var. Rossm.* IV. f. 228.

γ. Umbilico majore, superne acutius costulata, marginibus peristomatis approximatis: diam. maj. 20, min. 16½, alt. 9½ mill. (Spec.)
Helix corrugata Zgl. Mus.
— *strigata β Fér.* hist. t. 67. f. 8?
— — *var. Rossm.* IV. f. 229.
— — *var. Chemn.* ed. II. Helix t. 18. f. 21. 22.
Cingulifera corrugata Held in Isis 1837. p. 911.

δ. Fusco-labiata: Rossm. XI. p. 2. f. 684.

Habitat in Italia et Sicilia, var. δ prope Sorrentum, Capri, Paestum (Phil.).

943. H. Ziegleri Schmidt.

T. late umbilicata, depressa, suborbiculata, obtuse subcarinata, albido-caesia, interrupte subtrifasciata, superne costulato-plicata; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice subito deflexus; apertura subcircularis; perist. labiatum, marginibus fere connexis, supero expanso, basali strictiusculo, reflexo. — Diam. maj. 20, min. 18, alt. 7½ mill. (Coll. Nr. 581.)

Helix Ziegleri Schmidt. Rossm. III. p. 4. f. 154.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 35. t. 69 J. f. 10—13.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 494. t. 81. f. 17—19.
— *strigata var. Cantr.* Malac. p. 111.
Campylaea Ziegleri Beck ind. p. 24.
Cingulifera Ziegleri Held in Isis 1837. p. 911.

Habitat in alpibus Carnioliae, ubi praecipue in Paederota lutea degentem detexit Cl. Schmidt Labacensis.

944. H. armeniaca Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, valide plicato-striata, corneo et cinerascenti-albido variegata; spira brevissime conoidea; anfr. 6 depressi, ultimus angulatus, breviter deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura perobliqua, subcircularis; perist. remote et prominule albo-labiatum, marginibus approximatis, supero recto, basali breviter reflexo. — Diam. maj. 11, min. 10, alt. 5½ mill. (Coll. Nr. 582.)

Helix armeniaca Pfr. Symb. III. p. 77.

Helix armeniaca Chemn. ed. II. Helix N. 100. t. 17. f. 23—25.
— *Ziegleri var. Airumia Siemaschko.*

Habitat prope Bogasdach Armeniae; Airum in Caucaso (Dr. Siemaschko in Coll. Rossm.).

945. **H. glacialis Thomas.**

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, apice obtusa, leviter carinata, lutescens, sordide variegata, superne plicato-striata, subtilissime spiraliter lineata, rufo-unifasciata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus vix deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-rotundata; perist. leviter albo-labiatum, margine supero vix expanso, basali breviter reflexo. — Diam. maj. 13, min. 11½, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 583.)

Helix glacialis Thom. Fér. pr. 159. Hist. t. 67. f. 2.
— — *Rossm.* VIII. p. 31. f. 507.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 40.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 101. t. 17. f. 26—28. t. 18. f. 1. 2.

Campylaea glacialis Beck ind. p. 24.

Habitat in alpibus Pedemontanis.

946. **H. asperella Pfr.**

T. umbilicata, depressa, granulis minutis undique exasperata, sordide albida, fasciis rufis varie cingulata; spira vix elevata; anfr. 4 planiusculi, ultimus basi convexus, antice parum descendens, juxta umbilicum mediocrem, infundibuliformem subcompressus; apertura obliqua, lata, subcircularis; perist. undique expansum, marginibus approximatis, callo tenui junctis. — Diam. maj. 14, min. 11, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 584.)

Helix asperella Pfr. Symb. III. p. 78.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 504. t. 32. f. 22—25.
— *granifera Bens.* in Mus. Cuming. — Nec Gray.

β. Duplo minor.

Habitat in India orientali, prope Bithonia in ripa Gangis (Bens.).

947. **H. Tuckeri Pfr.**

T. umbilicata, depressa, tenuis, pellucida, oblique striata, breviter et sparsim pilosa, fusco-cornea, rufo obsolete unicingulata; spira vix elata; anfr. 4 planiusculi, ultimus antice gibbus, constrictus, subito deflexus; umbilicus angustus, pervius; apertura perobliqua, subcircularis; perist. intus albidum, undique breviter reflexum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 7, min. 6, alt. 3½ mill. (Coll. Nr. 585.)

Helix Tuckeri Pfr. Symb. III. p. 77.

Helix Tuckeri Chemn. ed. II. Helix N. 481. t. 79. f. 10—12.

Habitat in « Charles Hardy's island » oceani pacifici (Tucker).

Obs. Conf. H. cyclostomata Le Guill. (Nr. 985.)

948. H. martigena Férussac.

T. umbilicata, depressa, sublaevigata, flavescenti-albida; spira brevissime conoidea; anfr. 4 vix convexi, ultimus antice descendens; umbilicus angustus, pervius; apertura lunato-rotundata; perist. album, expansum, marginibus conniventibus, columellari dilatato, reflexo. — Diam. maj. 7½, min. 6 mill. (ex ic.)

Helix martigena (Helicella) *Fér.* pr. 169. Hist. t. 69. f. 4.

Ochthephila martigena Beck ind. p. 17.

Habitat in Andalusia: in campo proelii Atalatae (Fér.).

949. H. pulchella Müller.

T. umbilicata, subdepressa, albida, nitida, glabra; anfr. 3½ convexiusculi, ultimus antice dilatatus, non deflexus; apertura obliqua, subcircularis; perist. reflexum, candide sublabiatum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 3, min. 2½, alt. 1½ mill. (Coll. Nr. 586.)

Helix pulchella Müll. verm. II. p. 30. N. 232.
— — *Lam.* 107. p. 94. ed. Dh. p. 76.
— — *C. Pfr.* I. p. 43. t. 2. f. 32.
— — (Chilostoma) *Charp.* catal. p. 8.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 21. t. 69 E. f. 12—14.
— — *Gray* Man. p. 141. t. 5. f. 49.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 375. t. 9. f. 2.
— — *Gould* report p. 176. f. 102.
— — *β Drap.* p. 112. t. 7. f. 33. 34.
— — *β Kryn.* in Bull. Mosc. IX. p. 174.
— — *β Rossm.* VII. p. 5. f. 440.
— *paludosa Walk.* test. minut. rar. f. 23.
— — *Mont.* test. brit. p. 440.
— *nitidula Studer.*
— *minuta Say* in Philad. journ. I. p. 123.
— *crystallina Dillw.* descr. cat. II. p. 909. N. 53.
Vallonia rosalia Risso IV. p. 102. t. 3. f. 30?
Zurama pulchella Leach moll. p. 108.
Chilostoma pulchellum Fitzing. syst. Verz. p. 98.
Circinaria pulchella Beck ind. p. 23.
Corneola pulchella Held in Isis 1837. p. 912.

Habitat in Germania, Helvetia, Gallia, Anglia, Suecia, Rossia, Caucaso; Madera (Lowe p. 45); in America boreali: Boston, Ohio, Missouri, etc. (Say, Binn., Gould).

950. H. costata Müller.

T. umbilicata, fulvescenti-albida, membranaceo-costulata, subopaca; anfr. $3\frac{1}{2}$ convexiusculi, regulariter accrescentes, ultimus antice subdeflexus, non dilatatus; apertura perobliqua, subcircularis; perist. albo-labiatum, superne expansum, basi reflexum, marginibus fere contiguis. — Diam. maj. 3, min. $2\frac{1}{2}$, alt. $1\frac{1}{2}$ mill. (Coll. Nr. 587.)

Helix costata Müll. verm. II. p. 31. N. 233.
— — *C. Pfr.* I. p. 43. t. 2. f. 31.
— *crenella Mont.* test. brit. p. 441. t. 13. f. 3.
— *pulchella α Drap.* p. 112. t. 7. f. 30—32.
— — *α Kryn.* Bull. Mosc. IX. p. 173.
— — *α Rossm.* VII. p. 6. f. 439.
— — *var. Gray* Man. p. 142.
— — *var. Fér.* hist. t. 69 E. f. 15—17.
— *crystallina var. Dillw.* cat. II. p. 909.
Turbo helicinus Lightf. Phil. tr. 77. p. 167. t. 3. f. 1. 4.
Circinaria pulchella β Beck ind. p. 23.

Habitat in Europae mediae terris plerisque, nec non in Rossia, Caucaso.

Obs. 1. E characteribus allatis, inprimis ex formatione anfractus ultimi, quam in permultis speciminibus constantem observavi, praeter sculpturam, hanc speciem cum praecedente conjungendam esse non arbitror.

Obs. 2. Characteribus generalibus huic sectioni affinis H. chinensis Nr. 1053.

§. 67.

951. H. spiriplana Olivier.

T. umbilicata, suborbiculato-depressa, oblique sulcato-plicata, olivaceo-lutescens, albido-subflammulata, maculoso-sub-5fasciata; anfr. 5, supremi planulati, carinati, ultimus rotundatus, antice subito deflexus; apertura perobliqua, transverse ovalis; perist. albo-labiatum, marginibus subcontiguis, callo elevato junctis, supero expanso, basali reflexo, columellari dilatato, umbilicum semitegente. — Diam. maj. 36, min. 30, alt. 19 mill. (Coll. Nr. 588.)

Helix spiriplana Oliv. voy. I. p. 415. t. 17. f. 7.
— — *Roth* diss. p. 12. t. 1. f. 10—14.
— — *Rossm.* XI. p. 1. f. 682.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 112. t. 19. f. 12. 13.

Habitat in insulis Creta et Rhodo (Oliv.), in montibus Idumaeis, prope Hierosolymam frequens (Roth).

Obs. H. spiriplana Fér., Aud., Desh., Rossm. VI. f. 369 non est species Olivieriana, sed potius H. Codringtoni. (Conf. Nr. 710.)

952. H. denudata Rossmässler.

T. aperte umbilicata, turbinato-depressa, nuda, lutescens, fusco-trifasciata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus antice subito deflexus; apertura perobliqua, rotundata; perist. continuum, solutum, reflexum, margine basali subunidentato. — Diam. maj. 29, min. 25, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 589.)

Helix denudata Rossm. IV. p. 3. f. 223.
— *setosa var. Cantr.* Malac. p. 115.
Corneola denudata Held in Isis 1837. p. 912.

Habitat prope Macarsca Dalmatiae.

Obs. Differt ab H. setosa Zgl. spira elatiore, epidermide nuda, nitida, anfractibus arctius spiratis.

953. H. setosa Ziegler.

T. aperte umbilicata, orbiculato-depressa, villosa, tenera, striata, lutescenti-cornea, pallide subtrifasciata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura perobliqua, rotundata; perist. continuum, solutum, latum, reflexum, sublabiatum, margine basali subdentato. — Diam. maj. 30, min. 26, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 590.)

Helix setosa Zgl. Rossm. IV. p. 3. f. 222.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 28. t. 69 A. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 485. t. 80. f. 9. 10.
— *setosula Briganti* Atti Neap. I. 1. (teste Beck.)
Campylaea setosula Beck ind. p. 26.
Corneola setosa Held in Isis 1837. p. 912.

β. Minor: diam. maj. 23, min. 19, alt. 11 mill. (Spec.)
Helix setosa var. Rossm. X. p. 13. f. 605. 606.

γ. Minor, pallidior, convexior, peristomate vix continuo:
Helix setigera Zgl. Mus.
— *setosa var. Rossm.* IV. p. 3. f. 221.
Campylaea setigera Beck ind. p. 26.

Habitat in Istria, Croatia, Dalmatia, Albania; var. β prope Fiume ipse legi!

954. H. Portosanctana Sowerby.

T. umbilicata, depressa, oblique rugoso-striata, obsolete granulata, superne rufa, pallide fasciata, basi lutescens vel albida; spira subprominula; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura perobliqua, subcircularis; perist. carneum, marginibus fere contiguis, callo crassiusculo junctis, supero expanso, basali incrassato, reflexo. — Diam. maj. 30, min. 24, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 591. Spec. max.)

Helix Portosanctana Sow. in Zool. Journ. I. p. 57. t. 3. f. 5.
— — *Wood* suppl. t. 8. f. 79.

Helix Portosanctana (Helicella) *Fér.* hist. t. 67. f. 9. 10.
— — *Lowe* Faun. Mader. p. 46. t. 5. f. 15.
— — *Lam.* ed. Dh. 137. p. 92.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 696. t. 111. f. 17—19.
— *setosa var. Cantr.* Malac. p. 115.
Campylaea Portosanctana Beck ind. p. 24.
Corneola Portosanctana Held in Isis 1837. p. 912.
β. Gigantea, subfossilis:
Helix Portosanctana var. Lowe l. c. t. 5. f. 16.
— *Lowii Fér.* in Bull. zool. 1835. p. 89.

Habitat in insula Portosancto.

955. **H. cyclolabris Deshayes.**

T. umbilicata, depressa, striatula, obsolete granulata et sparse pilosa, albo-lutescens, fusco-unifasciata; anfr. 4½ planulati, ultimus antice subito deflexus; apertura subcircularis; perist. sublabiatum, continuum, non solutum, margine supero late expanso, basali reflexo. — Diam. maj. 19, min. 15, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 592.)

Helix cyclolabris Desh. in *Fér.* hist. p. 32.*)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 476. t. 79. f. 15. 16.
— *zonata β Fér.* hist. t. 68. f. 7.
— *Heldreichii Shuttl.* in sched. Cuming.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 78.

Habitat in Morea et insula Naxos (Desh.), Attica (Shuttleworth).

956. **H. ruginosa Férussac.**

T. umbilicata, depressa, plicis validis, obliquis ruginosa, albida, lineis nonnullis rufis cincta; spira vix elevata; anfr. 4 plani, ultimus superne planus, ad peripheriam subangulatus, basi inflatus, antice breviter deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura subhorizontalis, lunato-ovalis; perist. tenue, album, marginibus junctis, supero breviter expanso, columellari strictiusculo, reflexo. — Diam. maj. 13, min. 11, alt. 6½ mill. (Mus. Brit.)

Helix ruginosa (Helicella) *Fér.* pr. 180. Hist. t. 71. f. 4.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 38.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 456. t. 76. f. 7—10.

Habitat in Bengalia (Leschenault, Fér.).

957. **H. fallaciosa Férussac.**

T. umbilicata, depressa, alba, unicolor vel zonis fuscis variis ornata; spira brevissima; anfr. 4½ planiusculi, ultimus subito

*) T. umbilicata, orbiculato-depressa, albo-lutescente, superne fusco-unizonata; anfractibus convexiusculis, ultimo cylindraceo; apertura ovato-rotunda, perobliqua, marginibus continuis; epidermide raripilosa. — Diam. 25, alt. 12 mill. (Desh. l. c.)

descendens; umbilicus infundibuliformis; apertura subhorizontalis, elliptica; perist. simplex, marginibus plerumque junctis, supero breviter expanso, basali angulatim reflexo. — Diam. maj. 15, min. 12, alt. 7 mill. (Coll. Nr. 593.)

Helix fallaciosa (Helicella) *Fér.* pr. 179. Hist. t. 71. f. 1.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 27.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 503. t. 82. f. 18—21.
Theba fallaciosa Beck ind. p. 12.

β. Minor, unicolor, alba: Fér. t. 71. f. 3.

γ. Minima, cingulis pluribus fuscis ornata: diam. maj. 11, min. 9, alt. 5 mill. (Spec.)
Helix fallaciosa Fér. t. 71. f. 2.

Habitat in India orientali: prope Coïmbetore (Leschenault); in insula Ceylon (Templeton in Mus. Cuming.).

958. H. nilagirica Pfr.

T. late umbilicata, depressa, discoidea, striata, corneo-albida, linea unica rufa supra peripheriam cincta; spira planiuscula; anfr. 5 convexiusculi, lente accrescentes, ultimus antice abrupte deflexus; umbilicus latissimus, anfractum penultimum late monstrans, medio angustus, pervius; apertura parva, horizontalis, rotundato-ovalis; perist. continuum, album, sublabiatum, reflexum. — Diam. maj. 14½, min. 12, alt. 5½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix nilagirica Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 130.
— — *Phil.* Icon. II. 11. p. 87. Helix t. 7. f. 11.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 502. t. 82. f. 15—17.

Habitat in montibus «Neelgherries» Indiae orientalis.

959. H. delibrata Benson. †

T. depresso-plana, subtus tumida, epidermide cornea decidua; anfr. 4 transverse striati; apertura transverse rotundato-ovata; peritrema vix continuum, reflexum; umbilicus latus, anfractus plerosque exhibens. — Diam. 0,9 poll. (B.)

Helix delibratus Bens. in Journ. As. Soc. V. p. 352.

Habitat in Bengalia.

Obs. «Affinis H. corneae Drap.»

960. H. livescens Jan. †

T. umbilicata, depressa, solida, livida; apertura circinnata; perist. continuum, reflexum. — Alt. 3, lat. 6 lin. Aperturae diam. 3 lin. (Jan.)

Helix livescens Crist. et *Jan* cat. Mantissa p. 2.

Habitat in Italia meridionali.

961. H. coerulans Mühlfeldt.

T. umbilicata, depressa, subtus turgida, coerulescenti-livida, striata; spira apice mammillata; anfr. 5 convexi, ultimus antice deflexus; umbilicus mediocris, semiobtectus; apertura perobliqua, circularis, intus fuscescens; perist. simplex, marginibus continuis, basali labiato, subreflexo. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 11½ mill. (Coll. Nr. 594.)

Helix coerulans Mühlf. Mus.
— — *C. Pfr.* III. p. 30. t. 6. f. 17. 18.
— — *Cantr.* Malac. p. 112. t. 5. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 495. t. 81. f. 20—23.
— *lacticina Zgl. Rossm.* VI. p. 40. f. 375.
— — (Helicella) *Fér.* hist. t. 69 A. f. 2.
Campylaea coerulans Beck ind. p. 26.
β. Unifasciata: Rossm. X. f. 607. 8.

Habitat in Croatia; prope Obrovaz (Cantr.).

§. 68.

962. H. lapicida Linn.

T. aperte umbilicata, lenticulari-depressa, acute carinata, subtilissime granulata, lutescenti-cornea, fusco-maculata; anfr. 5 medio convexiusculi, ultimus antice subito deflexus; apertura horizontalis, transverse ovalis; perist. continuum, solutum, margine columellari reflexo, sublabiato. — Diam. maj. 17, min. 15, alt. 6½ mill. (Coll. Nr. 595.)

Helix lapicida Linn. It. Oel. et Gothl. p. 8.
— — *L.* syst. ed. X. p. 768. ed. XII. N. 656. p. 1241.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 88. t. 126. f. 1107.
— — *Drap.* p. 111. t. 7. f. 35—37.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 150. Hist. t. 66. f. 6.
— — *C. Pfr.* I. p. 40. t. 2. f. 26.
— — *Rossm.* I. p. 63. f. 11.
— — (Carocolla) *Charp.* catal. p. 9.
— — *Gray* Manual p. 140. t. 5. f. 51.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 57.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 120. t. 20. f. 10. 11.
— *affinis Gmel.* p. 3621. N. 161.
— *acuta Da Costa* p. 55. t. 4. f. 9.
— *rhenana Hartm.*
Carocolla lapicida Lam. 16. p. 99. ed. Dh. p. 148.
— — *Küst.* Icon. moll. et test. P. I. Fasc. II. t. 1. f. 3.
Chilotrema lapicida Leach moll. p. 106.
— — *Beck* ind. p. 28.
Helicigona lapicida Risso IV. p. 66. N. 142.

Latomus lapicida Fitzing. syst. Verz. p. 97.
Lenticula lapicida Held in Isis 1837. p. 913.

β. Major, anfr. 5½, ad carinam compressissimis: diam. maj. 21, min. 18⅔, alt. 8 mill. (Spec.)
Helix lapicida var. Chemn. ed. II. t. 38. f. 30. 31.

γ. Morbosa, albina, unicolor pallide straminea, pellucida.
Helix lapicida var. C. Pfr. I. t. 2. f. 27.
— — *var. Charp.* l. c. t. 1. f. 7.

δ. Monstrosa, anfractibus in conum elevatis:
Helix terebra Turt. Conch. dict. 161. t. 14. f. 55?
— *cochlea Brown* in Wern. transact. II. t. 24. f. 10. (ex sententia Cl. Fleming.)
— *lapicida c scalaris Charp.* l. c. t. 1. f. 8.

ε. Juvenis:
Helix explanata Schranck.

Habitat in Germania, Gallia, Helvetia, Britannia, Suecia, etc.; var. β in Pyrenaeis (Dupuy).

§. 69.

963. H. Gibboni Pfr.

T. umbilicata, depressa, sublenticularis, superne longitudinaliter et regulariter striata, fasciis flammeis rubris albisque picta, subtus seriebus pluribus punctorum rufescentium ornata; anfr. 5 planiusculi, ultimus subcarinatus, basi convexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura late lunaris, intus margaritacea; perist. subincrassatum, sinuosum, reflexum, marginibus callo tenui junctis, basali ad umbilicum breviter dilatato. — Diam. maj. 63, min. 54, alt. 27 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Gibboni Pfr. Symb. III. p. 37.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 673. t. 107. f. 10. 11.
— *magnifica Lea* obs. II. p. 89. t. 23. f. 88 Nec Fér.

Habitat in Nova Granada, ubi detexit Gibbon.

964. H. pellis serpentis Chemnitz.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, superne confertissime granulosa, basi striata, griseo-flavicans, fasciis latis albo- et rufo-flammulatis, subtus cingulis angustis, interruptis, rufis ornata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus obsolete angulatus, latere aperturae opposito impressionibus 2 profundis notatus; apertura late lunaris; perist. intus album, callosum, marginibus callo junctis, supero expanso, columellari et basali reflexis. — Diam. maj. 50, min. 43, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 596.)

Helix pellis serpentis Chemn. IX. P. 2. p. 79. t. 125. f. 1095. 96 et XI. p. 268. t. 208. f. 2046. 47.

Helix pellis serpentis (Helicella) *Fér.* pr. 185. Hist. t. 75 A. f. 3.
— — — *Lam.* 30. p. 73. ed. Dh. p. 41.
— — — *Chemn.* ed. II. Helix N. 5. p. VIII et 29. t. 2. f. 3. 4. t. 8. f. 7. 8.
— *colubrina Perry* Conch. t. 15. f. 4?
— *undata Portl.* catal.
Solaropsis pellis serpentis Beck ind. p. 27.
Helicella pellis serpentis Swains. Malac. p. 333. f. 98.

Habitat in Guyana.

Obs. Speciminum juniorum testa hispida. Basis testae sparse et obsolete granulata.

965. H. brasiliana Deshayes.

T. umbilicata, orbiculato-depressiuscula, undique aequaliter granulosa, superne castanea, taeniis albido-flammulatis, subtus convexior, pallidior, seriebus pluribus punctorum rufescentium ornata; spira subplanulata; anfr. 5½ vix convexiusculi, ultimus obsolete subangulatus; columella brevis, dilatata; apertura lata, transverse lunaris; perist. tenue, intus nitidum, superne expansum, basi breviter reflexum. — Diam. maj. 42, min. 35, alt. 18—19 mill. (Coll. Nr. 597.)

Helix brasiliana Desh. in Encycl. méth. II. p. 211. N. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 670. t. 107. f. 1—3.
— *pellis serpentis var. Fér.* hist. t. 75 B. f. 6—8.
— *serpens Orb.* voy. p. 244. Nec Spix.
Solaropsis brasiliensis Beck ind. p. 27.

Habitat in Brasilia.

Obs. «Differt ab H. pell. serpent. statura [plerumque] minore, spira depressiore, carina obsoleta et impressionibus deficientibus, apertura minus sinuosa, plerumque violascente». (Dh.)

966. H. heliaca Orbigny.

T. umbilicata, orbiculata, depressa, subcarinata, rugulosa, granulata, subtus laevigata, flavida, fasciis 5 rubris interruptis ornata; spira obtusa; anfr. 6 convexiusculi, ultimus depressus; apertura depressa, lunato-subtriangularis; perist. nitide album, margine utroque sinuoso, supero late expanso, breviter reflexo, columellari brevi, subdilatato, basali plane arcuato, breviter reflexo. — Diam. maj. 35, min. 29, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 598.)

Helix heliaca (Helicella) *Orb.* synops. p. 4.
— — *Orb.* voy. p. 244. t. 26. f. 1—5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 671. t. 107. f. 4—6.
— *cicatrica Anton* Verzeichn. p. 38. N. 1415.

Helix . . . . *Fér.* hist. t. 69 K. f. 18—20.
β. Minor: diam. maj. 28, min. 24½, alt. 11½ mill. (Spec.)
Habitat in republica Boliviana.

Obs. Differt ab H. brasiliana anfractu ultimo depresso, subcarinato, colore et aperturae forma. — Conf. H. serpens Spix. (Nr. 1019.)

967. H. concisa Férussac.

T. umbilicata, depressa, solida, unicolor rufa, regulariter striata, sulcis obliquis, irregularibus incisa; spira planiuscula; sutura impressa; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus rotundatus, antice vix deflexus; umbilicus infundibuliformis; apertura obliqua, lunato-ovalis, intus nitida; perist. subincrassatum, album, expansum, marginibus callo albo, arcuato junctis. — Diam. maj. 58, min. 46, alt. 25 mill. (Coll. v. d. Busch.)

Helix concisa (Helicella) *Fér.* hist. t. 78. f. 3. 4.
— — *Fér.* in Voy. de Freyc. Zool. p. 470.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 53.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 78.

Habitat in insula Rawak (Freycinet), in ins. Aroo (Mus. Cuming.).

968. H. zodiaca Férussac.

T. umbilicata, depressa, solidiuscula, minute granulata, rufa, subtus pallidior, medio albo-zonata; spira planiuscula; anfr. 4 vix convexiusculi, ultimus antice vix descendens; umbilicus mediocris; apertura subverticalis, transverse ovalis, intus nitida; perist. late expansum, incrassatum, ad columellam dilatatum. — Diam. maj. 47, min. 35, alt. 21 mill. (Mus. Cuming.)

Helix zodiaca (Helicella) *Fér.* pr. 184. Hist. t. 75. f. 2.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 78.
— *zodiacus Wood* suppl. t. 7. f. 52.
Ampelita zodiaca Beck ind. p. 30.

Habitat . . . ?

969. H. Quoyi Deshayes. †

T. subdiscoidea, supra paululum convexa, subtus late umbilicata, anfr. 5 convexiusculi, superne undulato-costati, longitudinaliter striati, fusco-castanei, ultimus ad peripheriam zona luteola circumdatus; apertura semilunaris; labrum caeruleum, reflexum. (Dh.) — Diam. maj. 56, min. 48, alt. 28—30 mill. (ex ic.)

Helix undulata Quoy et *Gaim.* Astrol. II. p. 91. t. 7. f. 1. 2. Nec Fér.
— *Quoyi Desh.* in *Lam.* ed. Dh. 162. p. 105.
— . . . . *Fér.* hist. t. 73 B. f. 4.

Habitat in insula Celebes, prope lacum Tondano.

970. H. Cunninghami Gray.

T. latissime umbilicata, valde depressa, solida, rugulosostriata, albo brunneoque fasciata; spira planiuscula; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus superne convexus, antice subito deflexus; umbilicus latissimus, perspectivus; apertura subhorizontalis, transverse lunato-ovalis, intus rubicunda; perist. incrassatum, reflexum, marginibus approximatis, callo junctis, dextro arcuato, basali stricto, ad insertionem valde calloso. — Diam. maj. 64, min. 49, alt. 21 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Cunninghami Gray in Proc. Zool. Soc. 1834. p. 64.
— — *Müll.* synops. p. 6.
— — *Griff.* anim. kingd. t. 36. f. 4.
— *Tupinieri Eydoux* in Guér. mag. 1838. t. 114.
Macrocyclis Cunninghami Beck ind. p. 24.

Habitat in Nova Hollandia.

971. H. Forbesi Pfr.

T. umbilicata, subdiscoidea, tenuis, oblique confertim striata, unicolor rufa; spira planiuscula; anfr. 5 convexi, ultimus basi convexior, antice vix descendens, obtuse angulatus, superne obsolete impressus; umbilicus magnus, spiralis; apertura perobliqua, rotundato-lunaris; perist. simplex, acutum, albido-carneum, intus subincrassatum, margine supero late expanso, basali reflexo, columellari subdilatato. — Diam. maj. 41, min. 35, alt. 14 mill. (Coll. Walton.)

Helix Forbesi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 71.

Habitat . . . ?

972. H. omphalodes Pfr.

T. late umbilicata, depressa, solida, leviter striatula, sub epidermide flavescente decidua alba, ad peripheriam et suturam rufo-cingulata; spira vix convexa; anfr. 5 planiusculi, ultimus subcarinatus, antice vix descendens, basi paulo convexior, lineis confertis, spiralibus subgranulatus, circa umbilicum magnum, spiralem, intus castaneum subcompressus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. breviter reflexum, fuscum, marginibus conniventibus. — Diam. maj. 41, min. 34, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 599.)

Helix omphalodes Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 64.
— — *Phil.* Icon. II. 15. p. 183. Helix t. 9. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 450. t. 75. f. 9—11.

Habitat . . . ?

973. H. sepulcralis Férussac.

T. late umbilicata, depressa, tenuis, laevigata, varie oblique plicata, castanea, subtus albo-zonata vel pallide fulvescens; spira

brevissima, vix emersa; anfr. 4 rapide accrescentes, sulco concentrico impressi, ultimus basi convexiusculus, circa umbilicum infundibuliformem angulatus, antice deflexus; apertura perobliqua, elliptico-ovalis, intus coerulescens; perist. late reflexum, marginibus callo tenui junctis, dextro medio angulatim dilatato. — Diam. maj. 41, min. 33, alt. 17 mill. (Coll. Nr. 600.)

Helix sepulcralis (Helicella) *Fér.* pr. 183. Hist. t. 75. f. 1. t. 75 C. f. 1—12.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 76. t. 14. f. 5. 6. t. 15. f. 1—4.
— *labrella Lam.* 28. p. 73. ed. Dh. p. 40.
— *trivittata Born.* (teste Villa disp. p. 15.)
Ampelita labrella Beck ind. p. 30.

β. Minor, solidior, spira paulo elatiore, sub epidermide corneo-lutescente alba, fasciis 3 latis nigricanti-rufis ornata: diam. maj. 34, min. 26, alt. 15 mill. (Spec.)

γ. Unicolor lutescenti-cornea, minor.

δ. Minima, conico-globosa: Fér. t. 75 C. f. 8—10?

Habitat in insula Madagascar.

974. H. madagascariensis Lamarck. †

T. orbiculato-convexa, umbilicata, tenuiter striata, cornea, fusco-bifasciata; spira brevis, obtusa; labrum intus album, margine reflexo. — Diam. 13 lin. (Lam.) — Diam. maj. 29, min. 24, alt. 17 mill. (ex ic. Fér.)

Helix madagascariensis Lam. 39. p. 76. ed. Dh. p. 44.
— *madecassina Fér.* pr. 180 bis. Hist. t. 73 A. f. 2.
— — *Bowd.* elem. of Conch. t. 8. f. 3.
Favanne t. 64 C. 5. f. J.
Seba III. t. 40. f. 29 et 31?

Habitat in insula Madagascar, prope Fort-Dauphin (Brug., Lam.).

975. H. Audouinii Orbigny.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, depressa, solidula, rugoso-subreticulata, fulvo-violacea, lineolis albidis variegata, fasciis 3 purpureis ornata; spira brevis, obtusa; anfr. 6, ultimus depressus, antice subdeflexus; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. incrassatum, album, late expansum, marginibus callo junctis, basali reflexo, columellari brevissimo, valde dilatato, umbilicum mediocrem semitegente. — Diam. maj. 59, min. 47, alt. 25 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Audouinii (Helicella) *Orb.* synops. p. 4.
— — *Orb.* voy. p. 239. t. 24. f. 4—6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 333. t. 59. f. 1—3.
— .... *Fér.* hist. t. 73 B. f. 3.

Campylaea Audouinii Beck ind. p. 27.

β. Minor, spira paulo magis elevata: diam. maj. 37, min. 31, alt 19 mill. (Mus. Cuming.)

Helix oresigena (Helicella) *Orb.* syn. p. 4.

— — *Orb.* voy. p. 240. t. 25. f. 1—4.

Campylaea oresigena Beck ind. p. 27.

Habitat in provincia Yungasensi Boliviae.

Obs. Variat magnitudine, spira et umbilici latitudine.

976. **H. Duvalii Petit.** *W. p. 289. 8. 117. N. 1845*

T. umbilicata, orbiculata, conico-depressa, castanea, transversim longitudinaliterque striata; anfr. 4½ depresso-convexiusculi, sutura impressa separati et fascia brunnea marginati, ultimus medio zona lutescente circumdatus, subtus lutescens, ad umbilicum mediocrem, pervium compressus; apertura ampla, ovalis, intus margaritacea; perist. simplex, tenue, marginibus conniventibus, dextro vix expanso, basali breviter reflexo. — Diam. maj. 37, min. 30, alt. 19 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Duvalii Petit in Revue zool. 1844. p. 3.

— — *Guérin* mag. 1844. t. 93.

— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 334. t. 59. f. 7. 8.

β? Superne castanea, luteo-unicingulata, basi lutea, anfr. 5, umbilico intus castaneo: diam. maj. 39, min. 32, alt. 20 mill. (Mus. Gruner.)

Helix Duvalii var.? Chemn. l. c. t. 59. f. 9—11.

— *madecassina Fér.* t. 73 A. f. 2?

— *chlorozona Grat.?* (Conf. Nr. 870.)

Habitat in insula Madagascar.

977. **H. haematostoma Jan.** † *W. p. 289. 8. 117. N. 1840.*

T. depressa, albida, vertice acutissimo; anfractus ventricosi; apertura circularis, ampla; perist. continuum, reflexum, carneum. — Alt. 8 lin., lat. 1 poll. 6 lin., apert. diam. 10 lin. (Jan.)

Helix haematostoma Jan Mantissa p. 2.

Habitat in India orientali, Bengalia.

Obs. Nonne potius Cyclostomatis species, involvulo affinis?

978. **H. planorbella Lamarck.** † *W. p. 289. 8. 117. N. 1848.*

T. orbiculato-depressa, umbilicata, minutissime plicata, luteo-virens, fusco-subfasciata: plicis longitudinalibus obliquis, acutis; labrum margine album, reflexum. — Diam. 8 lin. (Lam.)

Helix planorbella Lam. 82. p. 88. ed. Dh. p. 66.

Campylaea planorbella Beck ind. p. 24.

Enc. méth. t. 462. f. 5.
Hel. strigata β Fér. t. 67. f. 8. } ex Lam.

Habitat in insula Portorico (Maugé, Lam.), Teneriffa (Beck).

Obs. Species dubia, quam nondum vidi. Icones citatae valde inter se discrepantes ad unam eandemque speciem referri non possunt.

979. H. purpurostoma Le Guillou. †

T. orbicularis, umbilicata, supra plana, alba, pellucida; anfr. 4½ convexiusculi, sutura profunda sat distincti, ultimus fascia nigro-purpurascente latiuscula spiram decurrente ornatus, subtus convexiusculus, albus; umbilicus profundus, mediocris, extus effusus et angulo marginatus; apertura obliquissima, rotundata; perist. breve reflexum, intus et extus roseum, strangulatum. — Diam. 20, alt. 9 mill. (G.)

Helix purpurostoma Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 141.

Habitat ad Triton-Bay Novae Guineae.

980. H. proxima Férussac.

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, leviter striata, nitida, alba, basi fuscescens, fusco-lineata; spira subplana; anfr. 5½, ultimus cylindraceus, antice deflexus; apertura perobliqua, lunato-ovalis, intus fuscescens; perist. simplex, tenue, marginibus callo junctis, supero arcuato, expanso, basali strictiusculo, reflexo. — Diam. maj. 24, min. 19, alt. 11 mill. (Coll. Metcalf.)

Helix proxima (Helicella) *Fér.* pr. 178. Hist. t. 71. f. 5.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 29. *)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 454. t. 76. f. 4—6.
Planispira proxima Beck ind. p. 30.

Habitat in Indiae orientalis provincia Coïmbetor (presqu' île au delà du Gange: Leschenault, Desh.).

981. H. Reeveana Pfr.

T. umbilicata, subdiscoidea, tenuiuscula, oblique striata, albida, zonis 3—5 rufis ornata; spira vix convexiuscula, obtusa; anfr. 4½—5 planiusculi, ultimus antice subito deflexus, basi concentrice et confertim striatus; umbilicus mediocris, pervius; apertura subhorizontalis, transverse ovalis; perist. subsimplex, reflexum, marginibus junctis. — Diam. maj. 30, min. 24, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 601.)

Helix Reeveana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1846. p. 42.

*) T. orbiculato-depressa, albo-fucescente, obscure striata, late umbilicata; ultimo anfractu cylindraceo; apertura ovato-rotunda; margine albo, reflexo; peristomate continuo. — Diam. 22, alt. 13 mill. (Desh. l. c.)

Helix Reeveana Chemn. ed. II. Helix N. 451. t. 75. f. 6 –8.
— *Lasallii Collect.* Nec Eydoux.

Habitat in insula Zebu Philippinarum (Cuming).

982. H. Taranaki Gray.

T. umbilicata, depressa, solidiuscula, pallide cornea, nitidula, superne confertim costulato-striata, basi laevior; spira parum elevata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus latior, antice vix descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura transverse lunato-ovalis; perist. tenue, expansum, intus nitide album, margine basali strictiusculo, reflexo, columellari dilatato, patente. — Diam. maj. 17, min. 14, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 602.)

Helix Taranaki Gray New-Zeal. t. 1. f. 6. 7.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 79.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 452. t. 75. f. 4. 5.

Habitat in Nova Seelandia; ins. Possessionis in Torres-Strait (Ince).

983. H. Villiersii Orbigny.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, tenuis, rugosa, profunde et irregulariter plicata (plicis obliquis, acutis, interruptis), fusco-cornea, lineis angustis fuscis vittata; spira vix elevata; anfr. 5 planiusculi, subcarinati; apertura perobliqua, lunato-ovalis; perist. tenue, acutum, margine supero expanso, columellari dilatato, ad umbilicum mediocrem reflexo. — Diam. maj. 23, min. 19, alt. 11 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Villiersii Orb. canar. p. 57. t. 3. f. 12—14.

Habitat in insulis Canariis: Gomera (Orb.).

984. H. desidens Rang.

T. umbilicata, depressa, striata, tenuis, fusca, superne planiuscula, ad peripheriam obtuse angulata, basi convexior; anfr. 4½ planiusculi; umbilicus mediocris; apertura vix obliqua, rotundato-lunaris; perist. simplex, margine supero parum expanso, basali vix reflexo, ad umbilicum non dilatato. — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 7½ mill. (Coll. Nr. 603.)

Helix desidens Rang in Guér. mag. 1834. t. 48.
— — *Lam.* ed. Dh. 218. p. 132.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 465. t. 77. f. 10—13.

Habitat in insulae Martinique monte «Pelée» (Rang).

985. H. cyclostomata Le Guillou. †

T. orbicularis, planata, umbilicata, pellucida, dilute olivacea, papillis linearibus obsita; anfr. 4 convexiusculi, lineola fusca fasciati, sutura discreti; spira convexa, vix exserta; apertura cir-

cularis, extus tenue strangulata; perist. reflexum, tenuissimum; umbilicus infundibuliformis, profundus. — Diam. 7—8, alt. 4—4½ mill. (G.)

Helix cyclostomata Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 141.

Habitat in insula Warrior («detroit de Torrès»: Guill.).

Obs. An forte eadem, quam Nr. 947 nomine H. Tuckeri descripsi?

§. 70.

986. H. bifurcata Deshayes.

T. umbilicata, depressa, orbicularis, leviter striata, fulva, subtus pallida, vel medio tantum pallide cingulata; anfr. 5 planulati, ultimus obsolete carinatus, antice subito deflexus; apertura depressa, transverse pyriformis, lamina elongata, compressa, erecta, intrante coarctata; perist. albidum, reflexum, marginibus callo prominente junctis, basali dentibus 2, altero depresse triangulari, altero bifurcato, instructo. — Diam. maj. 37, min. 33, alt. 15 mill. (Mus. Cuming. spec. max. et Coll. Nr. 604.)

Helix bifurcata Desh. in Guér. mag. t. 111. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 664. t. 105. f. 1—4.
— *plicata Fér.* hist. t. 54 B. f. 1.
— — *Desh.* in Enc. méth. II. p. 231. N. 63. (excl. synon.)

Habitat in Guyana.

Obs. 1. Variat magnitudine. Alia specimina multo minora vidi. Carina magis minusve acuta antice evanescit. Rarissime umbilicus fere obtectus est.

Obs. 2. Conf. H. labyrinthus Nr. 1035, H. auriculina Nr. 1039, etc. — Varietas H. Bainbridgei (Nr. 818.) umbilico aperto etiam hoc loco quaeri potest.

987. H. planulata Lamarck.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, solida, laeviuscula, alba, fusco-marmorata et interrupte fasciata; spira brevis, obtusa; anfr. 5 planiusculi, ultimus teres, interdum subangulatus, antice subito deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura horizontalis, integra, elliptica; perist. incrassatum, marginibus junctis, supero expanso, basali reflexo, unidentato. — Diam. maj. 31, min. 24, alt. 14—15 mill. (Coll. Nr. 605.)

Helix planulata Lam. 27. p. 73. ed. Dh. p. 40.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 187 bis. Hist. t. 73 A. f. 3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 77. t. 14. f. 9. 10.
— *auriculata Swains.* Zool. Ill. t. 9.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 4.
— *papilionacea Val. Humb.* voy. Zool. II. p. 241. t. 56. f. 6.
— *collapsa* (Helicella) *Fér.* pr. 187?
Planorbis collapsus Perry Conch. t. 51. f. 5?
Obba planulata Beck ind. p. 30.

Pusiodon auriculata Swains. Malac. p. 330.

β. Solidior, albida, corneo-strigata, magis minusve rugulosa, spira plerumque elatiore: diam. maj. 31, min. 25, alt. 18 mill. (Spec.)

Helix papilla Collect. Nec Müll.

Habitat in insulis Philippinis: Luzon, Mindoro, Luban etc (Cuming.)

988. H. zonalis Férussac.

T. umbilicata, globoso-depressa, leviter striatula, albido-flava, fasciis 3—4 purpureo-nigricantibus cingulata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice vix descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunato-subcircularis; perist. album, reflexum, marginibus disjunctis, columellari obtuse unidentato. — Diam. maj. 25, min. 19, alt. 12 mill. (Mus. Brit.)

Helix zonalis (Helicella) *Fér.* pr. 175. Hist. t. 70. f. 3.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 42.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 24. p. 50. t. 6. f. 14. 15.
— *zonaria Chemn.* IX. P. 2. p. 140. t. 132. f. 1188.
Planispira zonalis Beck ind. p. 30.

Habitat in insulis Moluccis (Beck).

989. H. Moricandi Sowerby.

T. umbilicata, semiglobosa, basi planiuscula, nitida, albido-flava, fasciis rufis 2—3 cincta; anfr. 5½ convexi, ultimus margine dextro subito deflexus; umbilicus angustus, pervius; apertura horizontalis, transverse pyriformis; perist. connexum, margine supero expanso, basali late reflexo, ad basin dente unico crasso instructo. — R. a. = 3 : 5. — Diam. maj. 33, min. 27, alt. 16 mill. (Coll. Nr. 606.)

Helix Moricandi Sow. in sched. Cuming.
— — *Pfr.* in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 86.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 34.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 463. t. 77. f. 7—9.

Habitat in insula Bohol Philippinarum (Cuming).

Obs. Differt a praecedente, cui persimilis, basi plana, anfractu ultimo deflexo, apertura horizontali et peristomate continuo.

990. H. Lasallii Eydoux.

T. umbilicata, depressa, crassiuscula, laevis, fulvescens, brunneo-trizonata et albido-marmorata; spira vix elata; anfr. 4½—5 planiusculi, ultimus teres, ad aperturam subito deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura horizontalis, auriformis; perist. valde incrassatum, reflexum, continuum, margine supero

sinuoso, impresso, basali obsolete dentato. — R. a. = 3 : 4. — Diam. maj. 28, min. 22, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 607.)

Helix Lasallii Eydoux in Guér. mag. t. 115. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 462. t. 77. f. 4—6.
— *meretrix Sow.* in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 20.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 33.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 163. f. 6.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

991. **H. columbaria Sowerby.**

T. umbilicata, depressa, oblique subtiliter striata, straminea, brunneo varie zonata, maculis sulphureo-albidis tessellatis ad suturam et basin variegata; spira parum elata; anfr. 5 convexi, ultimus juxta aperturam valde constrictus; umbilicus angustus, pervius; apertura subauriformis; perist. carneum, simplex, marginibus callo tenui junctis, supero expanso, basali reflexo, obsolete unidentato. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 27, min. 22½, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 608.)

Helix columbaria Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 19.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 26.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 163. f. 5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 461. t. 77. f. 1—3.

Habitat in insula Luzon (Cuming).

992. **H. brevidens Sowerby.**

T. umbilicata, depressa, tenuiuscula, minute granulata, pallide fusca, linea fusca superne circumdata; spira subplanulata; anfr. 4 planiusculi, ultimus basi inflatus; umbilicus angustus, semitectus; apertura lunaris, intus alba; perist. simplex, reflexum, margine columellari expanso, basali unidentato. — R. a. = 3 : 8. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 609.)

Helix brevidens Sow. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 25.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 24.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 466. t. 78. f. 10—12.

Habitat in insula Mindoro Philippinarum (prope Puerto Galero: Cuming).

993. **H. quadrifasciata Le Guillou.** †

T. orbicularis, depresso-convexiuscula, umbilicata, exalbida; anfr. 4½, supremi fusco-fasciati, ultimus 4-fasciatus: fasciis 2 superna et 2 inferna facie; spira convexo-obturata; umbilicus dilatatus, profundus; apertura obliquissima, subovalis, intus ad basin

grosse unidentata; perist. reflexum, extrorsum strangulatum et versus basin angulosum. — Diam. 18, alt. 9 mill. (G.)

Helix quadrifasciata Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 141.

Habitat in insula Ternate.

994. H. profunda Say.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, tenuis, confertim costulato-striata, sub epidermide lutescente squalide alba unicolor vel fascia unica lata rufa supra peripheriam ornata; spira vix elevata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus vix descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunaris; perist. latum, angulatim expansum, margine basali reflexo, subunidentato. — Diam. maj. 29, min. 24, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 610.) Diam. maj. 33, min. 27, alt. 18 mill. (ex ic. Deless.)

Helix profunda Say in Philad. journ. II. p. 160.
— — *Say* Amer. Conch. t. 37. f. 3. Ed. Chenu t. 13. f. 2 b. 2 c.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 377. t. 15.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 464. t. 77. f. 14—16.
— *Richardi* (Helicella) *Fér.* pr. 174. Hist. t. 70. f. 4.
— — *Lam.* 25. p. 72. ed. Dh. p. 40.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 7.

β. Rufo-multilineata.

Habitat in America boreali: Tennessee, Knoxville (Fér.), Ohio, Mississippi et Missouri (Say), Indiana (Beck).

995. H. Sayi Binney.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, tenuis, luteo-cornea, costulato-striata; anfr. 6 convexiusculi, ultimus non descendens; umbilicus mediocris; apertura lunato-subcircularis, dente 1 linguiformi in pariete aperturali coarctata; perist. intus albo-labiatum, anguste reflexum, margine basali unidentato, columellari dilatato. — Diam. maj. 27, min. 23, alt. 13 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Sayi Binn. in Bost. journ. III. p. 379. t. 16.
— *diodonta Say* Exped. to St. Peter's river II. 257. t. 15. f. 4.
— . . . *Fér.* hist. t. 69 I. f. 2.

Habitat in America boreali: Illinois, Maine, Vermont.

Obs. Differt ab H. profunda praeter dentem parietis aperturalis anfractibus angustioribus.

996. H. tridentina Férussac.

T. umbilicata, globoso-depressa, solida, oblique striata, albida, fulvo-nebulosa, fusco- 3—4 cingulata; anfr. 4½ planulati, lente accrescentes, ultimus subangulatus, antice deflexus, basi subplanus; apertura subhorizontalis, lunaris; perist. incrassatum,

reflexum, marginibus junctis, dextro rotundato, columellari umbilicum semitegente, basali tridentato: dente 1 solitario, 2 junctis, extus scrobiculum latum formantibus. — Diam. maj. 25, min. 21½, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 611.)

Helix tridentina Fér. hist. t. 54 A. f. 4—6.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 143.
— — *Phil.* Icon. II. 15. p. 186. Helix t. 9. f. 8.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 467. t. 78. f. 1. 2.

Habitat in insula Jamaica.

Obs. Variat umbilico fere omnino obtecto. — Conf. affines H. Schroeteriana (Nr. 1045.), sinuata (Nr. 796.), Okeniana (Nr. 821.).

996a. **H. devia Gould.** †

T. orbiculato-depressa, oblique striata, dilute viridi-cornea, umbilico modico canaliculato perforata; anfr. 6 convexi, ultimus ad peripheriam rotundatus; apertura transversa, oblique lunata, ad anfractum penultimum unidentata, dente trigono; labrum album, late reflexum, ad basim horizontale, umbilicum aliquanto ambiens. — Lat. ⅘, alt. 9/20 poll. (G.)

Helix devia Gould 1846. Exped. shells p. 17.

Habitat in Oregon?

Obs. «Similis H. pedestri, nec non H. palliatae var. meridionali».

997. **H. bahamensis Pfr.**

T. anguste umbilicata, depressa, tenuis, cornea, costulato-striata; spira brevis, convexiuscula; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus antice deflexus; apertura subhorizontalis, transverse ovalis; perist. simplex, tenue, marginibus approximatis, supero breviter expanso, basali reflexo, intus dente triangulari, valido munito, columellari dilatato, reflexo, umbilicum angustum, pervium semitegente. — Diam. maj. 17, min. 14, alt. 7½ mill. (Mus. Brit. et Cuming.)

Helix bahamensis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 66.
— . . . *Fér.* hist. Livr. 34. t. 2 f. 6?

Habitat in insula Bahama.

Obs. Similis H. Villiersii Orb., dente valido basali, a margine subremoto, distincta.

§. 71.

998. **H. ungulina Linn.**

T. umbilicata, depresso-globosa, utrinque concava, tenuis, striata, rufa; spira profunde immersa; anfr. 5½ convexi, angusti, ultimus magnus, inflatus, antice descendens, basi circa umbilicum

infundibuliformem excavatus; apertura subverticalis, lunaris; perist. simplex, margine dextro expanso, basali reflexo, columellari dilatato. — Diam. maj. 43, min. 37, alt. 23 mill. (Coll. Nr. 612.)

Helix ungulina L. syst. ed. 10. p. 772. ed. 12. p. 1245. N. 682.
— — *Born* test. p. 379. t. 15. f. 11. 12.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 192. Hist. t. 77. f. 3.
— — *Lam.* 29. p. 73. ed. Dh. p. 41.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 11.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 78. t. 14. f. 7. 8.
— *badia Gmel.* p. 3639. N. 171.
Chloritis ungulina Beck ind. p. 29.
Rumph Mus. t. 27. R!
Seba Mus. III. t. 40. f. 11!

β. Minor: diam. maj. 29, min. 24, alt. 15 mill.
Helix ungulina Fér. t. 77. f. 2.

Habitat in insula Java.

999. H. Gruneri Pfr.

T. umbilicata, depressa, superne planiuscula, minutissime punctato-striata, rufa; anfr. 5½ sensim accrescentes, planiusculi, ultimus rotundatus, antice vix deflexus; umbilicus angustus, pervius; apertura subverticalis, depressa, late lunaris; perist. incrassatum, reflexum, marginibus callo tenui, superne dentem arcuatum, validum formante, junctis. — Diam. maj. 38, min. 32, alt. 18 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Gruneri Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 63.

Habitat . . . ?

1000. H. unguicula Férussac.

T. umbilicata, discoidea, leviter striata, aurantia, albido aliquando fasciata, superne plana; sutura distincta; anfr. 5½ planulati, ultimus teres, antice vix descendens; umbilicus infundibuliformis; apertura lunaris; perist. simplex, marginibus callo tenuissimo junctis, supero expanso, basali reflexo, columellari vix dilatato. — Diam. maj. 31, min. 26, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 613.)

Helix unguicula (Helicella) *Fér.* pr. 191. Hist. t. 76. f. 3. 4.
— — *Lam.* ed. Dh. 151. p. 99.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 12.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 38. t. 8. f. 10. 11.
— *ungulina Chemn.* IX. P. 2. p. 81. t. 125. f. 1098. 99.
Chloritis unguicula Beck ind. p. 29.

β. Minor, anfr. 5 convexiusculis: diam. maj. 21, min. 18, alt. 10 mill.

Habitat in insula Java.

1001. H. Quimperiana Férussac.

T. aperte umbilicata, depressa, striata, tenuis, diaphana, olivaceo-cornea, strigis lutescentibus irregulariter radiata; spira concaviuscula; anfr. 5 convexi, ultimus inflatus; umbilicus angustus, pervius; apertura subverticalis, lunaris; perist. acutum, reflexum, intus albo-labiatum, marginibus distantibus, columellari brevi, dilatato. — Diam. maj. 26, min. 22, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 614.)

Helix Quimperiana (Helicella) *Fér.* pr. 172. Hist. t. 75 B. f. 1—3. t. 76. f. 2.
— — *Blainv.* in Dict sc. nat. XX. p. 429.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 110. t. 18. f. 19. 20. t. 19. f. 18. 19.
— *corisopitensis Desh.* in Enc. méth. II. p. 210. N. 7.
— — *Lam.* ed. Dh. 123. p. 85.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 15.
— *Kermorvani Coll.* in Bull. Bord. IV. p. 98.
— — *Mich.* compl. p. 37. t. 14. f. 11—13.
— — *Rossm.* IV. p. 2. f. 220.
Campylaea Quimperiana Beck ind. p. 26.

Habitat in Galliae provincia: Bretagne, nec non in littore hispanico (Danthon in Revue zool. 1840. p. 121.).

1002. H. discordialis Férussac.

T. umbilicata, depresso-globosa, tenuis, diaphana, fulvescens, nitida, tenuissime et regulariter granoso-punctata; spira plana; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus ventrosus; umbilicus mediocris, pervius; apertura magna, lunato-rotundata; perist. albidum, late expansum, marginibus conniventibus, columellari dilatato, patente, arcuatim descendente. — Diam. maj. 20½, min. 17, alt. 12 mill. (Mus. Cuming. et var. minor? Coll. Nr. 615.)

Helix discordialis (Helicella) *Fér.* hist. t. 74. f. 1.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 13.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 79.

Habitat in provincia Misamis insulae Mindanao (Cuming).

~~1003. H. squalus Hinds.~~ †

T. umbilicata, globosa, tenuis, cornea, undique minutissime scabra; anfr. 5, ultimus magnus, ventricosus; apertura magna, lunaris; perist. tenue, acutum, reflexum, columellam fere obtegens. (H.) — Diam. maj. 26, alt. 13 mill. (ex ic.)

Helix squalus Hinds in Voy. Sulph. Zool. p. 55. t. 19. f. 12.

Habitat ad portum Carteret Novae Hiberniae.

1003[a]. H. Kurri Pfr.

T. mediocriter umbilicata, depressa, tenuis, punctis distantibus sub lente scabriuscula, diaphana, corneo-albida, fascia 1 angusta rufa, altera obsoleta infra peripheriam ornata; spira plana; anfr. 4⅓, primi convexiusculi, ultimus sensim descendens, utrinque subplanus, antice subconstrictus; apertura obliqua, subtriangulari-lunaris; perist. simplex, tenue, marginibus conniventibus, supero late expanso, basali reflexo, columellari brevi, triangulatim dilatato. — Diam. maj. 25, min. 20, alt. 10 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Kurri Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1847.

Habitat . . . ?

1004. H. zonaria Linn.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, glabra, tenuissime striata, albida, fusco, rufo et livido varie zonata et nubeculata; spira plana, medio paululum immersa; anfr. 5 superne planiusculi, rapide accrescentes, ultimus descendens, depressus, basi subplanulatus, juxta umbilicum angustum, cylindricum scrobiculatus; apertura perobliqua, ovalis; perist. acutum, margine supero expanso, in medio impresso, basi reflexo, juxta columellam obtuse dentato. — Diam. maj. 26, min. 21½, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 616.)

Helix zonaria Linn. syst. ed. 12. p. 1245. N. 681.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 177. Hist. t. 71. f. 6—10. t. 73. f. 3—10.
— — *Lam.* 37. p. 75. ed. Dh. p. 44.
— — *Fér.* in Voy. de Freycin. Zool. p. 469. t. 67. f. 14. 15.
— — *Quoy* et *Gaim.* Astrol. II. p. 104. t. 8. f. 14.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 569. t. 14. f. 11. 12. t. 90. f. 13—18.
Planispira zonaria Beck ind. p. 30.
Pusiodon zonaria Swains. Malac. p. 330.
Lister t. 73. f. 72.
Seba Mus. III. t. 38. f. 67. t. 40. f. 29. 49—58!
Knorr Vergnüg. V. p. 33. t. 21. f. 4!

Habitat in insulis Moluccis, Timor, Waigiou (Fér.) et Java.

1005. H. coluber (Planispira) Beck.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, glabra, albida, maculis corneis seriatis ornata; spira plana, medio subimmersa; anfr. 4½ planiusculi, rapide accrescentes, ultimus latus, depressus, costulato-striatus, ad peripheriam et subtus rufo-zonatus (area columellari dilatata, pallide cornea), ad aperturam superne sulcatus, basi constrictus, antice deflexus; apertura perobliqua, lunari-elliptica; perist. acutum, late expansum, reflexum, margine

basali obsolete unidentato. — Diam. maj. 24, min. 19, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 617.)

Planispira coluber Beck ind. p. 30. (ex synon.)
Helix coluber Chemn. ed. II. Helix N. 23. p. 49. t. 6. f. 8 9.
— *zonaria Chemn.* IX. P. 2. p. 140. t. 132. f. 1189.
— — *var. Fér.* hist. t. 73. f. 1. 2.
Knorr Vergnüg. V. p. 33. t. 21. f. 3!

Habitat in insula Java (Beck).

Obs. Differt ab H. zonaria colore, anfractu ultimo distincte striato, superne longitudinaliter impresso, subtus valde constricto, apertura fere lanceolata, marginibus magis approximatis.

1006. H. circumdata Férussac.

T. umbilicata, subdiscoidea, superne concava, laevigata, albo-rufescens, lineis rufis numerosis, angustis, regularibus ornata; spira concava, obsolete granulata; anfr. $5\frac{1}{2}$ convexiusculi, primi angustissimi, ultimus basi subplanatus, medio excavatus; umbilicus mediocris; apertura subverticalis, angusta, lunaris; perist. subreflexum, margine dextro prope insertionem repando, columellari arcuato, subdilatato. — Diam. maj. 24, min. 20, alt. 9—10 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix circumdata (Helicella) *Fér.* pr. 193. Hist. t. 77. f. 1.
— — *Fér.* in Voy. de Freyc. Zool. p. 470. t. 67. f. 12. 13.
— — *Lam.* ed. Dh. 152. p. 99.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 13.
— — *Phil.* Icon. I. 7. p. 152. t. 5. f. 9.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 335. t. 59. f. 4—6.
Chloritis circumdata Beck ind. p. 29.
β? Fér. t. 76. f. 1. — Nonne diversa species?

Habitat in insulis Papuis (Quoy et Gaim.), Moluccis (Beck).

1007. H. nubeculata Deshayes. (†)

T. umbilicata, discoidea, laevigata, supra convexiuscula, albido-grisea, maculis longitudinalibus nubeculata, inferne albidula; anfr. 5 convexiusculi, sensim accrescentes; apertura subdepressa, lunaris; perist. tenue, subexpansum, basi subincrassatum, ad umbilicum mediocrem dilatatum. — Diam. maj. $18\frac{1}{2}$, min. 16, alt. 11 mill. (ex ic.)

Helix nubeculata Desh. in Guér. mag. 1831. t. 28.
— — *Lam.* ed. Dh. 154. p. 100.

Habitat . . . ?

1008. H. Gaimardi Deshayes. (†)

T. umbilicata, impresso-globosa, minutim granulato-punctata, luteo-fusca; spira convexiuscula; anfr. 5 convexiusculi, angusti.

ultimus magnus, basi convexus; apertura rotundato-semilunaris, subtrigona; perist. reflexum, incrassatum, ad umbilicum breviter arcuatum, dilatatum. — Diam. maj. 15, min. 12, alt. 10 mill. (ex ic. Desh.)

Helix Gaimardi Desh. in Guér. mag. 1831. t. 29.
— — *Lam.* ed. Dh. 153. p. 100.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 14. t. 72. f. 6—9.
— *adustus Hinds* Voy. Sulph. Zool. p. 55. t. 19. f. 11.
Chloritis Gaimardi Beck ind. p. 29.

Habitat in Nova Hibernia prope Portum Carteret (Hinds).

1009. H. tortilabia Lesson.

T. umbilicata, suborbicularis, discoidea, flavido-alba unicolor vel fulvo-bifasciata; spira plana; anfr. 5 convexiusculi, ultimus subdepressus, antice parum deflexus, superne gibboso-cristatus, inferne constrictus; umbilicus mediocris; apertura perobliqua, rotundato-lunaris; perist. reflexum, marginibus conniventibus. — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 9½ mill. (Mus. Cuming.)

Helix tortilabia Less. voy. de la Coq. p. 311. t. 13. f. 1.
— — *Phil.* Icon. I. 7. p. 152. Helix t. 5. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 570. t. 90. f. 10—12.
— *proxima var.? Beck* ind. p. 30.

Habitat in Nova Guinea (Lesson), Amboina (Cuming).

1010. H. torticollis Le Guillou. †

T. umbilicata, orbicularis, compresso-plana, solida, sub epidermide dilute olivacea aut purpurascente alba; anfr. 4—5 convexiusculi; spira compresso-subconcava; apertura rotundata, extrorsum valde compressa, angulo gibboso marginata; perist. reflexum, intus roseum; umbilicus profundus, latiusculus. — Diam. 24, alt. 13 mill. (G.)

Helix torticollis Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 140.

Habitat ad Triton-Bay Novae Guineae.

Obs. «Variat testa omnino alba». (G.) — An var. H. tortilabiae?

1011. H. guttata Le Guillou. †

T. umbilicata, orbicularis, supra excavata, tenuior, pellucida, mellea, maculis opaco-albis guttata; anfr. 4½, ultimus maximus, reliqui angusti; spira excavata; apertura subrotunda, reflexa, intus albida; umbilicus profundus, externe dilatatus. — Diam. 21, alt. 10 mill. (G.)

Helix guttata Le Guill. in Revue zool. 1842. p. 141.

Habitat in insula Ceram.

Obs. Nomen mutandum ob H. guttatam Oliv., sed antea eruendum, nonne ad speciem aliam affinem pertineat?

1012. **H. procumbens Gould.**

T. late umbilicata, depressa, discoidea, tenuis, subtiliter striata, pallide cornea; spira plana; anfr. 4 subplanulati, ultimus antice vix deflexus, basi inflatus, circa umbilicum latum, perspectivum subcompressus; apertura perobliqua, subcircularis; perist. simplex, tenue, marginibus subcontiguis, supero late expanso, basali reflexo. — Diam. maj. 18, min. 14, alt. 7 mill. (Mus. Cuming.)

Helix procumbens Gould in Bost. journ IV. p. 453. t. 24. f. 1.
— — *Phil.* Icon. III. 17. p. 3. Helix t. 10. f. 5.

Habitat in provincia Tavoy imperii birmani.

1013. **H. monile Broderip.**

T. latissime umbilicata, subdiscoidea, superne impressa, tenuis, minutissime granulata, translucida, pallide cornea, superne maculis strigisque angulatis moniliformibus ornata; anfr. 4½ convexi, ultimus inflatus; apertura verticalis, lunato-circularis; perist. simplex, superne breviter expansum, basi reflexum. — Diam. maj. 25, min. 21, alt. 10 mill. (Mus. Cuming.)

Helix monile Brod. in Proc. Zool. Soc. 1832. p. 29.
— — *Müll.* synops. p. 6.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 4. t. 69 B. f. 4.
— *planorbis Jay* catal. 1839. p. 112. t. 1. f. 6. 7.
Euryomphala monile Beck ind. p. 8.
Seba Thes. III. t. 40. f. 21?

Habitat ad Salango Columbiae rarissima (Cuming).

* * *

1014. **H. andicola Pfr.**

T. umbilicata, depressa, tenuis, undique granulata, opaca, corneo-albida, fasciis pluribus rufis, interruptis, denticulatis vel maculoso-tessellatis taeniata, interstitiis rufo-flammulatis; spira plana; anfr. 4 convexi, ultimus dilatatus, rotundatus; apertura rotundato-lunaris; perist. tenue, marginibus callo tenui junctis, supero breviter expanso, basali reflexiusculo, columellari dilatato, reflexo, umbilicum angustum semitegente. — Diam. maj. 20, min. 16½, alt. 11 mill. (Mus. Cuming.)

Helix andicola Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 129.

Habitat in montibus «Cordilleras» orientalibus.

1015. **H. hians Pfr.**

T. subobtecte perforata, depressa, tenuis, pellucida, nitidiuscula, undique regulariter et confertim granulata, pallide cornea.

strigis angustis, rufis, approximatis, undulatis, interdum ramosis et ad suturam fascia pallida, maculis irregularibus rufis tessellata, ornata; spira plana; anfr. 4½ convexi, ultimus inflatus, subcompressus, antice vix descendens; apertura subobliqua, ampla, lunato-rotundata, intus concolor; perist. tenue, expansum, marginibus distantibus, supero expanso, basali breviter reflexo, columellari membranaceo-dilatato, fornicatim reflexo, perforationem tegente. — Diam. maj. 25, min. 20, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.)

Helix hians Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 130.

Habitat . . . ?

* * *

1016. **H. nautiliformis (Drepanostoma) Porro.**

T. umbilicata, depressa, suborbiculata, arcte obvoluta, cornea, hispida; spira immersa; anfr. 5, superne vix conspicui, ultimus magnus, reliquos involvens; umbilicus perspectivus; apertura subverticalis, anguste lunaris; perist. rubello-fuscum, reflexum, margine dextro superne arcuatim dilatato. — Diam. maj. 6½, min. 5½, alt. 3½ mill. (Coll. Nr. 618.)

Drepanostoma nautiliforme Porro Malac. p. 23. t. 1. f. 3.
— — *Porro* Bibl. ital. 1836. tom. 82.
— — *Villa* disp. syst. p. 56.
— — *Guérin* mag. t. 71.
Helix nautiliformis Cantr. Malac. p. 117. t. 13. f. 3.
— — *Rossm.* X. p. 14. f. 613.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 14. t. 72. f. 11.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 571. t. 90. f. 4—9.
Chloritis drepanostoma Beck ind. p. 29.

Habitat in Lombardia.

§. 72.

1017. **H. Linnaeana Pfr.**

T. umbilicata, depressa, utrinque convexiuscula, acute carinata, pallide fulva, superne rugoso-malleata, basi minute et oblique rugulosa; anfr. 5½ lente accrescentes, planulati, ultimus basi subinflatus, antice vix descendens; umbilicus majusculus, cylindricus; apertura angulato-lunaris, ad carinam canaliculata; perist. incrassatum, carneum, marginibus callo junctis, supero brevi, expanso, basali arcuato, reflexo, columellari breviter descendente, subdilatato. — Diam. maj. 62, min. 57, alt. 28 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Linnaeana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 43.

Habitat . . . ?

1018. H. Bornii Chemnitz.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, solida, oblique rugoso-striata, acute carinata, sub epidermide lutescente, decidua alba, fasciis 2 latis, nigro-castaneis ornata; spira obtusa; sutura linearis; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice subgibbus, paululum deflexus; apertura perobliqua, lunato-elliptica; perist. incrassatum, album, reflexum, marginibus callo junctis, columellari dilatato, umbilicum mediocrem, pervium semitegente. — R. a. = 3 : 4. — — Diam. maj. 34, min. 29, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 619.)

Helix (marginata) *Bornii Chemn.* IX. P. 2. p. 80. t. 125. f. 1097.
— *Bornii Chemn.* ed. II. Helix N. 37. t. 8. f. 5. 6.
— *marginata Born* test. p. 367. t. 14. f. 7. 8. Nec Müll.
— — (Helicigona) *Fér.* pr. 140. Hist. t. 63. f. 7. 8.
— — *Blainv.* Dict. sc. nat. XX. p. 428.
— — *Orb.* moll. cub. I. p. 151. t. 9. f. 11—13.
— — *Küst.* in ind. fasc. 32.
— *marginella Gmel.* p. 3622. N. 162.
— — *Wood* ind. t. 32. f. 4.
— *indiscreta Müll.* ined. (teste Beck.)
— *fasciata Blainv.* Malac. p. 460. t. 39. f. 3.
Carocolla marginata Lam. 11. p. 98. ed. Dh. p. 147.
— *unifasciata Schumach.* p. 192.
— *Lamarckii Sow.* Conch. Man. ed. II. p. 99. f. 277?
— *marginella Küst.* Icon. moll. et test. P. 1. Fasc. II. t. 1. f. 2
Caracolla indiscreta Beck ind. p. 31.
Discodoma marginata Swains. Malac. p. 329.
Lister t. 68. f. 67.

Habitat in insula Portorico (Maugé, Lam.) Cuba?

Obs. 1. Quid sit H. marginata Fér. hist. t. 63. f. 11. 12, nescio. Num forsan var. H. Bornii?

Obs. 2. H. Sagemon Beck (Nr. 16.), etsi primo aspectu diversissima, ab aliis pro varietate speciei nostrae habita est.

1019. H. serpens (Solarium) Spix.

T. umbilicata, lenticularis, utrinque convexa, confertim undulato-striata, tenuis, corneo-straminea, fascia interrupta rufa ad suturam ornata; anfr. 5 plani, ultimus acute carinatus, infra carinam fascia rufa lineisque permultis rufis signata; apertura angulato-lunaris; perist. tenue, margine supero vix expanso, basali reflexiusculo. — Diam. maj. 34, min. 28, alt. 15 mill. (Coll. Nr. 620.)

Solarium serpens Spix test. bras. t. 17. f. 2.
Helix serpens Pfr. Symb. II. p. 100.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 672. t. 107. f. 7—9.

Helix punctata Wagn. in Spix p. 23.

β. Unicolor:

Helix pellis serpentis var. Fér. hist. t. 74. f. 2.

Habitat in Brasilia, in sylvis prov. Pernambucanae et Piauhiensis (Spix).

Obs. Persimilis H. heliacae (Nr. 966.), carina acuta, sculptura etc. distincta.

1020. H. lanx Férussac.

T. late umbilicata, depressa, carinata, oblique striata et rugulosa, fusca, infra carinam saturatior; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice subdeflexus; umbilicus magnus, pervius; apertura lunato-elliptica, intus margaritacea; perist. reflexum, intus coerulescenti-album, marginibus approximatis, callo tenui junctis, dextro sinuoso, basali strictiusculo. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 55, min. 46, alt. 22 mill. (Coll. Nr. 621.)

Helix lanx (Helicigona) *Fér.* pr. 156. Hist. t. 65. f. 7.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 41.
— — *Pot.* et *Mich.* gal. I. p. 123?
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 667. t. 106. f. 1—3.

β. Major:

Helix Radama Less. voy. de la Coq. p. 304. t. 7. f. 1.
— — *Less.* Cent. zool. t. 9.

Habitat in insula Madagascar.

1021. H. Lamarei Menke.

T. rimato-perforata, superne depressa, subtus inflata, tenuis, minutissime granulata, albida, epidermide tenui, corneo-virente induta; spira planiuscula; anfr. 4, ultimus acute carinatus, supra carinam antice evanescentem canaliculatus, subtus valde inflatus, basi compressus; umbilicus anfractum penultimum modo monstrans; apertura obliqua, subcircularis; perist. simplex, superne late expansum, subreflexum, basi breviter reflexum, marginibus approximatis, callo junctis. — Diam. maj. 34, min. 26, alt. 16 mill. (Coll. Menkean.)

Helix Lamarei Mke mss.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 79.

Habitat in insula Madagascar (Lamare-Piquot).

1022. H. Xystera Valenciennes.

T. umbilicata, orbicularis, depressa, acutissime carinata, tenuis, diaphana, olivaceo-fusca; sutura levissima; anfr. 4 plani, ultimus basi convexus, circa umbilicum infundibuliformem subangulatus; apertura perobliqua, depressa, irregularis; perist.

reflexum, margine supero dilatato, columellari brevi cum basali angulum obtusum formante. — R. a. = 1 : 2. — Diam. maj. 38, min. 32, alt. 14½ mill. (Coll. Nr. 622.)

Helix Xystera Val. in Mus. Paris.
— — *Pfr.* Symb. I. p. 41.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 346. t. 61. f. 4—6.
— .... *Fér.* hist. t. 62 A. f. 5—7.
— *madagascariensis* Encycl. méth. t. 462. f. 2?
— *lanx Desh.* in Enc. méth. II. p. 261. N. 138.
Carocolla madagascariensis Lam. 10. p. 98. ed. Dh. p. 147.
Lucerna lanx Swains. Malac. p. 329.

Habitat in insula Madagascar.

Obs. Hic conf. H. omphalodes Nr. 972.

1023. **H. unicolor Pfr.**

T. umbilicata, depressa, acute carinata, tenuis, fusca, superne subtiliter striata, subtus lineis nonnullis spiralibus elevatis munita; spira depresso-conoidea; anfr. 5 planiusculi, sensim accrescentes, ultimus antice non descendens, basi convexus, ad umbilicum angustum abrupte angulatus; apertura rhomboidea; perist. saturate fuscum, marginibus callo tenuissimo junctis, supero dilatato, expanso, basali ascendente, stricto, columellari brevi, dilatato, umbilicum semioccultante, cum basali angulatim juncto. — Diam. maj. 32, min. 28, alt. 16 mill. (Mus. Cuming. et Gruner.)

Helix unicolor Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 64.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 345. t. 61. f. 1—3.

Habitat ....?

Obs. Constanter differt ab H. Xystera umbilico angusto, spira elata, anfractuum numero etc.

1024. **H. fulgurata Sowerby.**

T. umbilicata, depressa, acute carinata, lineis confertis longitudinalibus et transversis regulariter decussata, nitida, albida, lineis rufis elegantissime fulgurata; spira subplanata; anfr. 4 planuli, ultimus subtus fascia unica rufa ornatus, basi inflatus, circa umbilicum anguste infundibuliformem angulatus; apertura subtriangularis, intus nitida, livida; perist. castaneum, marginibus callo castaneo introrsum diffuso junctis, supero subexpanso, basali reflexo, cum columellari brevi, obliquo angulum obtusum formante. — Diam. maj. 37, min. 30, alt. 14½ mill. (Spec. unic. Mus. Brit.)

Helix fulgurata Sow. in Malac. and Conch. mag. I. p. 47. c. tab.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 79.
Lucerna fulgurata Swains. Malac. p. 329.

Habitat ...?

1025. H. lancula Fér.

T. umbilicata, orbicularis, depressa, oblique striata, lineis confertissimis concentricis sub lente decussata, nitide olivaceo-fusca, carinata; carina antice obsoleta; spira parum elata, pallida; anfr. 4 planati, ultimus basi planiusculus, circa umbilicum mediocrem, non pervium subangulatus; apertura perobliqua, transverse lunato-elliptica; perist. subincrassatum, breviter reflexum, coerulescenti-fuscum, marginibus callo introrsum diffuso atro-purpureo junctis, dextro dilatato, depresso, basali strictiusculo, cum columellari obliquo angulum obtusissimum formante. — Diam. maj. 32, min. 28, alt. 14 mill. (Mus. Brit.)

Helix lancula (Helicigona) *Fér.* pr. 157. Hist. t. 65. f. 4—6.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 79.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 347, t. 61. f. 12—14.
Ampelita lancula Beck ind. p. 31.

Habitat in insula Madagascar.

Obs. Differt ab H. fulgurata, cui proxima, sculptura, spira elevata, basi planulata, apertura subhorizontali, umbilico non pervio.

1026. H. Terveriana (Carocolla) Grateloup. †

T. orbiculata, subdepressa, utrinque convexa, carinata, umbilicata, subtilissime striata, glabra, pallide viridis vel flavescens; anfr. 4; apertura subovata, paululum angusta; labrum margine reflexum, intus album; columella superne violacea; umbilicus parvulus. — Diam. 27, alt. 15 mill. (G.)

Carocolla Terveriana Grat. Bord. XI. p. 404. t. 1. f. 16.
Helix lancula Grat. ibid. p. 163.

Habitat in insula Madagascar (Duisabo, Grat.).

Obs. H. lanculae valde affinem dicit auctor; diversa tamen videtur.

1027. H. parmula (Carocolla) Brodcrip.

T. umbilicata, depressissima, discoidea, carinata, tenuis, oblique striata, pallide fulva, fasciis angustis rufis circumdata; spira vix elata; anfr. 4½—5 plani, ultimus ad aperturam rugosus et angulatim deflexus; carina acutissima, alba; umbilicus mediocris, pervius; apertura horizontalis, lanceolata; perist. simplex, marginibus junctis, supero expanso, basali late reflexo. — R. a. = 5 : 7. — Diam. maj. 43, min. 37, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 623.)

Carocolla parmula Brod. in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 38.
— — *Reeve* Conch. syst. II. t. 167. f. 7.
Helix parmula Pfr. Symb. II. p. 36.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 668. t. 106. f. 4—6.
β. Minor, diam. 34, alt. 10 mill.

Habitat in insulis Philippinis: *α* Negros, *β* Zebu (Cuming).

1028. H. Oxytes Benson. †

T. ferrugineo-cornea, depressa; spira convexa, apice planato; peripheria acuta; anfr. 6, oblique subplicati, suturis non excavatis; perist. subreflexum; umbilicus latus et profundus, anfractus usque ad apicem exhibens. — Diam. 1,8 poll. (B.)

Helix Oxytes Bens. in Journ. As. Soc. V. p. 351.

Habitat in Bengalia.

Obs. «Differt ab H. acumine Dalmatiae magnitudine, colore et labro subreflexo».

1029. H. cheïri Lesson. †

T. depressa, umbilicata, solidiuscula, oblique subrugosa, lutea, rufo-striata; anfractus ultimus late carinatus; sutura profunda; umbilicus magnus, infundibuliformis; apertura obovata, intus candida; perist. crassum, reflexum, margine glabro. — Diam. 16, alt. 8 lin. (L.)

Helix cheïri Less. voy. de la Coq. p. 308.

Habitat ad Dorey Novae Guineae.

1030. H. horizontalis Pfr.

T. umbilicata, depressa, solida, oblique striata, carinata, luteo-cornea, rufo-fasciata: fasciis 2 supra, 1 infra carinam; anfr. 5 plani, ultimus superne convexus, basi planulatus, ad aperturam subito fere verticaliter deflexus; apertura horizontalis, integra, oblonga; perist. crassum, reflexum, carneum, marginibus parallelis, junctis. — R. a. = 4 : 5. — Diam. maj. 31, min. 26, alt. 14 mill. (Mus. Cuming.)

Helix horizontalis Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 40.

β. Major, rufescens, perist. subsinuoso: diam. maj. 40, min. 34, alt. 15 mill. (Mus. Cuming.)

Habitat in insula Bantayon Philippinarum (Cuming).

Obs. Affinis H. Reeveanae (Nr. 981.), umbilico angustiore, carina distincta, perist. crasso, minus expanso, marginibus parallelis diversa. Differt ab H. Lasallii (Nr. 990.) praeter colorem apertura vix irregulari et anfractu ultimo in toto ambitu deflexo.

1031. H. marginata Müller.

T. umbilicata, lenticularis, acute carinata, oblique striata, pallide fulvescens, fasciis pluribus rufis ornata; spira parum elata; anfr. 4 planiusculi, ultimus juxta aperturam superne inflatus, valde deflexus; carina alba, usque ad apicem conspicua; umbilicus angustus, pervius; apertura horizontalis, elliptica; perist. simplex, marginibus subjunctis, supero late expanso, ba-

sali reflexo. — R. a. = 13 : 20. — Diam. maj. 25, min. 22, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 624.)

Helix marginata Müll. verm. II. p. 41. N. 241.*)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 472. t. 78. f. 7—9.
— *scabrosa Fér.* pr. 140 bis. Hist. t. 63. f. 1. 2.
— *Grayana Pfr.* Symb. II. p. 29.
Carocolla scabrosa Gray in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 412.
Caracolla marginata Beck ind. p. 31.

β. Major, fasciis saturatioribus, subaequalibus: diam. maj. 30, min. 25, alt. 11 mill. (Spec.)

Habitat in insula Camiguing Philippinarum (Cuming).

Obs. Affinis H. Reeveanae, carina acuta et anfractibus planioribus distincta.

1032. H. gallinula Pfr.

T. umbilicata, lenticularis, acute carinata, solida, flavescenti-grisea, fasciis nonnullis rufis et epidermide hydrophana, maculas triangulares, pallidas formante, ornata; anfr. 4½ plani, ultimus ad aperturam subito deflexus; apertura horizontalis, elliptica; perist. simplex, marginibus callo tenui junctis, basali reflexo, ad umbilicum mediocrem, pervium arcuato. — Diam. maj. 25, min. 20, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 625.)

Helix gallinula Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 40.
— — *Phil.* Icon. I. 7. p. 153. Helix t. 5. f. 5.

β. Minor, testa basi oblique rugulosa, apertura lateraliter minus dilatata.
γ. Utrinque lineis impressis, obliquis, circa umbilicum subconcentricis notata, fasciis obsoletis.

Habitat in insulis Philippinis: *α* et *β* Luzon, *γ* Zebu (Cuming).

Obs. Differt ab H. Listeri (Nr. 1046.) magnitudine, sculptura et deficiente dente aperturae.

1033. H. gabata Gould. †

T. albido-cornea, supra planulata, infra valde convexa, late et profunde umbilicata; anfr. 4½ leviter striati, ultimus carina castanea circumdatus; apertura subquadrata; labrum album, reflexum. — Diam. ⅘, alt. vix ⅖″. (G.) — Diam. maj. 22, min. 19, alt. 9 mill. (ex ic.)

Helix (Caracolla) *gabata Gould* in Bost. journ. IV. p. 454. t. 24. f. 9.

Habitat in provincia Tavoy imperii Birmani.

*) T. subumbilicata, carinata, subdepressa, oblique striata, alba, fasciis rufis; apertura transversali. — Diam. 9 lin. — T. valde carinata, ita ut carina marginem distinctum, album formet; supra convexa, subtus planiuscula. Anfractus 4 glabri. Umbilicus pervius quidem est, at unus tantum anfractus in eo conspicitur. Apertura transversa, subtriangularis. Labrum reflexum, album. Fasciae in fauce pellucentes. (Müll. l. c.)

1033ª. **H. merguiensis Philippi.**

T. umbilicata, depressa, utrinque convexa, carinata, tenuis, subtilissime granulato-striata, pilis sparsis, brevibus obsita, pallide fuscescens; carina subcompressa, linea castanea antice notata, spira parum elevata, obtusa; anfr. $4^1/_2$ convexiusculi, ultimus antice deflexus, basi inflatus, circa umbilicum mediocrem, conicum, profundum subcompressus; apertura perobliqua, elliptica; perist. undique expansum, reflexiusculum, intus nitide albidum, marginibus fere contiguis, supero leviter, basali valde arcuato. — Diam. maj. 21, min. $17^1/_2$, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 626.)

Helix Merguiensis Phil. in Zeitschr. f. Mal. 1846. p. 192.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 669. t. 106. f. 7—9.

Habitat ad Mergui imperii Birmani (Th. Philippi).

Obs. Differt a praecedente testa granulosa et pilosa, spira convexa, umbilico angustiore, peristom. latius reflexo, margine supero arcuato.

1034. **H. orientalis (Carocolla) Gray.** †

T. supra convexiuscula, infra convexa, umbilicata, cornea, pellucida; anfr. 7 — 8 acute carinati, superne dense concentrice striati; apertura lineari-lunata; perist. reflexum, album. — Axis $^1/_4$, diam. $^1/_2$ unc. (Gr.)

Carocolla orientalis Gray in Ann. of. Phil. 1825. IX. p. 412.

Habitat in India orientali?

§. 73.

1035. **H. labyrinthus Chemnitz.**

T. umbilicata, lenticularis, rufa; anfr. 6 convexiusculi, ultimus basi constrictus, biscrobiculatus; apertura subhorizontalis, auriformis, coarctata; perist. subincrassatum, breviter reflexum, sinuosum, ad carinam canaliculatum, marginibus callo alte prominente, laminam erectam latam, intrantem emittente junctis, supero arcuato, basali flexuoso, juxta canalem lamina latissima triangulari, oppositam fere attingente, et dente valido in medio instructo; lamina tertia parvula in fundo marginis superioris — Diam. maj. 44, min. 37, alt. 16 mill. (Mus. Cuming.)

Helix labyrinthus Chemn. XI. p. 271. t. 208. f. 2048.
— — *Desh.* in Guér. mag. t 111. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 34. t. 2. f. 5.
— — γ (Helicodonta) *Fér.* hist. t. 54 B. f. 5.
— *otis Soland.* Portl. cat. p. 38.
Labyrinthus otis Beck ind. p. 33.
Lyrostoma labyrintha Swains. Malac. p. 329.
Encycl. Recueil de planches. VI. t. 64. f. 18. (Chemn.)

β. Minor: diam. maj. 36, min. 30, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.)
γ? Diam. maj. 39, min. 35, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 627.)

Carocolla subplanata Petit in Revue zool. 1843. p. 238.
— — *Guér.* mag. 1843. t. 68.
Helix labyrinthus var.? Chemn. ed. II. Helix t. 104. f. 5—7.

Habitat in America centrali, γ in Nova Granada (Goudot, Petit).

Obs. Differt a sequente apertura transversim elongata, quasi rostrata et laminis internis fere contiguis, in 3 speciminibus Musaei Cumingiani omnino constantibus. Attamen var. γ transitum inter ambas formare videtur.

1036. H. plicata Born.

T. umbilicata, orbicularis, acute carinata, utrinque convexa, solidiuscula, castanea vel fusca, striata, lineis concentricis confertissimis subtilissime granulato-decussata; anfr. 5, ultimus antice convexus, ad aperturam extus scrobiculatus; apertura subhorizontalis, ringens, subauriformis; perist. reflexum, ad carinam subcanaliculatum, marginibus lamina elevata, lamellam elongatam, intrantem emittente junctis, columellari breviter arcuato, basali bidentato: dente altero e basi lata brevi, obtuso, altero majore, sulcato. — Diam. maj. 50, min. 42, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 628.)

Helix plicata Born test. p. 368.
— — *Desh.* in Guér. mag. 1838. t. 10.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 662. t. 104. f. 1—4.
— *labyrinthus β Fér.* hist. t. 54 B. f. 4.
Carocolla labyrinthus Lam. 4. p. 96. ed. Dh. p. 144.
— — *var. Reeve* Conch. syst. II. t 167. f. 3.
— *Hydiana Lea* obs. II. p 98. t. 23. f. 73.
— *plicata Jay* catal. 1839. p. 51.
Labyrinthus plicata Beck ind. p. 33.
Knorr Vergnüg. V. p. 42. t. 26. f. 5.
Seba Mus. III. t. 40. f. 24. 25?

Habitat in America centrali: Panama, Porto Cabello (Lea).

Obs. Conf. H. bifurcata Desh. (Nr. 986.)

1037. H. uncigera (Carocolla) Petit.

T. umbilicata, orbicularis, subdiscoidea, acutissime carinata, minute granulata, alba, fasciis nigro-fuscis cincta; spira vix elevata; anfr. 5 plani, ultimus basi planiusculus, antice subito deflexus, subtus scrobiculatus; apertura subhorizontalis, rhombea, lamella valida alba parietis aperturalis coarctata; perist. simplex, marginibus callo funiculato junctis, supero expanso, basali reflexo, juxta carinam lamella longe intrante, retrorsum uncinata, et prope columellam dente obtuso armato. — Diam. maj. 29, min. 26, alt. 10 mill. (Mus. Cuming.)

Carocolla uncigera Petit in Guér. mag. 1838. t. 113.

Helix labyrinthus α Fér. hist. t. 54 B. f. 2. 3.
— *uncigera Chemn.* ed. II. Helix N. 663. t. 104. f. 8—10.
Knorr Vergnüg. V. p. 42. t. 26. f. 6. 7!

Habitat prope Panama.

1037ª. H. leucodon Pfr.

T. anguste umbilicata, depressa, sublenticularis, undique subtiliter granulata, saturate castanea; spira plane elevata, vertice obtuso; anfr. 5 subplanulati, ultimus carinatus, antice gibbus, ad aperturam subito deflexus, constrictus, subtus scrobiculatus; apertura perobliqua, irregulariter pyriformis; perist. tenue, album, expansum, reflexiusculum, marginibus lamina elevata, flexuosa, medio lamellam erectam, linguiformem emittente junctis, supero dente 1 parvulo, basali 2—3 (primo infra carinam acuto, secundo obtusiore, tertio huic approximato, subobsoleto) munitis. — Diam. maj. 21, min. 19, alt. 10 mill. (Coll. Philippian.)

Helix leucodon Pfr. in Zeitschr. f. Mal. 1847. p. 81.

Habitat . . . ?

1038. H. quadridentata (Carocolla) Broderip.

T. umbilicata, orbiculata, tenuiuscula, striata, granulata, fusca; spira depresso-conoidea; anfr. 5½ vix convexiusculi, ultimus carinatus, basi convexus, antice subito deflexus, scrobiculatus; apertura auriformis, fusca, dente lamelliformi parietis aperturalis coarctata; perist. simplex, marginibus callo funiculato junctis, supero late expanso, basali sinuoso, infra carinam dente acuto, prominente, et prope umbilicum mediocrem 2 minoribus instructo. — Diam. maj. 19, min. 17, alt. 9 mill. (Mus. Cuming.)

Carocolla quadridentata Brod. in Proc. Zool. Soc. 1832. p. 30.
— — *Müll.* synops. p. 14.
Labyrinthus quadridentata Beck ind. p. 33.

Habitat in sylvis Americae centralis (Cuming).

1038ª. H. Tamsiana Dunker.

T. mediocriter umbilicata, depresse conica, granulata, fusca, acute carinata; spira conoidea, vertice obtusiusculo; anfr. 5 subplani, ultimus basi vix convexiusculus, antice angulatim deflexus, ad aperturam constrictus; apertura subhorizontalis, auriformis, quadridentata; perist. tenue, marginibus lamina callosa, umbilici partem tegente et medio dentem linguiformem, intrantem emittente junctis, supero expanso, unidentato, basali reflexo, dentibus 2 fere aequalibus munito. — Diam. maj. 15, min. 14, alt. 7½ mill. (Coll. Dunk.)

Helix Tamsiana Dunk. in Zeitschr. f. Mal. 1847. p. 81.

Habitat prope Porto Cabello Venezuelae. Legit Dr. Tams.

1039. **H. auriculina Petit.**

T. umbilicata, orbiculata, carinata, utrinque convexa, granulato-striata, fulva, ad carinam lutescens; anfr. 5 planulati, ultimus subito deflexus, basi scrobiculatus; apertura subhorizontalis, auriformis, ringens, plicis 3 coarctata: una lamelliformi, profunde intrante ad parietem aperturalem, secunda dentiformi et tertia furcata in margine basali; perist. album, reflexum, marginibus ad umbilicum mediocrem, pervium junctis. — Diam. maj. 21½, min. 18, alt. 10 mill. (Coll. Nr. 629.)

Helix auriculina Petit in Revue zool. 1840. p. 74.
— — *Guérin* mag. 1841. t. 33.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 665. t. 105. f. 5—7.

Habitat in Guyana.

Obs. Peraffinis sequenti, nec non varietatibus nonnullis H. bifurcatae Dh., in hanc fere omnino transiens.

1040. **H. Leprieurii Petit.**

T. umbilicata, orbiculata, conoideo-depressa, fulva, subcarinata: carina albicante; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus antice subito deflexus, basi scrobiculatus; umbilicus mediocris; apertura angustissima, subhorizontalis, subauriformis; perist. subincrassatum, album, marginibus lamella erecta, umbilicum semioccultante, aliamque angulatim longe intrantem emittente junctis, supero expanso, basali sinuoso, reflexo, tuberculo dentiformi et juxta carinam dente valido, geminato instructo. — Diam. maj. 24, min. 21, alt. 11 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Leprieurii Petit in Revue zool. 1840. p. 74.
— — *Guérin* mag. 1841. t. 32.

Habitat in Guyana.

Obs. Differt a praecedente spira magis elevata, apertura transverse elongata, antice canaliculata et perist. sinuoso valide dentato.

* * *

1041. **H. Oreas Koch.**

T. umbilicata, depressa, angulata, striata et minutissime granulosa, castanea; spira vix elevata; anfr. 5 planiusculi, ultimus antice rotundatus, ad aperturam constrictus, basi inflatus; apertura perobliqua, semiovalis, bidentata, intus livida; perist. album, reflexum, marginibus callo albo funiculato junctis, supero arcuato, basali strictiusculo, ambobus dente acuto separatis, dente altero in pariete aperturali illi opposito. — Diam. maj. 57, min. 46, alt. 26 mill. (Coll. Nr. 630.)

Helix Oreas Koch in Phil. Icon. I. 7. p. 151. Helix t. 5. f. 2.

Helix Oreas Chemn. ed. II. Helix N. 449. t. 75. f. 1—3.

Habitat in vallibus elevatis reipublicae Novae Granadae (mont. Quendeu).

Obs. Similis H. calomorphae Jonas (Nr. 823.) imperforatae!

1042. H. triodonta Orbigny. †

T. orbiculato-convexa, carinata, umbilicata, crassa, laevigata, fusco-rubescens; spira brevis, obtusa; anfr. 5; apertura subrotunda, peristomata, tridentata, albida, intus fusca; labrum crassum, reflexum. (O.) — Diam. maj. 41, min. 36, alt. 26 mill. (ex ic.)

Helix triodonta (Helicodonta) *Orb.* syn. p. 3.
— — *Orb.* voy. p. 234. t. 24. f. 1—3.

Habitat prope Guayaquil Columbiae.

1043. H. subcastanea Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, subcastanea, minutissime granulata, spira subelata; anfr. 5½ vix convexiusculi, ultimus angulatus, antice subito deflexus, basi inflatus, ad aperturam constrictus et scrobiculatus; umbilicus mediocris; apertura perobliqua, auricularis; perist. album, incrassatum, marginibus callo tenui junctis, dextro arcuato, basali strictiusculo, denticulato, ambobus dente magno intrante separatis. — Diam. maj. 47, min. 34, alt. 21 mill. (Mus. Cuming.)

Carocolla globosa Brod. in Proc. Zool. Soc. 1832. p. 30.
— — *Müll.* synops. p. 13.
Helix subcastanea Pfr. Symb. II. p. 103.

Habitat in sylvis insulae Tumaco Columbiae occidentalis (Cuming).

Obs. Nomen mutandum erat ob H. globosam Sow. foss.

* * *

1044. H. soror Férussac.

T. umbilicata, depressa, lenticularis, acute carinata, oblique striata, granulata, violaceo-fusca, medio late albido-cingulata; anfr. 4½ planulati, ultimus antice deflexus, basi vix convexus, antice scrobiculatus; apertura subhorizontalis, elliptica; perist. subincrassatum, marginibus callo junctis, supero sinuoso, expanso, basali reflexo, umbilicum mediocrem semitegente, dentibus 4 aequaliter distantibus, lamelliformibus, intrantibus armato. — Diam. maj. 32, min. 28, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 631.)

Helix soror (Helicodonta) *Fér.* pr. 118. Hist. t. 54. f. 4.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 80.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 469. t. 78. f. 3. 4.

Carocolla soror Wood suppl. t. 7. f. 51.
— *quadridentata Mke* cat. Malsb. p. 5.
β. Magis depressa, acutius carinata, unicolor fulvescens: diam maj. 42, min. 37, alt. 15 mill. (ex ic.)
Helix soror var. Fér. t. 54 A. f. 1—3.
Habitat in insula Jamaica.

1045. H. Schroeteriana Pfr.

T. umbilicata, depressa, lenticularis, acute carinata, solida, obsolete granulata, luteola, utrinque late rufo-fasciata; spira subelevata; anfr. 5 planulati, ultimus antice deflexus, basi inflatus, antice profunde scrobiculatus; apertura subhorizontalis, elliptica; perist. incrassatum, late expansum, reflexum, fusco-carneum, marginibus callo junctis, supero leviter arcuato, basali dilatato, umbilicum angustum semitegente, intus 3—4 dentato: dentibus 2 majoribus basi junctis, 1—2 minoribus prope columellam. — Diam. maj. 31, min. 27, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 632.)

Helix Schroeteriana Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 44.
— — *Phil.* Icon. II. 15. p. 185. Helix t. 9. f. 7.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 468. t. 78. f. 5. 6.
Habitat . . . ?

Obs. Dentium dispositione persimilis H. Martinianae (Nr 820.) et tridentinae (Nr. 996.), ab illa anfractu ultimo deflexo et umbilico aperto, a tridentina carina acuta facile distinguenda.

1046. H. Listeri (Carocolla) Gray.

T. umbilicata, depressa, irregularis, lenticularis, superne convexior, acute carinata, striis confertissimis obsoletis notata, albida, maculis irregularibus, brunneis, fasciisque interruptis rufis ornata; anfr. 4½ planiusculi, ultimus antice subito deflexus; umbilicus mediocris, pervius; apertura late elliptica; perist. simplex, reflexum, marginibus callo funiculato junctis, basali unidentato. — R. a. = 4 : 7. — Diam. maj. 42, min. 32, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 633.)

Carocolla Listeri Gray in Ann. of Phil. New series IX. p. 412.
= — *Reeve* Conch. syst. II. t. 168. f. 11. 12.
Helix Listeri (Carocolla) *Brod.* in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 37.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 31.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 666. t. 105. f. 9—15.
— *Listeriana Wood* suppl. t. 8. f. 61.
— . . . . *Fér.* hist. t. 62 A. f. 1—4.
Lister t. 66. f. 64. imperfect.
β. Spira elatiore: diam. maj. 32, min. 26, alt. 13 mill. (Spec.)
Habitat in insulis Philippinis: Negros, Luban, Luzon (Cuming).

Obs. Variat magnitudine et forma. In nonnullis anfractus ultimus basi irregulariter malleatus et juxta aperturam substrangulatus est.

1047. H. rota (Carocolla) Broderip.

T. umbilicata, superne planiuscula, basi inflata, carinata, irregulariter costata (costis basalibus validioribus, obtusis), sordide albida, fasciis angustis castaneis, 2 supra et 1 infra carinam acutam, tuberculis albis undulatam, ornata; anfr. 4½ plani, ultimus antice subito deflexus, subtus constrictus; umbilicus mediocris, pervius; apertura lanceolata; perist. simplex, late expansum, marginibus solutis, junctis, basali unidentato. — R. a. = 2 : 3. — Diam. maj. 32, min. 26, alt. 11 mill. (Coll. Nr. 634.)

Helix rota (Carocolla) *Brod.* in Proc. Zool. Soc. 1841. p. 45.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 38.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 471. t. 78. f. 16—18.
Carocolla rota Reeve Conch. syst. II. t. 167. f. 1. 4.
Gallina rota Hartm. Gast. I. p. 197. t. 76.

Habitat in insula Siquijor Philippinarum (Cuming).

1048. H. scrobiculata Pfr.

T. umbilicata, lenticularis, tenuis, oblique rugosa, fulvido-albida, fusco-zonata, carinata, basi lineis minutissimis concentricis notata; spira parum elata, apice obtuso nitida, glabra; sutura linearis; anfr. 4½ convexiusculi, ultimus antice angulatim deflexus, basi prope aperturam gibboso-inflatus; carina subacuta; umbilicus angustus, pervius; apertura transverse pyriformis; perist. simplex, continuum, superne expansum, basi late reflexum, unidentatum: dente obtuso, extus scrobiculum formante. — R. a. = 7 : 10. — Diam. maj. 29, min. 23, alt. 14 mill. (Coll. Nr. 635.)

Helix scrobiculata Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1842. p. 88.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 38.
— — *Phil.* Icon. II. 15. p. 185. Helix t. 9. f. 6.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 470. t. 78. f. 13—15.

Habitat in insula Bohol Philippinarum (Cuming).

Obs. Affinis praecedenti, spira elatiore, carina simplice, subacuta et costis deficientibus diversa.

1049. H. Hartwegi Pfr.

T. umbilicata, depressa, carinata, solida, striatula, fusca; spira vix elevata; anfr. 5 planulati, ultimus basi paulo convexior, antice non descendens; umbilicus angustus, pervius; apertura perobliqua, irregulariter subquadrata; perist. album, incrassatum, breviter reflexum, marginibus callo junctis, dextro sinuoso, ba-

sali subrecto, dilatato, introrsum calloso, dente unico interposito. — Diam. maj. 23, min. 21½, alt. 12 mill. (Mus. Cuming.)

Helix Hartwegi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 126.

Habitat circa «El Catamaija prope Loxa« reipublicae Aequatoris (Hartweg).

* * *

1050. **H. arcta Lowe.**

T. perforata, depressa, distincte et confertim costulata, pallide cornea, albo-marmorata, rufo-maculata et obsolete fasciata; spira vix convexa; anfr. 5½ planiusculi, ultimus carinatus, basi convexior, antice subito breviter deflexus; perforatio punctiformis; apertura perobliqua, lunato-circularis, dente oblique intrante, albo, calloso anfractus penultimi coarctata; perist. acutum, reflexum, intus albo-callosum, marginibus fere contiguis. — Diam. maj. 5, min. 4½, alt. 2¾ mill. (Coll. Nr. 636. Spec. Lowean.)

Helix arcta Lowe Faun. Mader. p. 42. t. 5. f. 7. (auct.)
— — *Lam.* ed. Dh. 206. p. 126.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 701. t. 112. f. 5—8.

Habitat in Maderae collibus aridis maritimis.

Obs. Cl. Deshayes speciei diam. 4—5 lin. ascribit, forsan figura aucta deceptus?

§. 74.

1051. **H. Spixiana Pfr.**

T. late umbilicata, orbiculato-convexa, costulato-striata, albida aut luteo-virens; anfr. 6—7 convexiusculi, lente accrescentes, ultimus non descendens; apertura vix obliqua, rotundato-lunaris; perist. brevissime reflexum, margine supero antrorsum arcuato, columellari brevi, dilatato. — Diam. maj. 34, min. 32, alt. 20 mill. (Coll. Nr. 637.)

Helix Spixiana Pfr. Symb. I. p. 40.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 113. t. 19. f. 1—3.
— *perspectiva Wagn.* in Spix p. 24. Nec Say.
— *candida Moric.* Mém. Gen. IX. p. 43. t. 4. f. 1. Nec Gmel.
Solarium candidum Spix test. bras. t. 17. f. 3—5.
Artemon candidus Beck ind. p. 48.
β. Sculptura obsoleta, striis ad suturam modo conspicuis: diam. maj. 27, min. 24, alt. 14 mill. (Spec.)

Habitat in Brasiliae provinciis australioribus.

Obs. 1. Testae adultae saepe varicibus prominentibus, irregulariter dispositis munitae sunt, et reliquis quoque characteribus ad genus Streptaxin prope accedit.

Obs. 2. Nomen H. candidae servari non potest ob H. candidam Gmel., etsi haec species valde dubia vel plane ignota sit. (Conf. Nr. 1100.)

1052. H. Wagneri Pfr.

T. late umbilicata, depressa, superne confertim costulata, basi laevigata, nitida, diaphana, cereo-hyalina; spira vix convexiuscula; anfr. 6 vix convexiusculi, ultimus superne subdepressus, subangulatus; apertura perobliqua, subtriangulato-lunaris; perist. nitide album, breviter reflexum, margine basali levissime arcuato, supero antrorsum dilatato, late prominente. — Diam. maj. 20, min. 17, alt. 9 mill. (Coll. Nr. 638.)

Helix Wagneri Pfr. Symb. I. p. 40.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 114. t. 19. f. 4—6.
— *Coffreana Moric.* Mém. Gen. (1841.) IX. p. 44. t. 4. f. 2. 3.

Habitat in Brasilia.

1053. H. chinensis Philippi.

T. latissime et profunde umbilicata, striata, nitida, subpellucida, superne pallide fulvescens, basi albida, epidermide tenui fugacissima induta; spira vix elevata, apice non obtusata; anfr. 8 convexi, lente accrescentes, ultimus priores paulo superans, basi vix latior; apertura parvula, obliqua, lunato-circularis; perist. album, sublabiatum, breviter reflexum, marginibus approximatis. — Diam. maj. 25, min. 22, alt. 12 mill. (Coll. Nr. 639.)

Helix chinensis Phil. Icon. II. 9. p. 1. Helix t. 6. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 115. t. 19. f. 7. 8.

Habitat in China: insula aurea prope Nanking (Largilliert).

1054. H. circulus Pfr.

T. umbilicata, depressa, solida, ruguloso-striata, nitidula, alba; spira vix elevata, non obtusata; anfr. 5½ convexi, ultimus subangulatus, non descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura obliqua, parvula, lunato-circularis, intus callo circulari coarctata; perist. breviter expansum, marginibus conniventibus. — Diam. maj. 19, min. 16, alt. 9 mill. (Mus. Cuming.)

Helix circulus Pfr. Symb. III. p. 76.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 116. t. 19. f. 9—11.

Habitat . . . ?

* * *

1055. H. polygyrata Born.

T. latissime umbilicata, discoidea, superne planissima, subtus excavata, solida, striata, lineis minutis concentricis subdecussata, virenti-lutea, zonis latissimis nigricanti-rufis superne circumdata; anfr. 9 convexi, ultimus antice descendens, utrinque reliquis vix duplo latior; apertura perobliqua, lunato-rotundata;

perist. album, breviter reflexum, marginibus callo junctis. — Diam. maj. 46, min. 41, alt. 13 mill. (Coll. Nr. 640.)

Helix polygyrata Born test. p. 373. t. 14. f. 19. 20.
— — *Chemn.* IX. P. 2. p. 98. t. 127. f. 1124. 25.
— — (Helicella) *Fér.* pr. 194. Hist. t. 69 A. f. 7—9. t. 69 B. f. 5.
— — *Lam.* ed. Dh. 150. p. 98.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 4.
— — *Moric.* Mém. 3e suppl. p. 57. t. 5. f. 1—3.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 568. t. 90. f. 1—3.
— *polygyra Gmel.* p. 3624. N. 233.
Polygyra? polygyrata Beck ind. p. 23.

Habitat in Brasilia.

Obs. Variat magnitudine. Specimina vidi paulo majora et multo minora. — Teste Moricand plicae dentiformes 3—5 in fundo anfractus ultimi, marginem nunquam attingentes, adsunt.

1056. **H. helicycloides Orbigny.** †

T. umbilicata, orbiculato-concava, depressa, tenuis, subdiaphana, griseo-flavicans, striata, subtus sublaevigata; spira convexa, apice concavo; anfr. 10; apertura obliqua, semilunaris; labrum crassum, album. — Diam. 16, alt. 5 mill. (O.)

Helix helicycloides Orb. synops. p. 6.
— — *Orb.* voy. p. 246. t. 28. f. 1—4.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 10. t. 69 B. f. 3.
Polygyra? helicycloides Beck ind. p. 23.

Habitat in republica Boliviana.

§. 75.

1057. **H. achatina Gray.**

T. sinistrorsa, latissime umbilicata, depressissima, discoidea, laevigata, superne rufa, albido maculata et flammata, basi pallida; spira plana, medio vix elevatiuscula; anfr. 6½ subplanulati, ultimus a latere subcompressus, antice subito deflexus; apertura subhorizontalis, oblongo-subcircularis; perist. fusculum, undique expansum et reflexum, marginibus lamina prominente, lamellam profunde intrantem emittente junctis. — Diam. maj. 31, min. 24, alt. 8½ mill. (Coll. Gray.)

Helix achatina Gray Mus.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 86.
β. Minor: diam. maj. 23, min. 18, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 641.)
Helix achatina Chemn. ed. II. Helix N. 398. t. 66. f. 28—30.

Habitat in America meridionali? (Gray.) Var. *β* specimina plura a Theod. Philippi prope Mergui imperii birmani lecta sunt.

1058. H. refuga Gould.

T. sinistrorsa, late umbilicata, subdiscoidea, superne plana, basi concava, solidula, oblique minute rugata et superne concentrice striata, alba, epidermide decidua, flavescenti-cornea induta; anfr. 6½ angusti, centrales laevigati, nitidi, ultimus antice perdeflexus, basi subangulatus; apertura perobliqua, lunaris; perist. breviter et abrupte reflexum, albo-callosum, marginibus lamina subelevata S-formi, medio lamellam profunde intrantem emittente junctis. — Diam. maj. 17½, min. 14⅔, alt. 6 mill. (Mus. Cuming.)

Helix refuga Gould in sched. Cuming.
— — *Phil.* Icon. III. 17. p. 2. Helix t. 10. f. 4.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 399. t. 66. f. 21—23.

Habitat in imperio birmano Indiae orientalis.

Obs. Praecedenti peraffinis, attamen sculptura, anfractu ultimo non compresso, apertura non horizontali, perist. abrupte reflexo distinguenda videtur.

1059. H. Rivolii Deshayes.

T. latissime umbilicata, oblongo-discoidea, superne plana, costato-striata, rufa, basi laevigata, nitidissima, olivacea; anfr. 5 convexiusculi, angusti, utrinque subaequales, ultimus a latere compressus, basi inflatus, antice deflexus; apertura perobliqua, obtuse obcordata, antrorsum dilatata, subtubaeformis, intus margaritacea; perist. incrassatum, reflexum, marginibus callo albido, lamellam validam intrantem emittente junctis; fundus aperturae lamellis 3 — 4 subparallelis coarctatus. — Diam. maj. 23, min. 16½, alt. 7 mill. (Mus. Cuming. et Coll. Nr. 641.)

Helix Rivolii Desh. in Enc. méth. II. p. 208. N. 2.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 7.
— *carabinata* (Helicodonta) *Fér.* pr. 109. Hist. t. 51 B. f. 3.
— — *Lam.* ed. Dh. 183. p. 116.
— — *Guérin* Iconogr. du règne an. Moll. t. 6. f. 5.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 8.
— *caribanata Gray* in Ann. of Phil. New ser. IX. p. 410.
Polygyra? carabinata Beck ind. p. 23.

Habitat in insula Ceylon (Templeton in Mus. Cuming.), in India orientali, Ava (Beck).

1060. H. pollodonta Orbigny. †

T. umbilicata, orbiculata, depressa, crassa, regulariter striata, albida; spira subplana; anfr. 7; apertura obliqua, peristomata, ovalis, unidentata, intus continuata et primae quadrantis spirae aliis 4 dentibus connexa; labrum crassum, reflexum. — Diam. 9, alt. 3 mill. (O.)

Helix pollodonta (Helicodonta) *Orb.* syn. p. 3.

Helix pollodonta Orb. voy. p. 236. t. 23. f. 9—13.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 8. t. 69 C. f. 2—6.
Habitat in Boliviae provincia Lagunensi.

1061. H. sculpturata Gray.

T. late umbilicata, depressa, discoidea, concentrice confertim costata, interstitiis reticulato-striatis, albida; spira planulata; anfr. 5 convexiusculi, ultimus antice basi constrictus; apertura circularis, lamella intrante anfractus penultimi et 2 marginis dextri coarctata; perist. simplex, marginibus lamina porrecta callosa junctis, supero subexpanso, basali reflexo. — Diam. maj. 8, min. 7, alt. 2½ mill. (Mus. Brit.)

Helix sculpturata Gray in Mus. Brit.
— — *Pfr.* in Zeitschr. f. Mal. 1845. p. 86.
Habitat circa Damarha Africae meridionalis (Alexander).

§. 76.

1062. H. heligmoidea Orbigny.

T. latissime umbilicata, depressissima, discoidea, laevigata, luteo-cornea; spira planissima, medio subimpressa; anfr. 9 convexiusculi, utrinque aequales; apertura oblique semiovalis, sinuosa; perist. breviter reflexum, marginibus callo valido, dentiformi, triquetro junctis, supero medio impresso, intus unidentato. — Diam. maj. 13, min. 11½, alt. 3½ mill. (Mus. Cuming.).

Helix heligmoida Orb. synops. p. 2.
— *heligmoidea Orb.* voy. p. 237. t. 23. f. 1—4.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 5. t. 72. f. 12.
Polygyra heligmoidea Beck ind. p. 23.
Habitat in Columbiae prov. Guayaquil.

1063. H. cereolus Mühlfeldt.

T. late umbilicata, orbiculata, cornea, oblique costulata; spira planata; anfr. 7—8 superne angustissimi, subaequales, penultimus superne immersus, omnes basi conspicui, inaequaliter prominentes, ultimus superne carinatus; apertura reniformis; perist. simplex, angulatim reflexum, marginibus lamella dentiformi junctis. — Diam. maj. 8½, min. 7½, alt. 3 mill. (Coll. Nr. 642.)

Helix cereolus Mlf. in Berl. Mag. VIII. 1818. p. 11. t. 2. f. 18.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 392. t. 66. f. 1—3.
— *septemvolva Fér.* hist. t. 51. f. 6.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 14.
— *planorbula Lam.* 86. p. 89. ed. Dh. p. 67.
— — *Deless.* recueil t. 26. f. 3.

Helix polygyrata Binn. in Bost journ. III. p. 391. t. 19. f. 4.
Polygyra septemvolva Say in Philad. journ. I. P. 2. 1818. p. 278.*)
— — *Sow.* Conch. Man. ed. II. p. 234. f. 275. 276?
— *planorbula Beck* ind. p. 23.

Habitat in America boreali: Georgia, Florida.

1064. H. volvoxis Parreyss.

T. umbilicata, orbiculato-convexa, tenuis, rufo-cornea, pellucida, regulariter costulato-striata; spira brevissima, convexa; anfr. 7 convexi, regulariter accrescentes, ultimus reliquis superne vix latior, angulatus, infra angulum inflatus, striatus, nitidus; umbilicus latus, regularis, anfractu ultimo latissimo, reliquis regulariter decrescentibus; apertura majuscula, reniformis; perist. intus callosum, reflexum, marginibus callo brevi, triangulari, dentiformi junctis. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 644.)

Helix volvoxis Parr. in sched.
— — *Pfr.* Symb. III. p. 80.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 393. t. 66. f. 4—6.
Polygyra septemvolva Beck ind. p. 23?

Habitat in America boreali: Georgia, Florida.

Obs. Hanc speciem, a praecedente toto coelo diversam, saepius ex America nomine H. septemvolvae Say accepimus.

1065. H. microdonta Deshayes.

T. umbilicata, orbiculato-plana, cornea vel pallide rufescens, superne plana, oblique et argute striata, subtus convexa, tenerrime striata, nitida, maculis opacis radiantibus notata, umbilico infundibuliformi excavata; anfr. 6, ultimus ad aperturam gibbus; apertura subtriangularis; perist. subincrassatum, reflexiusculum, marginibus dente calloso, triangulari junctis. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 3½ mill. (Coll. Nr. 645.)

Helix microdonta Desh. in *Fér.* hist. p. 6. t. 72. f. 13.**)
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 395. t. 66. f. 10—12.
— *plana Dunker* in Phil. Icon. I. 3. p. 51. t. 3. f. 11.

Habitat in insulis Bermudis et in Texas (teste coll. Menkeana).

Obs. Differt a sequente spira plana, anfractibus subtus magis evolutis, minus inflatis, umbilico extus dilatato, perist. subincrassato, dente majore parietis aperturalis.

---

*) Verba descriptionis Sayanae: «beneath the four exterior volutions equally prominent, transverse diameters equal to those of the upper surface; umbilicus central, moderate, attenuated to the apex so as to exhibit the remaining volutions», ad speciem nostram non omnino quadrant.

**) T. discoidea, planulata, albo-grisea, flammulis obliquis fuscis subrubescentibusve ornata; superne spira depressissima, subtus profunde lateque in ambitu umbilicata, tenuissime et regulariter striata; apertura obliqua, marginata, ovato-semilunari; labro dente obliquo, minimo praedito. (Desh. l. c.)

1066. H. paludosa Pfr.

T. umbilicata, orbiculato-convexiuscula, corneo-fusca, tenuis, nitida, superne oblique rugosa, subtus substriata; anfr. 5 supra planulati, basi convexi, ultimus subangulatus; umbilicus infundibuliformis; apertura obliqua, lunaris; perist. simplex, reflexum, intus sublabiatum; paries aperturalis dente parvulo munitus. — Diam. maj. 10, min. 9, alt. 4½ mill. (Coll. Nr. 646.)

Helix paludosa Pfr. in Wiegm. Arch. 1839. I. p. 350.
— — *Phil.* Icon. I. 3. p. 50. t. 3. f. 9.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 394. t. 66. f. 7—9.
— *lingulata* (Fér.) *Desh.* in *Fér.* hist. p. 6. t. 69 D. f. 1.
— *Ramonis Orb.* moll. cub. I. p. 142. t. 8. f. 1—4.
— *Bardenflehtii Villa* disp. syst. p. 15?
Polygyra insularum Beck ind. p. 23?

β. Edentula: dente in pariete aperturali nullo.

Habitat in insula Cuba, ubi in palude horti botanici Havanensis ipse legi.

1067. H. Dorfeuilleana (Polygyra) Lea.

T. late umbilicata, nitida, rufo-cornea, superne brevissime conoidea, plicato-striata, inferne subinflata, laevigata; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice vix deflexus; apertura majuscula, tridentata: dente 1 lato, subquadrangulari, oblique intrante in pariete aperturali; perist. reflexum, album, dentibus 2 marginalibus intus munitum. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 4¾ mill. (Coll. Nr. 647.)

Polygyra Dorfeuilleana Lea obs. II. p. 107. t. 24. f. 118.
Helix Dorfeuilleana Chemn. ed. II. Helix N. 391. t. 65. f. 25—28.
— . . . . *Fér.* hist. t. 69 D. f. 3?

Habitat in America boreali: Ohio (? Lea), Honduras (Dyson in Mus. Cuming).

Obs. Differt ab H. texasiana, cui similis, umbilico regulari (anfractu penultimo angusto, reliquis regulariter decrescentibus, vix conspicuis), dente quadrangulari parietis aperturalis, etc.

1068. H. cheilostropha Orbigny. †

T. umbilicata, orbiculata, depressissima, striata, tenuis, albido-fulva; spira planissima, horizontalis; apertura triangulata, personata, tridentata; labrum crassum, reflexum. — Diam. 6, alt. 3 mill. (O.)

Helix cheilostropha (Helicodonta) *Orb.* syn. p. 3.
— — *Orb.* voy. p. 235. t. 23. f. 5—8.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 7. t. 69 D. f. 5.

Habitat in Boliviae prov. Santa Cruz de la Sierra.

1069. H. diodonta Mühlfeldt.

T. late umbilicata, discoidea, minutim granulato-striata, corneo-fusca; anfr. 4½ vix convexiusculi, ultimus subcarinatus, antice deflexus, ad aperturam constrictus, superne impressus; apertura subhorizontalis, panduraeformis; perist. acutum, reflexum, rubicundum, dentibus 2 oppositis in margine supero et infero munitum. — Diam. maj. 11½, min. 9⅓, alt. 4 mill. (Coll. Nr. 648.)

Helix diodonta Mlf. in Mus. Caes. Vindob.
— — (Helicodonta) *Fér.* hist. t. 51 A. f. 1.
— — *Rossm.* I. p. 69. f. 19.
— — *Lam.* ed. Dh. 184. p. 116.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 375. t. 64. f. 4—6.
Vortex didonta Beck ind. p. 29.
Gonostoma diodonta Held in Isis 1837. p. 915.

Habitat in Banatu prope Mehadia.

1070. H. triaria Frivaldsky.

T. perspective umbilicata, parva, depressa, cornea, elegantter costulata; spira convexa, obtusiuscula; anfr. 6 convexiusculi, lente accrescentes, ultimus superne angulatus, subtus attenuatus; apertura perobliqua, sinuosa; perist. reflexum, labiatum, margine exteriore repando, intus unidentato. — Diam. maj. 5, min. 4½, alt. 3⅓ mill. (Coll. Nr. 649.)

Helix triaria (Friv.) *Rossm.* X. p. 13. f. 611.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 396. t. 66. f. 13—16.
— *Ocskayi Stentz* in sched.

Habitat in Banatu Hungariae.

§. 77.

1071. H. lusitanica Pfr.

T. umbilicata, discoidea, fusca, suboblique confertim costulata; spira plana; anfr. 5½, exteriores praecedentibus duplo latiores, ultimus antice non descendens; umbilicus mediocris, pervius; apertura lunaris; perist. album, angulatim reflexum, margine dextro sinuoso, columellari arcuato. — Diam. maj. 15, min. 13½, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 650.)

Helix lusitanica Pfr. Symb. I. p. 41.
— — *Phil.* Icon. I. 3. p. 50. t. 3. f. 8.
— — *Morelet* moll. du Port. p. 55. t. 6. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 374. t. 64. f. 10—12.

Habitat in Lusitania, prope Oporto (Fokkes), in montibus «du Gérez» (Morelet).

Obs. Hic conf. H. circulus Nr. 1054.

1072. H. auridens Rang.

T. anguste umbilicata, depressa, supra planiuscula, basi convexa, nigro-fusca, striata, pilis rigidis, brevibus, erectis, distantibus obsita; anfr. 4½ convexi, rapide accrescentes, ultimus sensim descendens; apertura obliqua, subangulosa; perist. fusco-purpureum, reflexum, margine supero arcuato, dextro rectiusculo, intus dente aureo munito, basali subrecto, dente altero minuto, saepe deficiente, prope umbilicum instructo. — Diam. maj. 15½, min. 13, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 651.)

Helix auridens Rang in Guérin mag. 1834. t. 49.
— — *Lam.* ed. Dh. 217. p. 131.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 373. t. 64. f. 1—3.
— . . . *Fér.* hist. t. 69 K. f. 8—12.

Habitat in insulae Martinique monte «Pelée».

1073. H. tridentata Say.

T. umbilicata, orbiculato-depressa, confertim costulato-striata, corneo-lutea vel fuscescens; spira brevissima; anfr. 5½ convexiusculi, ultimus antice vix descendens; apertura lunaris, subtriangularis; perist. reflexum, album, intus callosum, marginibus conniventibus, callo tenui, dentem linguiformem, intrantem emittente junctis, dextro et basali unidentatis: dentibus inaequalibus, in ipso margine calli positis. — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 8 mill. (Coll. Nr. 652.)

Helix tridentata Say in Nichols. Enc.; art. Conch.
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 105. Hist. t. 51. f. 3.
— — *Wood* suppl. t. 7. f. 11.
— — *Lam.* ed. Dh. 182. p. 115.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 382. t. 17. t. 18. f. 1. 2.
— — *Gould* report p. 173. f. 115.
— — *Chemn.* ed. II. Helix p. 84. N. 55. t. 10. f. 7. 8.
Tridopsis lunula Rafin. (teste Fér.)
— — et *tridentata Beck* ind. p. 22.
Lister t. 92. f. 92.

β. Minor: diam. maj. 14, min. 12, alt. 6⅓ mill. (Spec.)

Habitat in America boreali: Canada, Pennsylvania etc.

1074. H. fallax Say.

T. umbilicata, depresso-globosa, costulato-striata, corneo-lutea; spira convexa; anfr. 6 convexiusculi, ultimus antice deflexus, constrictus; apertura trisinuosa, dente parietis aperturalis magno, linguiformi, obliquo, arcuatim intrante coarctata; perist. reflexum, intus callosum, album, bidentatum: dente superiore

introrsum flexo, a margine remoto, altero subbasali. — Diam. maj. 13, min. 11, alt. 7½ mill. (Coll. Nr. 653.)

Helix fallax Say in Philad. journ. V. p. 119.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 376. t. 64. f. 7—9.
— *tridentata var. Binn.* in Bost. journ. III. p. 382. t. 18. f. 3.
β. Depressior: diam. 13, alt. 6 mill.

Habitat in Virginia et prope Philadelphia; var. *β* in Texas (coll. Menk.).

Obs. Differt a praecedente forma magis globulosa, umbilico angustiore, apertura magis coarctata et dentium inaequalium positione.

1075. **H. obvoluta Müller.**

T. umbilicata, orbiculata, utrinque plana, brunnea, opaca, pilosa; spira medio concava; anfr. 6 angusti, convexiusculi, penultimus prominulus, ultimus compressus, antice vix descendens, scrobiculatus; apertura obtuse triangularis; perist. reflexum, intus lilacinum, margine dextro et basali obtuse unidentatis. — Diam. maj. 13, min. 12, alt. 6 mill. (Coll. Nr. 654.)

Helix obvoluta Müll. verm. II. p. 27. N. 229.
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 107. Hist. t. 51. f. 4.
— — *Lam.* 76. p. 86. ed. Dh. p. 63.
— — *C. Pfr.* I. p. 41. t. 2. f. 28.
— — *Blainv.* Malac. p. 461. t. 40. f. 7.
— — *Rossm.* I. p. 69. f. 21.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 16.
— — *Gray* Man. p. 139. t. 11. f. 131.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 377. t. 64. f. 13—15.
— *trigonophora Lam.* in Journ. d'hist. nat. t. 42. f. 2.
— *bilabiata Olivi* Adriat. p. 177.
— *holosericea Gmel.* 186. p. 3641.
Helicodonta obvoluta Risso IV. p. 65. N. 141.
Trigonostoma obvolutum Fitzing. syst. Verz. p. 98.
— — *Hartm.* Gast. I. p. 14. t. 6.
Vortex obvoluta Beck ind. p. 29.
Gonostoma obvolutum Held in Isis 1837. p. 915.

Habitat in Europae borealis et mediae terris plerisque.

Obs. Huc referenda H. parvula Hartm. olim.

1076. **H. holoserica Studer.**

T. umbilicata, orbiculata, depressa, subtus convexa, cornea, tenuis, holoserica; anfr. 4½ planulati, ultimus antice constrictus, scrobiculatus; apertura trisinuata; perist. latum, angulatim reflexum, labiatum, valide bidentatum. — Diam. maj. 11, min. 10, alt. 5⅓ mill. (Coll. Nr. 655.)

Helix holoserica Stud. Verz. p. 16.

Helix holoserica Sturm Fauna VI. Heft 6. Taf. 10.
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 106. Hist. t. 51. f. 5.
— — *Rossm.* I. p. 69. f. 20.
— — *Lam.* ed. Dh. 125. p. 86.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 17.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 378. t. 64. f. 22—24.
— *obvoluta Dillwyn* p. p.
Trigonostoma holosericum Fitzing. syst. Verz. p. 97.
— — *Hartm.* Gast. I. p. 17. t. 7.
Vortex holosericea Beck ind. p. 29.
Gonostoma holosericum Held in Isis 1837. p. 915.
β. Major, anfr. 5: diam. maj. 13, min. 11½, alt 6 mill. (Spec.)

Habitat in alpibus Helvetiae, Austriae, Styriae et Carinthiae (e. gr. in cacumine montis Ovir ad 6700′ supra mare ipse legi!), in Silesia (Scholtz); var. *β* in fageto elevato prope Tharand Saxoniae frequens (Rm.).

1077. **H. angigyra Ziegler.**

T. umbilicata, orbiculata, superne concava, subtus plana, pallide cornea, nuda, superne minutissime punctulata et striolata; anfr. 6 convexi, ultimus compressus, antice gibbus, subito deflexus; apertura perobliqua, subtriangulato-lunaris; perist. reflexum, albido-labiatum. — Diam. maj. 11, min. 9, alt. 4½ mill. (Coll. Nr. 656.)

Helix angigyra Zgl. Mus. *Rossm.* I. p. 70. f. 21*.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 379. t. 64. f. 16—18.
— *Stentzii Partsch* in Mus. Caes. Vindob.
Vortex angigyra Beck p. 29.
Gonostoma angigyrum Held in Isis 1837. p. 915.
Trigonostoma angigyrum Hartm. Gast. I. p. 12. t. 5.

Habitat in Italia boreali et in Helvetia: ad Castagnole prope Lugano (Mousson, Htm.).

1078. **H. gyria Roth.** (†)

T. aperte umbilicata, orbiculata, valde depressa, supra plana, radiatim striata; spira demersa; anfr. 7 angusti, subaequales; basis convexiuscula, circa umbilicum angulata, laevis, tota nuda; apertura semilunaris; perist. reflexum; labium parvum. — Lat. 6½, alt. 3⅓ lin. (R.) — Diam. maj. 16, min. 14, alt. 6½ mill. (ex ic.)

Helix gyria Roth diss. p. 16. t. 1. f. 17. 18.

Habitat ad Cacamo Cariae.

Obs. «Helici contortae Zgl. Rm. proxima; excellit tamen eo, quod spira non emergatur, immo recedat; quod basis minus complanata in angulum descendat; quod nullum pilorum et carinae vestigium inveniatur; denique magnitudine multo et laudatam speciem et alias affines (obvolutam, angigyram) superat.» (Roth l. c.)

1079. H. plectostoma Benson.

T. umbilicata, sinistrorsa, depresso-conoidea, subtus tumida, albida, epidermide cornea, decidua induta; spira exsertiuscula; anfr. 6 supra planati, radiatim plicati, lineis elevatis, confertis decussati, ultimus superne angulatus, lineis paucis elevatis infra angulum notatus; apertura lunaris, dente triangulari parietis aperturalis, saepe obsoletiore, coarctata; umbilicus mediocris, subcylindricus, pervius; perist. album, breviter angulatim reflexum, marginibus callo junctis, supero antrorsum arcuato-dilatato. — Diam. maj. 9, min. 8, alt. 4⅔ mill. (Coll. Nr. 657.)

Helix plectostoma Bens. in Journ. As. Soc. V. p. 351.*)
— — *Pfr.* Symb. III. p. 80.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 380. t. 64. f. 19—21.

Habitat in regione septentrionali Bengaliae.

1080. H. corcyrensis Partsch.

T. aperte umbilicata, orbiculato-depressa, arctispira, supra costulato-striata, cornea, hispida; anfr. 7 convexiusculi, ultimus superne obtuse angulatus, subtus convexus, antice gibbus, deflexus; apertura parum obliqua, angusta, lunaris; perist. flexuosum, albo-labiatum, reflexum. — Diam. maj. 11, min. 9½, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 658.)

Helix corcyrensis Partsch in Mus. Caes. Vindob.
— — *Desh.* in *Fér.* hist. p. 21. t. 69 E. f. 1—5.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 75. t. 16. f. 23. 24.
— *contorta Zgl.* Mus. Nec Fér.
— — *Rossm.* VIII. p. 40. f. 538.
— *torsa Zgl.* olim.
— *barbata α Fér.* hist. t. 66. f. 3?
Caracollina corcyrensis Beck ind. p. 28.

β. Minor, apertura coarctata, labro crassiore:
Helix girva Friv. in sched.

γ. Major, anfr. 8: diam. maj. 13, min. 11⅓, alt. 6 mill. (Coll. Roemer.)

Habitat in insula Corfu, var. β in Turcia, γ in ins. Lesina Dalmatiae.

1081. H. canalifera Anton. †

T. aperte umbilicata, orbiculato-convexa, dense striata, griseo-fusca; spira subelata; anfr. 6 angusti, ultimus praecedente

*) T. reversa, depresso-conoidea, subtus tumida; spira exsertiuscula; anfr. 5 supra planati, radiatim plicati, rugis transversis decussati, ultimus angulatus: angulo subtus marginato; apertura lunata, plica (ut in H. personata) interdum inconspicua, ultimo anfractui adhaerente; umbilicus profundus, anfractus plerosque exhibens. — Diam. 0. 35 paulo plus. — Similis H. personatae et corcyrensi. (Bens. l. c.)

vix latior, superne obtuse carinatus; apertura subcompressa, latior, quam alta; perist. reflexum, depressum, intus callosum, crassum, albidum, canali angusto cinctum. — Diam. 4, alt. 2 lin. (A.)

Helix canalifera Ant. Verz. p. 39. N. 1427.
— *ambliostoma Parr.* in sched.

Habitat in insula Corfu.

Obs. «Differt ab H. corcyrensi spira elatiore, carina plana, apertura angustiore et canali prope labrum». (Ant.) — An nihilominus ejus varietas?

1082. H. Hindsi Pfr.

T. anguste umbilicata, depressa, subtiliter striata, corneolutescens, diaphana, nitida; spira parum elevata; anfr. 5 planiusculi, ultimus basi convexior, antice superne deflexus, subtus constrictus; umbilicus pervius; apertura perobliqua, lunaris, ringens; perist. breviter reflexum, marginibus conniventibus, callo triangulari, dentiformi, bicruri junctis, dextro lamella subverticali, basali dentibus 2 acutis munito. — Diam. maj. 8, min. 7, alt. 4½ mill. (Coll. Nr. 659.)

Helix Hindsi Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 132.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 386. t. 65. f. 7. 8.

Habitat in Mexico (Hinds), Texas (Sowerby).

Obs. Dentium formatione persimilis H. ventrosulae (conf. Nr. 1085.); differt magnitudine, umbilico regulari, pervio, anfractibus arctioribus, ultimo minus inflato, haud gibbo, etc.

1082ª. H. loricata Gould. †

T. parva, depressa, flavo-viridis, arcte umbilicata, squamulis crescentiformibus undique loricata, subtus convexa; anfr. 5½ convexiusculi, arcte voluti, ultimus superne ad peripheriam subangulatus; apertura contracta, lunata, trilobata, dente laterali, dente basali et dente columellari lamelliformi ringens; perist. album, reflexum, callo copioso conjunctum. — Lat. ¼, alt. 3/10 poll. (G.)

Helix loricata Gould 1846. Exped. shells p. 17.

Habitat in California.

Obs. «Forma similis H. inflectae, sed minor, dentibus minus distinctis».

1083. H. labyrinthica Say.

T. umbilicata, conica, costulata, saturate rufa, subtus pallidior, laevigata, nitida; spira obtusa; anfr. 5—6 convexiusculi;

umbilicus angustus, pervius; apertura vix obliqua, lunaris; perist. breviter reflexum, simplex; paries aperturalis dente majusculo, lamelliformi, intrante et linea elevata, interdum obsoleta prope columellam munitus. — Diam. maj. 2½, alt. 1⅔ mill. (Coll. Nr. 660.)

Helix labyrinthica Say in Philad. journ. I. P. 1. p. 124.
— — (Helicodonta) *Fér.* pr. 111. Hist. t. 51 B. f. 1.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 393. t. 26. f. 1.
— — *Gould* report p. 184. f. 106.
— — *Pfr.* Symb. II. p. 31.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 397. t. 66. f. 17—20.

Habitat in America boreali (in fungis ligni putridi: Say), Pennsylvania, Massachusetts, Missouri (Gould), Texas.

§. 78.

1084. H. auriculata (Polygyra) Say.

T. rimato-perforata, superne planiuscula, subtus inflata, costulato-striata, lutescens vel fusca; anfr. 5½ angusti, ultimus ad aperturam deflexus, disjunctus, subtus constrictus, scrobiculatus; umbilicus planus, penultimum anfractum modo monstrans; apertura subhorizontalis, auriformis, ringens, fere clausa; perist. continuum, marginibus plica oblonga intrante, superne excavata junctis, dextro intus lamella profunda munitus, cum basali late unituberculoso angulum subacutum formante. — Diam. maj. 13½, min. 11, alt. 7⅓ mill. (Coll. Nr. 661.)

Polygyra auriculata Say in Philad. journ. I. P. 2. p. 277.
Helix auriculata (Helicodonta) *Fér.* pr. 98. Hist. t. 50. f. 4.
— — *Lam.* ed. Dh. 177. p. 112.
— — *Binn.* in Bost. journ. III. p. 384. t. 19. f. 1.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 384. t. 65. f. 3. 4.
Daedalochila auriculata Beck ind. p. 21.
β. Minor: Fér. hist. t. 50. f. 3.

Habitat in Florida, prope St. Augustine (Say).

1085. H. ventrosula Pfr.

T. rimato-perforata, depresso-globosa, tenuis, subtiliter striata, pellucida, corneo-albida; spira vix elevata; anfr. 5 vix convexiusculi, ultimus superne subangulatus, subito deflexus, basi inflatus, antice gibbus et valde constrictus; apertura perobliqua, ringens; perist. acutum, late reflexum, marginibus vix conniventibus, laminas elevatas in ventre anfractus penultimi angulatim junctas, emittentibus, dextro lamina subperpendiculari,

dilatata, basali dentibus 2 acutis munito. — Diam. maj. 13, min. 11, alt. 7½ mill. (Coll. Nr. 662.)

Helix ventrosula Pfr. in Proc. Zool. Soc. 1845. p. 131.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 385. t. 65. f. 5. 6.

Habitat in Mexico (Hinds), Texas (Sowerby).

Obs. Differt ab H. texasiana rima umbilicali brevissima, testae forma, dentibus aperturae, etc.

1086. H. texasiana Moricand.

T. perforata, orbiculato-depressa, tenuiuscula, nitidula, alba vel rubella, superne confertim plicata, basi convexa, laevigata; spira brevissima, vix elevata; anfr. 5 planulati, ultimus prope aperturam argute plicatus, antice deflexus, subtus constrictus, basi devians, rimam arcuatam formans; apertura lunaris, coarctata; perist. album, reflexum, marginibus dente linguiformi, acuto, triangulari junctis, dextro dente minuto, basali dente validiore munito. — Diam. maj. 10, min. 8⅓, alt. 5 mill. (Coll. Nr. 663.)

Helix texasiana Moric. Mém. Gen. VI. P. 2. p. 538. t. 1. f. 2.
— — *Lam.* ed. Dh. 221. p. 133.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 56. t. 10. f. 11. 12.
— *fatigiata Binn.* in Bost. journ. III. p. 388. t. 19. f. 3.
— *triodonta Jan* in sched.
— . . . . *Fér.* hist. t. 69 D. f. 2.
Polygyra plicata Say in Philad. journ. II. p. 162.
Tridopsis tridonta Beck ind. p. 22.
β. Distinctius carinata:
Polygyra fatigiata Say descr. of new shells etc. p. 14.
γ. Major, cornea, linea 1 rufa supra peripheriam cingulata, anfr. 6: diam. 11, alt. 5 mill. (Coll. Menk.)

Habitat in Texas (Moric., Jay), Alabama (Say), var. β prope New Harmony (Say), var. γ in Texas.

1087. H. avara (Polygyra) Say.

T. rimato-perforata, depressa, striata, hispida, fusco-cornea; spira brevissima; anfr. 5 planiusculi, ultimus basi umbilicum latum, non pervium formans; apertura brevis, coarctata, triangulari-subreniformis; perist. reflexum, marginibus dente magno, uncinato junctis, basali dente majusculo triangulari, dextro dente latiore illi approximato, munito. — Diam. maj. 9, min. 7, alt. 5½ mill. (Coll. Nr. 664.)

Polygyra avara Say in Philad. journ. I. P. 2. p. 277.
Helix avara (Helicodonta) *Fér.* pr. 97. Hist. t. 50. f. 2.
— — *Chemn.* ed. II. Helix N. 383. t. 65. f. 1. 2.
— *Sayi Wood* suppl. t. 7. f. 34.

Helix auriculata Binn. in Bost. journ. III. p. 385. t. 19. f. 2.
Stenotrema avara Rafin. (teste Fér.)
— — *Hartm.* Gast. I. p. 84. t. 22.
Daedalochila avara Beck ind. p. 21.
β. Minor, anfr. 4½: diam. maj. 7, min. 6, alt. 3½ mill. (Spec.)

Habitat in Louisiana et Florida orientali (Say).

Obs. Differt ab H. auriculata anfractu ultimo antice non soluto, apertura non horizontali, dente peristomatis dextro submarginali, etc.

1088. **H. Troostiana (Polygyra) Lea.**

